אֱלוֹהַּ masc. *Deus*, Hab. III. 3. Job III. 4. et IV. 9. 17. et sæpius in eo: aff. לֵאלֹהוֹ, *Dei sui*, Hab. I. 11. plur. אֱלֹהִים, *Dii*, *Deus*: constr. אֱלֹהֵי: cum aff. אֱלֹהָיו, *Deus ejus*, אֱלֹהֶיךָ, *Deus tuus*, אֱלֹהַי, *Deus meus*, אֱלֹהֵינוּ, *Deus noster*, etc. Habet modo *pluralem*, modo *singularem* sensum. *Pluralem*, cum dicitur de diis falsis; ut, *qui sacrificat* לָאֱלֹהִים, *Diis*, *anathema sit*, Exod. XXII. 19. et alibi passim: de angelis bonis, Psal. VIII. 6. et XCVII. 7. (qui locus adducitur ad Heb. I. 6.) Job I: 6. de Judicibus et magistratibus. Ex. XXI. 6. et XXII. 7, 8, 27. Ps. LXXXII. 1. *Singularem* sensum habet de unico et vero Deo usurpatum: de unico angelo, Jud. XIII. 22. de uno vitulo, Exod. XXXII. 31. de uno idolo, ut *Dagone*, Jud. XVI. 17. *Hastqreth*, *Chamos*, *Milchom*, 1 Reg. XI. 33. de uno Mose, Exod. IV. 16. et VII. 1. de arca, 1 Sam. IV. 7. Dicitur et de sola persona Patris, Psal. XLV. 8. Filii, Hos. I. 7. Cum de unico et vero Deo dicitur, et vocem pluralem adjunctam habet, tunc habetur ratio terminationis, non sensus: vide Gen.

XX. 13. et XXXV. 7. Ios. XXIV. 19. 1 Sam. IV. 8. 2. Sam. VII. 23. cum quo confer 1 Par. XVII. 21. Jer. X. 10. Porro *judicibus* ac *magistratibus* tribuitur, quod Dei judicantis et gubernantis vices gerant: *angelis*, quod in ipsis divina ac cælestis gloria refulgeat: *idolis*, quod pro diis habeantur a suis cultoribus. Videatur Kimchi Psal. LXXXII. 6. Cabalistice אלהים dicitur, quod אֵל הֵם; *Deus sint;* et inde י per modum mysterii expressum est in זְכוֹר בּוֹרְאֶיךָ, *recordare creatorum tuorum*, id est, *creatoris tui*, אלהים, quia אל הם: R. Bechai in principio Geneseos.

אֱלָה, Chald. *Deus*, Dan. II. 28. et אֱלָהָא, Esr. IV. 24. aff. אֱלָהִי, *Dei mei*, Dan. IV. 5. אֱלָהֵהּ, *Dei ipsius*, Dan. VI. 6. אֱלָהָךְ, *Deus tuus*, ver. 21. אֱלָהֲהוֹן, *Deus ipsorum*, Dan. III. 28. אֱלָהֲהֹם, *Dei eorum*, Esr. V. 5. Pl. אֱלָהִין, *Dii*, Dan. II. 47. et אֱלָהַיָּא, Jerem. X. 11. constructum, וְלֵאלָהֵי כַסְפָּא, *et Deos argenteos*, Dan. V. 23.

אִלּוּ *si*, Esth. VII. 4. Eccles. VI. 6. vox chaldaica et rabbinica, unde כְּאִלּוּ, *ac si*, *quasi*.

אֲלוּ Chald. *ecce*, Dan. II. 31. וַאֲלוּ, *et ecce*, Dan. VII. 8. idem quod אֲרוּ, de quo infra suo loco, per commutationem ר et ל.

אלח Niph. נֶאֱלַח, *fætidus*, *putidus*, *rancidus factus fuit;* præter. נֶאֱלָחוּ, *putidi facti sunt*. Ps. XIV. 3. part. נֶאֱלָח, *fœtidus factus est* Job XV. 16.

אֵלֶּךְ Chald. m. *illi*, *isti*, pronomen plur. masc. גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ, *viri isti*, Dan. III. 21.

אלל אֱלִיל, m. *nihilum*, *res nihili*: רֹפְאֵי אֱלִל, *medici nihili*, Job XIII. 4. ubi R. Levi notat esse deductum ab אַל, *non*, geminata litera Lamed, ad extremam nullitatem indicandam: וֶאֱלוּל, *et re nihili*, Jer. XIV. 14. scribitur cum ו, et legitur per י: plur. אֱלִילִים, *idola*, Levit. XXVI. 1. sic dicta, quod sint omnino nihil juxta illud apostoli » *quia nihil est idolum* ». Quidam sic dicta putant, quasi אַל אֵלִים, *non dii*. Constr. אֱלִילֵי, Ies. II. 20. affix. וְלֶאֱלִילֶיהָ, *et idolis ejus*, Ies. X. 11.

אֱלוּל, m. *Elul*, nomen mensis Augusti, Nehem. VI. 15.

אַלְלַי, vide infra in יָלַל.

אלם Niph. נֶאֱלַם, *mutus redditus fuit*, *obmutuit:* præt. נֶאֱלַמְתִּי, *obmutui*, Psalm. XXXIX. 10. futur. תֵּאָלֵם, *obmutescas*, Ezech. XXIV. 27. Pih. אִלֵּם, *ligare*, *colligare*, proprie manipulos vel fasces segetum, significatione a nomine derivato petita: part. מְאַלְּמִים אֲלֻמִּים, *colligantes segetum fasces*, quasi dicas *manipulantes manipulos*, Gen. XXXVII. 7.

אֵלֶם, m. *manipulus*, id est, קָהָל, *congregatio*, *caterva*, ut Aben Esra citat, Ps. LVIII. 2. item, עַל־יוֹנַת אֵלֶם, *de oppressione manipuli*, qua scilicet justum opprimit manipulus malignus, Psalm. LVI. 1. Alii de columba obmutescentiæ.

אִלֵּם, m. *mutus*, Exod. IV. 11. plur. אִלְּמִים, Ies. LVI. 10.

אֲלֻמָּה, f. *manipulus*, *fasciculus*, *fascis*, aff. אֲלֻמָּתִי, *fascis meus*, Genes. XXXVII. 7. pl. cum aff. אֲלֻמֹּתֵיכֶם,

manipulos suos, Ps. CXXVI. 6. et forma masc. אֲלֻמִּים, Gen. XXXVII. 7.

אוּלָם, m. *porticus*, *vestibulum*, 1 Reg. VII. 6. et cum Kibbutz, אֻלָם, ver. 7. Et cum Daghesch, אֻלָּם, Ezech. XL. 39. plur. constr. וְאֵלַמָּיו, *et vestibula*, Ezech. XLI. 15.

אֵילָם, m. idem: plur. אֵילַמִּים cum aff. וְאֵילַמָּיו, *et vestibula ejus*, Ezech. XL. 21. fœm. אֵלַמּוֹת, Ezech. XL. 30.

אַלְמָן, m. *viduatus*, Jer. LI. 5.

אַלְמָנָה, f. *vidua*, Gen. XXXVIII. 11. plur. אַלְמָנוֹת, Exod. XXII. 23. aff. אַלְמְנוֹתָיו, *viduas ejus*, Ies. IX. 16. בְּאַלְמְנוֹתָיו, vide in אַרְמוֹן.

אַלְמוֹן, m. *viduitas*, Ies. XLVII. 9.

אַלְמָנוּת, f. idem, 2 Sam. XX. 3. aff. אַלְמְנוּתָהּ, *viduitatis suæ*, Gen. XXXVIII. 19. plur. אַלְמְנוּתַיִךְ, *viduitatis tuæ*, Ies. LIV. 4.

אַלְמֹנִי, *Almoni*, nomen fictitium, quo vocatur is, cujus proprium nomen reticemus, Ruth IV. 1. Dicitur et de loco innominato, 1 Sam. XXI. 3. 2 Reg. VI. 8.

אַלְמֻג, vide supra אַלְגּוּם.

אלן, אִילָן, אִילָנָא, אִילָנָה, m. Chald. *arbor*, Dan. IV. Putant quidam ad איל referendum esse, ut Iod sit radicale et ן formativum.

אִלֵּין, Chald. *illi*, *isti*, *illæ*, *istæ*: כָּל אִלֵּין מַלְכְוָתָא, *omnia ista regna*, Dan. II. 44.

אֵלוֹן, vide in אלה: et אַלּוֹן in איל.

אלף *didicit*: fut. תֶּאֱלַף, *discas*, Prov. XXII. 25. Pih. אִלֵּף, *discere fecit*, *docuit*: part. מַלְּפֵנוּ, *docens nos*, Job XXXV. 11. pro מְאַלְּפֵנוּ Hiph. vide inter nomina.

אַלּוּף, m. *doctor*: *dux*, *ductor*, qui suos de omnibus rebus docet et instruit: item *bos*, sui generis ductor, Jerem. XI. 19. aff. אַלּוּפִי, *dux meus*, Ps. LV. 14. plur. אַלּוּפִים, *duces*, Jer. XIII. 21. constr. אַלּוּפֵי, Gen. XXXVI. 15. aff. אַלּוּפֵיהֶם, *duces eorum*, Genes. XXXVI. 19. אַלּוּפֵינוּ, *boves nostri*, Ps. CXLIV. 14.

אֶלֶף, c. *mille*, *chilias*: aff. אַלְפִּי, *chilias mea*, nempe sub qua ego sum, ut explicant R. Sal. et Kimchi, Jud. VI. 15. duale, אַלְפַּיִם, *duo millia*, Num. XXXV. 5. plur. אֲלָפִים, *millia*, *milleni*; *boves*, *chiliades*: לַאֲלָפִים, *in millenos*, Deut. V. 10. וַאֲלָפִים, *et boves*, Ps. VIII. 8. constr. אַלְפֵי אִישׁ, *millia virorum*, Exod. XXXII. 28. בְּאַלְפֵי יְהוּדָה, *inter chiliadas*, vel *chiliarchias Jehudæ*, Mich. V. 1. vide Matth. II. 6. Aff. בַּאֲלָפָיו, *in millia sua*, 1 Sam. XVIII. 7. הֶאֱלִיף Hiph: unde מַאֲלִיפוֹת, *millena parientes*, quasi *millificantes* dicas, Ps. CXLIV. 13. Chald. אֶלֶף אַלְפִים, *millies mille*, Dan. VII. 10. item אֲלַף et אַלְפָּא, Dan. V. 1. plur. אַלְפִים, ut ante, ubi Masorethæ notant, legendum esse אַלְפִין.

תַּלְפִּיּוֹת quod heic afferunt, vide in תלה.

אלץ Pih. *molestavit*, *moleste ursit*: futur. וַתְּאַלְצֵהוּ, *et moleste ursit eum*, Jud. XVI. 16.

אם *si*, *siquidem*, *siquando*; et interrogative, *utrum*, *an?* Jud. IX. 2. הַאִם, *an vero*, Job VI. 12. עַד־אִם, *usque dum*, Gen. XXIV. 33.

עַד אֲשֶׁר אִם, *usquequo quum*, id est, *usque dum*, per pleonasmum, Gen. XXVIII. 15. כִּי אִם, *sed*, Ps. I. 2. *quia certe*, *utique enim*, Prov. XXIII. 18. *quam quum*, *usque quum*, Gen. XXXII. 27. *quod si*, *etiamsi*, 1 Sam. XIV. 39. אִם־לֹא, *si non*, *nisi*, *an non*. Denique in juramentis absolute positum, negat, Ps. LXXXIX. 36. 1 Reg. XVII. 1. addita particula negandi, affirmat, Ies. V. 9.

אֵם, vide mox infra in אמם.

אָמָה f. *ancilla*, Exod. XXI. 32. aff. אֲמָתוֹ *ancillam suam*, ver. 20. plural. אֲמָהֹת, Genes. XXXI. 33. construct. אַמְהוֹת, 2 Sam. VI. 20. aff. וְאַמְהֹתֵיהֶם, *et ancillas eorum*, Esr. II. 65.

אַמָּה, vide in אמם.

אמל אֻמְלָה, f. *languidum*, *debile*, *infirmum*, Ezech. XVI. 30. Pyh. אֻמְלַל, *languere*, *languescere*, *languefieri*. præt. וְאֻמְלַל, *et languebit*, Hos. IV. 3. אֻמְלָלוּ, *languescunt*, Thren. II. 8. אֻמְלְלָה גֶפֶן, *languescit vitis*, Ies. XXIV. 7. partic. præsens juxta quosdam, אֻמְלַל, *elanguet*, *languescit*, Ies. XVI. 8. Et in Pathach, אֻמְלַל, *languefactus*, Psalm. VI. 3.

אֲמֵלָלִים, *languidi*, Neh. III. 34.

אמם אֵם, f. *mater*, Gen. III. 20. metaphorice *bivium*, Ezech. XXI. 21. *metropolis*. 2 Sam. XX. 19. Jer. XV. 8. Aff. אִמּוֹ, *mater sua*, Gen. II. 24. plur. cum aff. אִמֹּתָם, *matres eorum*, Thren. II. 12.

אום לְאֹם, m. (sicut dicitur אַט et לְאַט. בַּד et לְבַד,) *natio*, *populus*, ex una quasi matre propagatus: לְאֹם מִלְאֹם, *natio præ natione*, Gen. XXV. 23. semel cum Schurek, וּלְאוּמִּי, *et natio mea*, Ies. LI. 4. plur. הָאֻמִּים, *nationes*, Ps. CXVII. 1. לְאֻמִּים, Gen. XXVII. 29. fœm. אֻמּוֹת, *nationes*, Num. XXV. 15. aff. לְאֻמֹּתָם, *per nationes suas*, Genes. XXV. 16. Chald. אֻמָּה, *natio*, Dan. III. 29. plur. אֻמַּיָּא, *nationes*, ver. 4. Esr. IV. 10.

אַמָּה, f. *cubitus*, mensura cubitalis, quæ communiter continebat quinque palmos, in sacris autem sex, ut Hebræi docent, Ezech. XL. 5. et XLIII. 13. constr. אַמַּת, Jerem. LI. 13. duale אַמָּתַיִם, *duo cubiti*, Exod. XXV. 10. plur. אַמּוֹת, *cubiti*, Ezech. XLII. 4. *postes*, Ies. VI. 4. Chald. אַמִּין, *cubiti*, Dan. III. 1. Esr. VI. 3.

אָמַן *nutrivit*: partic. אֹמֵן, *nutriens*, Esth. II. 7. *nutricius*, Num. XI. 12. Plur. וְאֶל־הָאֹמְנִים, *et ad eos qui nutriverant*, 2 Reg. X. 1. aff. אֹמְנַיִךְ, *nutritii tui*, Ies. XLIX. 23. fœmin. אֹמֶנֶת, *nutrix*, Ruth IV. 16. aff. אֹמַנְתּוֹ, *nutrix ejus*, 2 Sam. IV. 4. partic. Pahul plur. הָאֱמֻנִים, *qui nutriti erant*, Thren. IV. 5. infin. בְּאָמְנָה, *cum nutriretur ipsa*, Esth. II. 20. Niphal vide post Hiphil. Hiph. *credidit*, *fisus est*: præt. הֶאֱמִין, *credebat*, Gen. XLV. 26. futur. תַּאֲמִינוּ vide in יָמִין. Chald. הֵימִין, commutato א in י juxta Chald. præt. הֵימִן, *credidit*, Dan. VI. 24. part. מְהֵימַן, *fidus*, *fidelis*, Dan. II. 45. Niph. נֶאֱמַן; *firmum*, *fidum*, *fidele*, *stabile*, *statum*, *constans esse*; *verum esse* vel *verificari*, *confirmari*, *nutriri*: præt. וְנֶאֱמַן, *et firma erit*, 2 Sam. VII. 16. fut. ex prima significatione תֵּאָמַנָה, *nutricantur*, Ies. LX. 4. cum Pathach

sub Mem juxta Masorethas, et Daghesch ex Nun absorptum est. Participium præsens נֶאֱמָן usurpatur loco nominis, *fidus*, *fidelis*, *verus*.

אֵמוּן, m. *fides*, *veritas*, Deuter. XXXII. 20. plur. אֱמוּנִים, *fidelitates*, *veracitates*, Prov. XIV. 5. et adjective, *fideles*, Psalm. XXXI. 24. *veraces*, Ps. XII. 2. Constr. אֱמוּנֵי יִשְׂרָאֵל, *fideles Israelis*, 2 Sam. XX. 19.

אָמֵן, m. *veritas*, Ies. XXV. 1. fœmin. אֹמְנוֹת, *antæ*, 2 Reg. XVIII. 16.

אָמוֹן, m. *nutritius*, Prov. VIII. 30. הָאָמוֹן, vide in הָמָה.

אָמֵן, *veritas*, Ies. LXV. 16. inde transit in fidentis et assentientis particulam, *amen*, Deut. XXVII. 15. quasi dicas, *firmum*, *ratum esto*, *vere fiat*. In novo Test. ubi in principio sententiæ adhibetur, transit in naturam adverbii, et notat asseverationem reique confirmationem; ut, *amen, amen dico vobis*, id est, *vere*, *certe*, *profecto*, *constanter*. Hinc quod Matthæus dicit ἀμὴν, id Lucas IX. 27. dicit, ἀληθῶς. Item pro ἀμὴν Matth. XXIII. 36. Lucas I. 51. dicit ναί, *certe*, *profecto*. Geminatum superlative significat, ex idiotismo Hebræorum. *Amen dico vobis*, id est, *certissime*, *verissime*. Hieronymus, Iesaiæ XXV. 1. scribit: Dominus in Evangelio sæpe hoc verbo utitur, *amen*, *amen*, id est, *vere*, *vere dico vobis*.

אָמָּן, m. *artifex*, quasi artis nutritius dictus, vel quasi firmus in arte, id est, excellens, Cant. VII. 2.

אֱמוּנָה, f. *veritas*, *fides*, *firmitas*: item, *constans*, *statum munus*, *et officium*; uti 1 Par. IX. 22, 26. constr. אֱמוּנַת עִתֶּךָ, *firmitas temporis tui*, Ies. XXXIII. 6. aff. אֱמוּנָתוֹ, *veritas*, *fides ejus*, Psalm. C. 5. plural. אֱמוּנוֹת, Prov. XXVIII. 20.

אֲמָנָה, f. *firmitas*, *constitutio firma*, Neh. X. 1. *constitutio*, *pensio firma et stata*, Nehem. XI. 23.

אָמְנָה, *veritas*, sed adverbialiter usurpatur pro *vere*, *revera*, Gen. XX. 12. Jos. VII. 20.

אָמְנָם, *vere*, *revera*, *sane*, Job IX. 2. כִּי אָמְנָם, *quia vere sic est*, Ruth III. 12. הַאָמְנָם, *an vere*, *an vero*: וְאַף־אָמְנָם, *et etiam sane*, *enimvero esto*, *sed esto sane*, Job XIX. 4.

אֱמֶת, f. *veritas*, *fides*, contractum quasi ex אֱמֶנֶת, sicut בַּת est ex בֶּנֶת, de quo in בָּנָה: aut ex אֱמוּנָה ut scribit Aben Esra, Gen. XXIV. 49. aff. אֲמִתּוֹ, *veritas* vel *fides ejus*, Ps. XCI. 4. et Daghesch est loco ejecti Nun.

אָמֵץ *robustus*, *fortis fuit*: præt. אָמְצוּ, *robusti sunt*, Ps. XVIII. 18. Pih. אִמֵּץ, *roboravit*, *fortificavit*, *obfirmavit*: præter. וְאִמֵּץ, *et obfirmavit*, Deuter. II. 30. Hiph. futur. וְיַאֲמֵץ, *et roborabit*, Ps. XXVII. 14. Hithp. הִתְאַמֵּץ, *roboravit*, *fortificavit se*, 2 Par. X. 18.

אַמֵּץ אַמִּיץ, m. *fortis*, *robustus*, 2 Sam. XV. 12.

אֹמֶץ, m. *robur*, *fortitudo*, Job XVII. 9.

אַמְצָה, f. idem, Zach. XII. 5.

אֲמֻצִּים, m. pl. *robusti*, *validi*, Zach. VI. 3. Hebræi coloris aliquam speciem significare putant, et inde Chaldæus קְטָמְנִין, *cinerei*.

מַאֲמַצִּים, m. pl. *fortificationes*, *robora*; constr. מַאֲמַצֵּי כֹחַ, *fortificationes virium*, Job XXXVI. 19.

אָמַר *dixit*, *locutus*, *elocutus*, *pro-*

locutus est: item, *cogitavit*, *statuit apud se*, quando ad cor refertur. Fut. אֹמַר, *dicam*, Ies. XLIII. 6. יֹמְרוּךָ, *dicent tibi*, Psalm. CXXXIX. 20. perdito Aleph radicali. Chald. præt. אֲמַר, *dixit*, Dan. II. 24. אַמְרֵת, *dixi*. Dan. IV. 5. cum Pathach loco Chireck: אֲמַרְנָא, *diximus*, Esr. V. 4. אֲמֶרֶת, *dixit illa*, pro אַמְרַת, propter ר, Dan. V. 10. אֲמַרוּ, *dixerunt*, Dan. IV. 23. part. אָמַר, *dicens*, Dan. IV. 4. cum Pathach loco Tzere: plur. אָמְרִין, *dicentes*, Esr. V. 3. inf. לְמֵאמַר, *dicendo*, Dan. II. 9. et absque Aleph, לְמֵמַר, Esr. V. 11. imp. אֱמַר, *dic*, Dan. II. 4. אֱמַרוּ, *dicite*, Dan. II. 9. fut. יֵאמַר, *dicet*, Dan. II. 7. תֵּאמְרוּן, *dicetis*, Jerem. X. 11. נֵאמַר, *dicemus*, Dan. II. 36. Niph. præter. נֶאֱמַר, *dicta fuit*, Dan. VIII. 26. Hiph. præt. הֶאֱמִירְךָ, *fecit dicere te*, *effecit ut promiseris et spoponderis*, *sponsionem stipulatus est a te*, Deuter. XXVI. 18. et sic, הֶאֱמַרְתָּ, *fecisti dicere*, seu, *spondere ipsum*, *sponsionem stipulatus es ab illo*, ver. 17. Vulgo *exaltare* exponunt: sed priorem probat Aben Esra ex R. Juda Levita hispano, et R. D. Kimchi in libro Radicum. Hithp. futur. יִתְאַמְּרוּ, *verbis prædicabunt*, vel *exaltabunt se*, Psalm. XCIV. 4. et א in י commutato, תִּתְיַמָּרוּ, *summe prædicabitis*; *efferetis vos*, Ies. LXI. 6.

אֹמֶר, m. *sermo*, *dictum*, Psalm. LXVIII. 12. aff. אֲמָרַי, *sermonis mei*, Job IX. 27. Et ex alia forma, אִמְרוֹ, *sermonis ejus*, Job XX. 29. plural. אֲמָרִים, *sermones*, *verba*, *dicta*, Prov. XXII. 21. constr. אִמְרֵי, ibid. aff. אֲמָרַי, *dicta mea*, Psalm. V. 2. אִמְרֵיכֶם, *sermones vestros*, Ies. XLI. 26.

אָמִיר, m. *ramus summus*, Ies. XVII. 6.

אִמְרָה, f. *sermo*, constr. אִמְרַת, Psalm. CV. 19. aff. אִמְרָתוֹ, *verbum ejus*, Psalm. CXLVII. 15. plural. אֲמָרוֹת, et constr. אִמְרוֹת, *dicta*, *eloquia*, Psalm. XII. 7.

מַאֲמָר, m. *sermo*, *oratio; edictum*, Esth. I. 15. Chald. וּבְמֵאמַר, *et (ex) sermone*, Dan. IV. 14. כְּמֵאמַר, *secundum edictum*, Esr. VI. 9.

אִמַּר, אִמְּרָא, m. Chald. *agnus*, in Targum frequens: plur. אִמְּרִין, *agni*, Esr. VI. 9. 17.

אֶמֶשׁ *hesterna*, *præterita nocte vel vespera*, *heri vesperi*, Gen. XIX. 34.

אֶמְתָּנִי, nomen Chald. vide supra in אים.

אָן *quo?* 1 Sam. X. 14. loci et temporis est: עַד־אָן, *quousque?* de tempore, Job VIII. 2. מֵאָן, *de quo*, id est, *undenam?* 2 Reg. V. 25. quod et מֵאַיִן, Gen. XXIX. 4.

אָנָה, *quo*, Psalm. CXXXIX. 7. et Deut. I. 28. quibus duobus locis est Milra; alias semper Milhel seu penacutum, ut Masorethæ notant: et Nun est cum Daghesch: אָנָּה תֵלֵךְ, *quo abis*, Jud. XIX. 17. אָנֶה וָאָנָה, *huc aut illuc*, 1 Reg. II. 36. עַד־אָנָה, *usquequo?* Ps. XIII. 2. item אָנָּה, *quæso*, *obsecro*, Ps. CXVI. 4. et sic sexies per ה scribitur, alias אָנָּא, Gen. L. 17. ubi Masorethæ notant, octo cum Aleph esse in fine.

אִנּוּן, Chald. *illi*, *isti*, Dan. II. 44. fœmin. אִנִּין, *istæ*, *ea*, *eæ*, Dan. VII.

17. Nun in fine ad. terminationem pluralem pertinet.

אִנְבְּא, nomen chaldaicum, vide in אבב.

אָנָה *mæstus fuit*, *luxit*: præt. וְאָנוּ, *et mœrebunt*, Ies. III. 26. Pih. אִנָּה, *obvenire*, *occurrere fecit*, *causam* vel *occasionem præbuit veniendi*, id est, *objecit*, *impulit*, *tradidit*, Exod. XXI. 13. Pyh. futur. יְאֻנֶּה, *objicietur*; *tradetur*, Prov. XII. 21. תְאֻנֶּה *dabitur causa ut obveniat*, Psal. XCI. 10. Hithp. partic. מִתְאַנֶּה, *occasionem quærit* vel *fabrificatur secum*, 2 Reg. V. 7.

אֳנִי, c. *navis*, *classis*, 1 Reg. X. 11. ubi masc. et ver. 22. fœm. est. Fœmin. אֳנִיָּה, idem, Prov. XXX. 19. plur. אֳנִיּוֹת, *naves*, Ies. II. 16. aff. מֵאֳנִיּוֹתֵיהֶם, *e classibus suis*, Ezech. XXVII. 29.

אֲנִיָּה, f. *mæstitia*, *mœror*, Ies. XXIX. 2.

תַּאֲנִיָּה, f. idem, Thren. II. 5.

תֹּאֲנָה, f. *occasio*, Jud. XIV. 4.

תַּאֲנָה, f. idem aff. תַּאֲנָתָהּ, *occasionem ejus*, Jer. II. 24.

אֲנָה, אֲנָא, Chald. vide in אֲנִי.

אנח Niph. נֶאֱנַח, *suspiravit*, *gemuit*, *ingemuit*, præt. נֶאֶנְחוּ, *suspirabunt*, Ies. XXIV. 7. imp. הֵאָנַח, *suspira*, Ezech. XXI. 11.

אֲנָחָה, f. *suspirium*, *gemitus*, Ies. XXXV. 10. aff. אַנְחָתִי, *gemitus mei*, Psalm. CII. 6. plur. cum aff. אַנְחֹתַי, *gemitus mei*, Thren. I. 22.

אֲנַחְנוּ. vide in sequenti voce.

אֲנִי et alia forma אָנֹכִי, c. *ego*: plur. אֲנַחְנוּ, et cum aphæresi. נַחְנוּ, *nos*, quæ forma ter tantum reperitur, Genes. XLII. 11. Thren. III. 42. Numer. XXXII. 32. Semel scribitur אֲנוּ, quod juxta vocales legendum אֲנַחְנוּ, Jerem. XLII. 6. juxta literas esset אָנוּ, quæ forma Rabbinis usitata. Chald. אֲנָא, *ego*, Dan. II. 8. vel אֲנָה, ver. 23. plur. אֲנַחְנָא, *nos*, Dan. III. 16.

אַתָּה, m. *tu*, ubi נ in Daghesch conversum, quod in lingua chaldæa redit: plur. אַתֶּם, *vos*, Exod. V. 11. quinquies scribitur אַתָּ, vide Eccles. VII. 22. Masoram. Chald. אַנְתְּה, c. *tu*, Dan, II. 37. plur. אַנְתּוּן, *vos*, ver. 8.

אַתְּ, fœm. et sexies אַתִּי, *tu*. Ter per enallagen ponitur pro masculino, Num. XI. 14. Deut. V. 26. Ezech. XXII. 12. plur. אַתֵּן, אַתֵּנָה.

אֲנָךְ m. *libella*, *perpendiculum*, עַל חוֹמַת אֲנָךְ, *super murum perpendiculi*, Amos VII. 7.

אָנֹכִי, vide paulo ante in אֲנִי.

אָנַן *plangere*, *lugere*, *mæstum*, *tristem esse*, apud Rabbinos: אוֹנֵן, *plangens*, *mæstus*; אֲנִינָה, *lamentum*, *planctus*, *mœror*; אֲנִינוּת, idem, in Targum אֲנִינוּתָא, idem, Job XVIII. 12. Thren. II. 5. hinc Hebr. in Hithp. הִתְאוֹנֵן, *lamentari*, *plangere*, *quiritari*, partic. כְּמִתְאוֹנְנִים, *sicut plangentes*, *quiritantes*, Num. XI. 1. futur. יִתְאוֹנֵן, *quiritabitur*, Thren. III. 39.

אוֹן. m. *planctus*, *mœror*, *luctus*, Gen. XXXV. 18. Deut. XXVI. 14. Hos. IX. 4.

אִנּוּן, Chald. vide supra in אָן.

אָנַס *adegit*, *coegit*, *ursit*, *exegit*, *pressit*: participium, אֵין אֹנֵס, *nemo erat urgens*, Esth. I. 8. Chald. particip. אָנֵס, *premens*, *negotium facessens*, Dan. IV. 6.

אָנַף *iratus fuit*: futur. יֶאֱנַף *irascatur*, Psalm. II. 12. Hithp. præt. הִתְאַנַּף, *ira percitus fuit*, Deut. I. 37. futur. וַיִּתְאַנַּף, *et ira percitus fuit*, Deut. IX. 8.

אַף, m. *ira*; *vultus*, *facies*, sic dicta quod iræ index sit, et per synecdochen *nasus*, Psal. CXV. 6. aff. בְּאַפְּךָ, *in ira tua*, Psalm. VI. 2. אַפָּהּ, *naso ejus*, Gen. XXIV. 47. מֵאַפְּכֶם, *de naso vestro*, Num. XI. 10. Daghesch est pro abjecto נ, et sic fit in בַּת, *filia*, ut est in אֶנף Duale אַפַּיִם, *facies*, *vultus*, *nares*, et forma dualis proprie geminas nares notat, et inde ad vultum quoque accommodatur, quod propter narium interstitium, quasi geminus videatur; unde et פָּנִים, quod quoque vultum significat, plurale tantum est. Hinc *iram* eadem forma significat: ut קְצַר אַפַּיִם יַעֲשֶׂה אִוֶּלֶת, *brevis irarum*, (id est, *cito irascens*, *præceps ira*) *facit stultitiam*, Prov. XIV. 17. אֶרֶךְ אַפַּיִם, *longus irarum*, id est, *tardus ad iram*, Exod. XXXIV. 6. de Deo. Quærunt Talmudici, quare hic dicatur אַפַּיִם forma duali, non אַף singulariter. Respondent: quia אֶרֶךְ אַפַּיִם, *longanimis* est erga justos, et erga improbos, ut utrique peccantes, per tarditatem iræ ad pœnitentiam invitentur: Sanhed. fol. 111. Bava Kama, fol. 50. Constr. אַפֵּי, aff. בְּאַפָּיו, *in nares ipsius*, Gen. II. 7. אַפֶּיךָ, *vultus tui*, Gen. III. 19. Chald. אַנְפִּין, aff. אַנְפּוֹהִי, *faciem suam*, Dan. II. 46. ubi נ redit.

אֲנָפָה, f. *ardea*, Levit. XI. 19. Talmudicis est, *milvus iracundus*.

אָנַק *clamavit*, *exclamavit*, cum gemitu proprie, ut saucii: inf. בֶּאֱנֹק, *in clamando*, *quum clamabit*, Ezech. XXVI. 15. futur. יֶאֱנֹק, *exclamabit*, Jer. LI. 52. Niph. part. וְהַנֶּאֱנָקִים, *et qui exclamant*, Ezech. IX. 4. infin. הֵאָנֵק, *clamare*, Ezech. XXIV. 17.

אֲנָקָה, f. *exclamatio*, *gemitus*, Mal. II. 13. constr. אֶנְקַת אָסִיר, *gemitus vincti*, Psal. LXXIX. 11. Item *attelabus*, locustæ species sine alis, Levit. XI. 30. diversimode redditur.

אָנַשׁ *ægrum esse*, *ægritudine affici*: futurum, וָאָנוּשָׁה, *et ægritudine afficior*, Psal. LXIX. 21. deficiente Aleph radicali, et cum Schurek loco Cholem, et He paragogico: integrum enim esset וָאֶאֱנוֹשָׁה, ut notat Kimchi in Michlol. Niph. futur. וַיֵּאָנַשׁ, *et ægritudine confectus fuit*, 2 Sam. XII. 15.

אָנוּשׁ, m. *mortiferus*, *ægerrimus*, Jer. XXX. 15. fœmin. וּמַכָּתִי אֲנוּשָׁה, *et plaga mea mortifera*, Jer. XV. 18.

אֱנוֹשׁ, m. *homo*, a mortifera ægritudine, in quam post peccatum incidit, sic dictus: plur. אֲנָשִׁים, *homines*, et specialiter *viri*, Num. XIII. 3. constr. אַנְשֵׁי, *viri*, Genes. XVII. 27. aff. אֲנָשֶׁיךָ, *viri tui*, 1 Reg. X. 8.

אֱנָשׁ, אֲנָשָׁא, אֱנָשָׁא, Chald. *homo*, Dan. VII. 4, 8. *quisquam*, Dan. II. 10. plur. אֲנָשִׁים, *viri*, Dan. IV. 14.

נָשִׁים, quod hic adducunt, vide in נָשָׁה.

* אַנְתָּה, pronomen chald. Vide in אֲנִי.

אָסָם m. *horreum*: plur. cum aff. אֲסָמֶיךָ, *horrea tua*, Prov. III. 10. Exstat et Deut. XXVIII. 8.

אָסוֹן, אסן, m. *exitium*, Genes.

XLII. 4. Aben Esra. מָוֶת, *mortem* exponit.

אָסַף *congregavit*, *collegit*, *retraxit*, *recepit:* quomodo a קָבַץ, differat, vide illic: præt. אָסַף, *recepit*, Gen. XXX. 23. אָסְפוּ, *recipient*, *retrahent ad se*, Joel II. 10. particip. plural. constr. אֹסְפֵי, *intercepti*, Ezech. XXXIV. 29. futur. תֹּסֵף, *recipies*, Psal. CIV. 29. absque א. Niph. נֶאֱסַף, *collectus*, *congregatus*, *receptus*, *sublatus fuit:* vel *congregavit se:* præter. נֶאֱסַף, *recipitur*, Ies. LVII. 1. Pih. particip. מְאַסֵּף, *colligens*, Jer. IX. 21. plur. cum aff. מְאַסְפָיו, *colligentes illud*, Ies. LXII. 9. Daghesch irregulariter ejecto. Pyh. præt. וְאֻסַּף, *et colligitur*, Ies. XXXIII. 4. וְאֻסְּפוּ, *et congregabuntur*, Hos. X. 10. partic. מְאֻסָּף, *receptus*, Ezech. XXXVIII. 12. Hiph. futur. אֹסִפְךָ, *tollam te*, 1 Sam. XV. 6. et contractum, אָסֵף, *recepturus sum*, Soph. I. 2, 3. quod a סוּף esse potest. Hithp. infinit. בְּהִתְאַסֵּף, *dum congregarent se*, Deut. XXXIII. 5.

אֹסֶף, m. *collectio*, Ies. XXXII. 10. plur. constructum, כְּאָסְפֵי קַיִץ, *sicut collectiones æstatis*, Mich. VII. 1.

אָסִיף, m. idem, Exod. XXXIV. 22.

אֲסֵפָה, f. idem, Ies. XXIV. 22.

אֲסֻפִּים, m. pl. *collectæ*, *res congregatæ*, 1 Par. XXVI. 15. cum quo confer 2 Par. XXV. 24. Constr. בְּאַסְפֵּי הַשְּׁעָרִים, *in congregationibus portarum*, Neh. XII. 25.

אֲסֻפּוֹת, f. p. *collectiones*, *collegia*, Eccles. XII. 11.

אֲסַפְסֻף, m. *collecta turba*, *colluvies*, unde cum Aleph quiescente, וְהָאסַפְסֻף, *et colluvies*, Num. XI. 4.

אָסְפַּרְנָא, Chald. vide in סָפַר.

אָסַר *ligavit*, *obligavit*, *vinxit*, partic. אֹסְרִי, *ligans*, Gen. XLIX. 11, cum י paragogico. Particip. præter. הַסּוּרִים, *vincti*, Eccles. IV. 14. contract. pro הָאֲסוּרִים Niph. imper. הֵאָסְרוּ, *vincti estote*, Genes. XLII. 16. futur. יֵאָסֵר, *vinciatur*, *vinctus esto*, ver. 19. Pyh. אֻסְּרוּ, *vincti sunt*, Ies. XXII. 3.

אִסָּר, m. *obligatio*, Num. XXX. 3.

אֱסָר, m. idem, Num. XXX. 3. plur. cum aff. וֶאֱסָרֶיהָ, *et obligationes ejus*, ver. 6.

אֵסוּר, m. *vinculum*, *ligamen*, Jer. XXXVII. 15. plur. אֲסוּרָיו, *vincula ejus*, Jud. XV. 14.

אָסִיר, m. *vinctus*, Psal. LXXIX. 11. plural. אֲסִירִים, *vincti*, Psal. LXVIII. 7. constr. אֲסִירֵי, Zach. IX. 12. aff. אֲסִירַיִךְ, *vinctos tuos*, ver. 11.

אַסִּיר, m. *vinctus*, Ies. XLII. 7.

מֹסֶרֶת, f. *vinculum*, Ezech. XX. 37. contracte pro מַאֲסֹרֶת. Sic מַכֹּלֶת pro מַאֲכוֹלֶת, ut est in אָכַל.

אֱסוּר, Chald. *vinculum*, Dan. IV. 12. plur. וְלֶאֱסוּרִין, *et ad vincula*, Esr. VII. 26.

אֱסָר, אֱסָרָא, Chald. *interdictum*, quasi *vinculum* dictum, Dan. VI. 8, 9.

אָע אָעָא, m. Chald. *lignum*, Esr. V. 8. Dan. V. 4. idem quod hebræum עֵץ, commutato צ in ע, quod sæpius fit.

אַף *etiam*, *quinetiam*, *quoque:* אַף־כִּי, *quanto minus*, 1 Reg. VIII. 27.

quanto magis, Prov. XI. 31. quandoque deficit כִּי, ut Job IV. 19. Chald. וְאַף, *etiamque*, Dan. VI. 23.

אָפַד *amicivit*, *accinxit*: præter. וְאָפַדְתָּ, *et accinges*, Exod. XXIX. 5. futur. וַיֶּאְפֹּד, *et accinxit*, Levit. VIII. 7.

אֵפוֹד, m. *ephod*, *cinctum*, *amiculum humerale*: certa vestis sacra fuit, de qua Exod. XXVIII. Vide Aben Esram, Exod. XXVIII. 4. et ibid. R. Salomo. Tunicæ etiam sacerdotum, de quibus Exod. XXVIII. 40. hoc nomine appellatæ sunt, 1 Sam. II. 18. et XXII. 18.

אֲפֻדָּה, f. *amictus*; constr. אֲפֻדַּת, Ies. XXX. 22. aff. אֲפֻדָּתוֹ, *amictus ejus*, Exod. XXXIX. 5.

אַפֶּדֶן, vide in פדן.

אָפָה *coxit*, proprie *panem in furno*, Genes. XIX. 3. imper. אֵפוּ, *coquite*, Exod. XVI. 23. fut. וַתֹּפֵהוּ, *et coxit eam*, 1 Sam. XXVIII. 24. quæ irregularia sunt. Niph. futur. תֵּאָפֶה, *coquetur*, Levit. VI. 10. תֵּאָפֶינָה, *coquuntor*, Lev. XXIII. 17.

אֹפֶה, m. *coquus*, *pistor*, Gen. XL. 17. aff. אֹפֵהֶם, *pistor eorum*, Hos. VII. 6. plur. הָאֹפִים, *coqui*, Genes. XL. 16. fœmin. וּלְאֹפוֹת, *et in pistrices*, 1 Sam. VIII. 13.

מַאֲפֶה, m. *coctum*, Lev. II. 4.

תֻּפִינִים, m. p. *cocturæ*: constr. תֻּפִינֵי, Levit. VI. 21. al. 14. abjecto א.

אֹפֶל אפל, m. *caligo*, Job III. 6. בְּמוֹ־אֹפֶל, *in caligine*, Ps. XI. 2.

אָפֵל, m. *caliginosus*, Amos V. 20.

אֲפֵלָה, f. *caligo*, Exod. X. 22. aff. וַאֲפֵלָתְךָ, *et caligo tua*, Ies. LVIII. 10. plur. בָּאֲפֵלוֹת, *in caliginibus*, hoc est, *summa caligine*, Ies. LIX. 9.

אֲפִילוֹת, f. pl. *obscura*, id est, *latentia*, *abscondita*, *sub terra*, Exod. IX. 32. hoc est *tarda*, *serotina semina*.

מַאֲפֵל, m. *caligo*, Jos. XXIV. 7.

אֶרֶץ מַאְפֵּלְיָה, *terra caliginis maximæ*, Jer. II. 31. compositum cum nomine divino יָהּ augendæ significationis causa: ut et in aliis fit; vide לֶהָבָה.

אֹפֶן אפן, m. *rota*, Ezech. I. 15. constr. אֹפַן מַרְכְּבֹתָיו, *rotam curruum ejus*, Exod. XIV. 25. plur. אוֹפַנִּים, Ezech. I. 16.

אֹפֶן, idem: metaphorice *modus*, *ratio*: plur. cum aff. דָּבָר דָּבֻר עַל אָפְנָיו, *verbum dictum juxta modos suos*, Prov. XXV. 11.

אָפֵס *desiit*, *defecit*, Gen. XLVII. 15. הֶאָפֵס, *an deficeret*, Ps. LXXVII. 9.

אֶפֶס, m. *defectus*, *finis*, *terminus*; *nihil*, *nemo*, *nullus*: item, *nisi*, *tantum*, *tantummodo*, *præter*, maxime sequente כִּי, ut Deut. XV. 15. הַאֶפֶס, *an nullus*, 2 Sam. IX. 3. מֵאֶפֶס, *præ nihilo*, id est, *minus nihilo*, Ies. XL. 17. aff. וְאַפְסִי, *et præter me*, Ies. XLVII. 8. dual. אָפְסָיִם, *tali*, Ezech. XLVII. 3. secundum Targum, et Rab. Salomo qui exponunt per קַרְסֻלַּיִם: plur. constr. אַפְסֵי אָרֶץ, Psal. II. 8.

אֶפַע אפע, m. *vipera*, juxta quosdam, Ies. XLI. 24. Targum לָא מִדַּעַם, *nihil quidquam*: Aben Esra, אַיִן, *nihilum*.

אֶפְעֶה, f. *vipera*, Ies. LIX. 5. Job XX. 16.

אָפַף *circumdedit*: אָפְפוּ עָלַי

רָעוֹת, *circumdederunt me mala*, Psal. XL. 13. אֲפָפוּנִי, *circumdederunt me*, Ps. XVIII. 5.

אפק Hithp. הִתְאַפֵּק, *confirmare, corroborare se, fortiter se continere, reprimere se*. Præter. הִתְאַפְּקוּ, *continerent se*, Ies. LXIII. 15. infin. לְהִתְאַפֵּק, *continere, reprimere se*, Gen. XLV. 1.

אָפִיק, m. *fortis, validus, robustus; torrens, alveus*, a valido aquarum decursu, Job VI. 15. plur. אֲפִיקִים, *robusti*, Job XII. 21. *alvei*, Ezech. XXXII. 6. constr. אֲפִיקֵי יָם, *alvei maris*, 2 Sam. XXII. 16. אֲפִיקֵי מָגִנִּים, *robusta scutorum*, Job XLI. 7. אֲפִיקֵי נְחוּשָׁה, *robusta æris, dura ut chalybs*, Job XL. 18. affix. אֲפִיקָיו, *alveos, validas aquas ejus*, Ies. VIII. 7.

אפר אֵפֶר, m. *cinis*, Num. XIX. 9. עָפָר וָאֵפֶר, *pulvis et cinis*, Genes. XVIII. 27.

אֲפֵר, m. idem, juxta quosdam, 1 Reg. XX. 38. 41. vel *velamen*, juxta Targum et Hebræos, quasi ex פְּאֵר transpositum.

אוֹפִיר, *Ophir*, proprium nomen viri, Gen. X. 29. item regionis cujusdam Indiæ, auri pretiosi ditissimæ, 1 Reg. IX. 28. quam Josephus lib. 8. cap. 2. dicit olim *Sophirum*, nunc *auream terram* appellari. Inde aurum Ophir vel Ophirium (vulgo Obrizum, quasi Ophirizum) pro auro præstantissimo sumitur, Job XXII. 24. 1 Par. XXIX. 4. Vide זָהָב.

אפת אֶפְּתֹם, Chald. *thesaurus, ærarium*, Esr. IV. 13. R. Sal. *tributum*, Aben Esra *commodum annuum*, sive *reditus annuos* exponit.

אצל *apud, juxta, penes, prope*: מֵאֵצֶל, *de apud*, id est, *de latere*, 1 Sam. XX. 41. aff. אֶצְלִי, *apud me*, אֶצְלָם, *apud eos*: מֵאֶצְלוֹ, *de apud eum, ab ipso*, 1 Reg. XX. 36.

אָצַל, *reponere, seponere, reservare*: præter. אָצַלְתָּ, *seposuisti*, Genes. XXVII. 36. אָצַלְתִּי, *seposui*, Eccles. II. 10. Niphal præter. נֶאֱצַל, *angustum, contractum fuit*, quasi *separatum et sepositum in se*, Ezech. XLII. 6. Hiph. futur. וַיָּאצֶל, *et seposuit*, Num. XI. 25.

אַצִּיל, m. *ala, axilla*, quasi juxta vel ad latus posita; cum ה locali, אַצִּילָה, *ad alam usque*, id est, *pteromata ædificii*, ab alarum similitudine sic dicta, Ezech. XLI. 8. plur. constr. אַצִּילֵי יָדַי, *axillis manuum mearum*, Ezech. XIII. 18. fœm. אַצִּילוֹת, Jer. XXXVIII. 12.

אֲצִילִים, m. pl. *selecti, optimates, magnates*, quasi *sepositi* dicti; constr. וְאֶל־אֲצִילֵי, *et in selectos*, Exod. XXIV. 11. aff. וּמֵאֲצִילֶיהָ, *et ex selectis* vel *optimatibus ejus*, Ies. XLI. 9.

אצר *recondidit, reposuit in thesaurum, thesaurum collegit* vel *fecit*, præt. אָצְרוּ, *recondiderunt*, 2 Reg. XX. 17. partic. הָאֹצְרִים, *thesauros facientes*, Amos III. 10. Niph. futur. יֵאָצֵר, *in thesaurum reponetur*, Ies. XXIII. 18. Hiph. futur. וְאוֹצְרָה, *et thesaurarios constituam*, Neh. XIII. 13. pro אוֹצִירָה.

אוֹצָר, m. *thesaurus*, Mal. III. 10. constr. אוֹצַר, Jos. 19. aff. אוֹצָרוֹ, *thesaurus ejus*, Iesa. XXXIII. 6. plur. אוֹצָרוֹת, *thesauri*, Neh. XIII. 13. constr. אוֹצְרוֹת, Job XXXVIII. 22. aff. בְּאוֹצְרוֹתָיו, *in thesauris ejus*,

אקק אַקּוֹ, m. *rupicapra*, Deut. XIV. 5. R. Salomo אַשְׁטֵיינְבּוֹק, id est germanice *steinboch*, *hircus sylvestris*.

ארא אֶרְאֵל, m. *valens*, *prævalidus*: aff. אֶרְאֶלָּם, *prævalidi eorum*, Ies. XXXIII. 7. idem cum אֲרִיאֵל, 2 Sam. XXIII. 20. quod ex אֲרִי, *leo*, et אֵל, *Deus*, ad auxesin, quasi *leoninus*, *leo fortissimus*. Chaldæus et Hebræi, *nuncium*, *legatum* exponunt.

אָרַב *insidiatus est*: construitur cum dativo et præp. אֶל, עַל. Præt. וְאָרַב, *et insidiatus fuerit*, Deut. XIX. 11. etc. Pih. part. מְאָרְבִים, *insidiantes*, Jud. IX. 25. Hiph. futur. וַיָּרֶב, *et insidias posuit*, 1 Sam. XV. 5. pro וַיַּאֲרֵב, ut Kimchio placet: R. Sal. et R. Levi a רִיב deducunt, pro, *et contendit*, id est, *pugnavit*.

אֶרֶב, m. *insidiæ*, *insidiarum locus*, *latibulum*, Job XXXVII. 8.

אֹרֶב, m. idem, aff. יָשִׂים אָרְבּוֹ, *ponit insidias suas*, Jerem. IX. 7. בְּאָרְבָּם, *in insidiis suis*, Hos. VII. 6. si essent infinitivi, ב ante affixum haberent lene.

אֲרֻבָּה, f. *specus*, *catarrhacta*, metaphorice *caminus*, *fumarium*: מֵאֲרֻבָּה, *de camino*, Hos. XIII. 3. plural. אֲרֻבּוֹת, *catarrhactæ*, *speculæ*, *fenestræ*, 2 Reg. VII. 19. aff. אֶל אֲרֻבֹּתֵיהֶם, *ad fenestras suas*, Ies. LX. 8.

אָרְבּוֹת, f. p. *catarrhactæ*, sive, *obices*, Ies. XXV. 11. ex absoluta forma אֲרָבוֹת, et sing. אֶרֶב.

מַאֲרָב, m. *insidiæ*, Jud. IX. 35. constr. בְּמַאֲרַב, *in insidiis*, vel *insidiarum loco*, *specu*, Psalm. X. 8.

אָרַג *texuit*, *attexuit*: particip. אֹרֵג, *texens* et *textor*, Ex. XXVIII. 32. plur. אֹרְגִים חוֹרָי, *texentes albam telam*, Ies. XIX. 9. fœm. אֹרְגוֹת, *texentes*, 2 Reg. XXIII. 7.

אֶרֶג, m. *textura*, *radius textoris*, Job VII. 6. Jud. XVI. 14.

אַרְגְּוָנָא, Chald. *purpura*, Dan. V. 7. Et hebraice, אַרְגְּוָן, 2 Par. II. 6.

אַרְגָּז, m. *arca*, *capsula*: תָּשִׂימוּ בָאַרְגַּז, *ponetis in capsula*, 1 Sam. VI. 8.

אַרְגָּמָן, m. *purpura*, *purpureum*, Exod. XXV. 4. idem quod אַרְגְּוָן, quod præcedit.

אָרָה *carpsit*, *decerpsit*: præter. אָרִיתִי, *decerpsi*, Cant. V. 1. וְאָרוּהָ, *et carpunt eam*, Psal. LXXX. 13.

אֲרִי, m. *leo*, Prov. XXXII. 13. plur. אֲרָיִים, 1 Reg. X. 20. et אֲרָיוֹת, *leones*, ver. 19.

אַרְיֵה, m. idem, Gen. XLIX. 9. Chald. כְּאַרְיֵה, *sicut leo*, Dan. VII. 4. plur. אַרְיָוָתָא, *leones*, Dan. VI. 8. Leonum nomina plura sunt, et secundum ætatis gradus distinguuntur. Catulus vocatur גּוּר אַרְיֵה, *catulus leonis*, Gen. XLIX. 9. Jer. LI. 38. ubi dicitur non שָׁאַג, *rugire*, sed נָעוֹר, *rudere*, id est, *inconditam vocem edere*, *non verum rugitum*. Nomen primum כְּפִיר, *juvenis leo*, *leunculus*, vel כְּפִיר אֲרָיוֹת, *juvenis leonum*, *jam rugiens*, Jud. XIV. 5. dentatus ad dilacerandam prædam, Job IV. 10. Psal. LVIII. 7. tugurium relinquens, Jerem. XXV. 38. prædari discens, Ezech. XIX. 3. Amos III. 4. Nomen secundum אֲרִי vel אַרְיֵה, *leo major et adultior*, catulos habens, et pro iis prædam rapiens, Nah. II. 12. animosus, 2 Sam. XVII. 10. sese ef-

ferens, Num. XXIII. 24. Tertium שַׁחַל, Job IV. 10. Quartum שַׁחַץ, Job XXVIII. 8. quæ duo mediæ ætatis sunt, ac per *leo ferox*, explicari possunt. Quintum לָבִיא, *leo immanis, et annosus*, sed molares adhuc habens, Joel I. 6. quem ob ferociam nemo excitare, aut commovere audeat, Gen. XLIX. 9. Sextum לַיִשׁ, *leo vetus*, qui præcedenti subjungitur, Ies. XXX. 6. potens adhuc, Prov XXX. 30. sed qui tandem præ inopia prædæ, quam viribus destitutus consequi non valet, perit, Job IV. 11. Hæc sex a Talmudicis recensentur in Sanhedrin cap. 11. fol. 95. col. 1.

אֻרְוָה, f. *stabulum, præsepe*, a capiendo pabulo sic dictum, plural. אֻרָוֹת, 2 Par. XXXII. 28. constr. אֻרְוֹת, 1 Reg. V. 6. אֻרְיוֹת, 2 Par. IX. 25. Tertia radicalis ה mutata est in ו et י.

אָרוֹן, c. *arca; loculus, feretrum:* לָשֵׂאת הָאָרוֹן, *ad portandum arcam*, Exod. XXV. 14. וַיִּישֶׂם בָּאָרוֹן, *et positus fuit in loculo*, Gen. L. 26. constr. אֲרוֹן יְהוָֹה, *arca Domini*, 2 Par. VIII. 11.

אֲרוּ Chald. *ecce*, Dan. VII. 2. dicitur et אֲלוּ per commutationem ר et ל, scribit R. Saadias, Dan. VII. 2.

אֶרֶז m. *cedrus*, Levit. XIV. 4. affix. אַרְזָה, *cedrus ejus*, Soph. II. 14. deficiente Mappik: plur. אֲרָזִים, Psal. XXIX. 5. constr. אַרְזֵי, Jud. IX. 15. affix. אֲרָזֶיךָ, *cedri tuæ*, Jer. XXII. 7. Talmudici decem genera cedrorum numerant in Rosch Haschana, fol. 23. 1.

אֲרָזִים, m. pl. *cedrata, cedrinæ capsæ*, Ezech. XXVII. 24.

אָרַח *iter fecit; præter.* וְאָרַח, *et iter facturus esset?* Job XXXIV. 8.

אֹרֵחַ, m. *viator*, Jud. XIX. 17. plur. אֹרְחִים, Jer. IX. 1.

אֹרַח, f. *iter, via, semita: metaphorice consuetudo*, Gen. X. 11. aff. אָרְחִי, *iter meum*, Psal. CXXXIX. 3. plur. אֳרָחוֹת, *viæ*, Jud. V. 6. constr. אָרְחוֹת, Psalm. VIII. 9. אֹרְחוֹת, vide mox: affix. אֹרְחוֹתָיו, *vias ejus*, Prov. XXII. 25. sic אֹרְחוֹתֶיךָ, *semitæ tuæ*, etc. Chald. אֹרְחָתֵהּ, *viæ ejus*, Dan. IV. 34. וְכָל־אֹרְחָתָךְ, *et omnes viæ tuæ*, Dan. V. 23.

אֹרְחָה, f. *comitatus, turma, cohors commeantium:* constr. אֹרְחַת, Gen. XXXVII. 25. plur. אֹרְחוֹת, *cætus commeantes*, Ies. XXI. 13.

אֲרֻחָה, f. *viaticum, cibarium itineris*, quasi itinerarium dicas, Jer. XL. 5. אֲרֻחָתוֹ אֲרֻחַת תָּמִיד, *cibarium ejus cibarium juge est*, Jer. LII. 34. ubi constructum et affixum est.

אָרַךְ *prolongari, produci, prorogari:* præter. אָרְכוּ לוֹ, *prorogati essent ei*, Gen. XXXI. 8. Ezech. XII. 22. futur. וַתֶּאֱרַכְנָה, *et prolongabantur*, Ezech. XXXI. 5. Hiphil, הֶאֱרִיךְ, *prolongavit, prorogavit, produxit, protraxit, distulit:* et intransitive *prolongari*, ut Deut. V. 16.

אֹרֶךְ, m. *longitudo*, Gen. VI. 15. affix. אָרְכּוֹ, *longitudo ejus*, Exod. XXV. 10. Chald. אַרְכָּה, *prorogatio*, Dan. IV. 24. et VII. 12.

אֶרֶךְ, m. idem, Jer. XV. 15. et adjective אֶרֶךְ אַפַּיִם, *longus irarum*, id est, *tardus ad iram, longanimis*, Exod. XXXIV. 6. אֶרֶךְ רוּחַ, *longus spiritu, longanimis*, Eccles. VII. 8.

אֶרֶךְ הָאֵבֶר, *longa ala*, *alatissima*, Ezech. XXII. 3.

אֲרִיךְ, Chald. *decens*, *conveniens*, Esr. IV. 14.

אֲרֻכָּה, *longum*, *diuturnum*, *diutinum*, 2 Sam. III. 1.

אֲרוּכָה אֲרֻכָה, f. *sanitas*, quasi vitae prolongatio dicta, Jer. XXX. 17. constr. אֲרֻכַת, Jerem. VIII. 22. aff. וַאֲרֻכָתְךָ, *et sanitas tua*, Ies. LVIII. 8. metaphorice, Neh. IV. 1. 2 Paral. XXIV. 13. de murorum restauratione.

אַרְכּוּבָה, nomen Chald. vide in רָכַב.

ארם אֲרָם *Aram*, nomen proprium viri, Genes. X. 22. inde regio appellata Aramia, Syria: et nomen gentile אֲרַמִּי, *Aramæus*, *Syrus*: fœm. אֲרַמִּיָּה, *Aramæa*, *Syra*: 1 Par. VII. 14. אֲרָמִית, *aramice*, *syriace*, 2 Reg. XVIII. 26.

אַרְמוֹן, c. *palatium*, *arx*, 1 Reg. XVI. 18. Hinc הַהַרְמֹנָה, *ad palatium*, Amos IV. 3 cum ה loco א. plurale אַרְמְנוֹת, *palatia*, Amos I. 4. aff. וְאַרְמְנוֹתָיו, *et palatia ejus*, Amos VI. 8. Hinc etiam, juxta quosdam, בְּאַלְמְנוֹתָיו, *in palatiis ejus*, Ies. XIII. 22. per commutationem ר in ל, ut supra fuit in chaldaicis אֲרוּ et אֲלוּ: vel, *in viduatis palatiis ejus*, ut significationem habeat ab אַלְמוֹן et אַרְמוֹן.

ארן אֹרֶן m. *ornus*, Ies. XLIV. 14. אָרוֹן, quod hinc deducunt, vide in אָרָה.

אַרְנֶבֶת, f. *lepus*, Levit. XI. 6.

ארע אַרְעָא, Chald. masc. *terra*: מֵאַרְעָא, *de terra*, Jer. X. 11. commutato צ in ע ut alias, ab heb. אֶרֶץ.

ארץ אֶרֶץ c. sed f. sæpius, *terra*, *regio*, Gen. I. 10. cum ה locali, אַרְצָה, *terram versus*, *in terram*, vel, *regionem*, Gen. XII. 5. Cum articulo ה ab initio Aleph semper est cum Kametz; ut הָאָרֶץ, aff. אַרְצוֹ, *terra ejus*, אַרְצְךָ, *terra tua*, אַרְצָם, *terra eorum*: plur. אֲרָצוֹת, *terræ*, Jer. XXVIII. 8. constr. אַרְצוֹת, Psal. CV. 44.

ארק אַרְקָא, Chald. *terra*; שְׁמַיָּא וְאַרְקָא, *cœlum et terram*, Jer. X. 11.

ארר אָרַר *maledixit*, *exsecratus est*: construitur cum accusativo, ut Mal. II. 2. imper. אָרָה־לִּי, *maledic mihi*, Num. XXII. 6. cum dativo pleonastico: אֹרוּ לְ, *maledicite*, Jud. V. 23. Niph. partic. plur. נֵאָרִים, *maledicti*, Mal. III. 9. quod tamen propter Tzere potius ad נָאַר, reducendum. Pih. præter. אֵרְרָהּ, *maledictam reddidit eam*, Genes. V. 29. partic. מְאָרְרִים, *maledictionem afferentes*, Num. V. 18. Pyh. fut. יוּאַר, *maledictus erit*, Num. XXII. 6. quod et ex Hophal esse possit.

מְאֵרָה, f. *maledictio*, Deuter. XXVIII. 20. constr. מְאֵרַת, Prov. III. 33. plur. מְאֵרוֹת, *maledictiones*, Prov. XXVIII. 27. Maledictio est subtractio et defectus benedictionis sive boni: inde Hebræi quandoque הַמְּאֵרָה, *defectum*, *diminutionem*, *penuriam*, explicant, ut Deut. XXVIII. 20. Mal. III. 9. ubi et Vulgata latina reddit *penuriam*.

ארש אֲרֶשֶׁת, f. *pronunciatum*: וַאֲרֶשֶׁת שְׂפָתָיו, *et pronunciatum labiorum ejus*, Psalm. XXI. 3.

ארש Pih. *desponsavit*, Deut. XX. 7. אֵרַשְׂתִּי, *desponsavi*, 2 Sam.

III. 14. futur. תְּאָרֵשׂ, *desponsabis*, Deut. XXVIII. 30. Pyh. præt. אֹרָשָׂה, *desponsata*, Deut. XXII. 28. partic. מְאֹרָשָׂה, *desponsata*, ver. 23.

אשׁ c. sed f. sæpius, *ignis*, Gen. XV. 17. aff. אֶת־אִשׁוֹ, *ignem suum*, Deut. IV. 36. utroque genere usurpatur, Job XX. 26. אֶשָּׁא, Chald. *ignis*, Dan. VII. 11.

אִשֶּׁה, m. *ignitum*, *igne absumendum sacrificium*, Levit. VII. 5. constr. אִשֵּׁה, Levit. I. 9. plur. constr. אִשֵּׁי, *ignita*, Levit. IV. 35. aff. לְאִשַּׁי, *in ignitis meis*, Num. XXVIII. 2.

אִשָּׁה, vide in איש.

אשׁד אֶשֶׁד, m. *effusio*, *decursus*, Num. XXI. 15. plur. אֲשֵׁדוֹת, *decursus*, *loca declivia*, quasi *declivitates* dicas, Jos. X. 40. constr. אַשְׁדֹּת, ex lingua chaldaica originem habet, in qua שְׁדָא et אֶשַׁד, ponitur pro hebræo שָׁפַךְ, *effundere*.

אַשְׁדּוֹד, *Asdod*, nomen proprium loci: inde nomen gentile, אַשְׁדּוֹדִיּוֹת, *Asdodææ*, Neh. XIII. 23. אַשְׁדּוֹדִית, *Asdodice*, *Asdodæe*, ver. 24.

אשׁה אָשְׁיָה, f. *fundamentum*, plur. cum aff. אָשְׁיוֹתֶיהָ, *fundamenta ejus*, Jer. L. 15. in Targum נְפָלָא אֻשְׁיָתְהָא, *ceciderunt fundamenta ejus*, Jer. L. 15.

אֻשַּׁיָּא, Chald. vide infra in אשׁשׁ.

אֶשֶׁךְ masc. *testis*, *testiculus*: מְרוֹחַ אָשֶׁךְ, *attritus teste*, Levit. XXI. 20.

אֵשֶׁל m. *nemus*, *arboretum*, Gen. XXI. 33. תַּחַת הָאֵשֶׁל, *sub arboreto*, 1 Sam. XXXI. 13. pro quo 1 Chron. X. 12. dicitur תַּחַת הָאֵלָה, *sub quercu*.

אָשַׁם *deliquit*, *reus fuit*, *reus factus* aut *peractus fuit*: item, *vastatus*, *desolatus fuit*, Ezech. VI. 6. Hos. XIV. 1. Ies. XXIV. 6. Niph. præt. נֶאְשָׁמוּ, *desolantur*, Joel I. 18. Hiph. imper. הַאֲשִׁימֵם, *reos perage eos*, vel *desolato eos tanquam reos*, Psal. V. 11.

אָשֵׁם, m. *delinquens*, *reus*, Levit. V. 2. plur. אֲשֵׁמִים, Gen. XLII. 21.

אָשָׁם, m. *delictum*, *reatus*, *oblatio pro reatu*, Gen. XXVI. 10. Levit. VII. 2. aff. אֶת־אֲשָׁמוֹ, *reatum suum*, id est, *oblationem suam pro reatu*, Levit. V. 6.

אַשְׁמָה, f. idem, 2 Par. XXVIII. 13. constr. לְאַשְׁמַת, *secundum reatum*, Lev. IV. 3. aff. אַשְׁמָתוֹ, *reatus sui*, Lev. V. 24. plur. אַשְׁמוֹת, 2 Par. XXVIII. 10. aff. וְאַשְׁמוֹתַי, *et reatus mei*, Psal. LXIX. 6.

אַשְׁמַנִּים, m. pl. *loca desolata*, juxta quosdam, Ies. LVII. 10. de quo vide etiam in שמן.

אָשַׁף masc. Chald. *astrologus*, Dan. 11. 10. plural. אָשְׁפִין, *astrologi*, Dan. V. 11. et אָשְׁפַיָּא, Dan. IV. 4. hebraice, הָאַשָּׁפִים, *astrologis*, Dan. I. 20. de quo vide etiam נָשַׁף.

אַשְׁפָּה, f. *pharetra*, Job XXXIX. 23. aff. אַשְׁפָּתוֹ, *pharetram suam*, Psal. CXXVII. 5.

אַשְׁפֹּת, f. *stercus*, *sterquilinium*, 1 Sam. II. 8. הָאַשְׁפּוֹת, *sterquilinii*, Neh. III. 14. et inde per syncopam, הַשְּׁפוֹת, ver. 13. pro הָאַשְׁפּוֹת: plur. אַשְׁפַּתּוֹת, *stercora*, Thren. IV. 5. quod possit esse a singulari אַשְׁפַּת. Ceterum Kimchi in suo Michlol refert inter nomina, quæ oriuntur ex verbis quiescentibus

tertia radicali, ut אָחוֹת, *soror*, ab אחה, et חָמוֹת, *socrus*, a חמה. Ita hoc esset a שָׁפָה, quod in lingua chaldaica significat *conterere*, *calcare*, unde *stercus* dictum אַשְׁפּוֹת, quia calcatur et conteritur ab omnibus. Idem notat ad citatum locum e libro Samuelis.

אֶשְׁפָּר, m. *frustum, portio ampla*, 2 Sam. VI. 19. Prisci hebræorum sapientes explicarunt, quasi ex tribus vocabulis compositum, nempe אֶחָד מִשִּׁשָּׁה בְּפָר, *unum ex sexta bovis*, id est, *una sexta bovis*. In tot enim partes generaliores animal mactatum dissecabant, (ut hodie in quatuor) sicut scribitur in Codice Talmudico Pesachim, cap. II. fol. 26. Vide etiam שָׁפָר.

אָשַׁר *incessit:* imper. וְאִשְׁרוּ, *et incedite*, Prov. XI. 6. Pih. *incedere fecit, direxit, duxit:* item, *felicitavit, beavit*, *beatum*, *felicem prædicavit:* præt. וְאִשְּׁרוּ, *et beatos prædicabunt*, Malach. III. 12. part. מְאַשְּׁרִים, *felices prædicamus*, ver. 15. vide etiam, Ies. IX. 15. מְאַשְּׁרֶיךָ, *qui ducunt te*, Ies. III. 12. imper. וְאַשֵּׁר, *et dirige*, Prov. XXIII. 19. Pyh. partic. מְאֻשָּׁר, *beatus est*, Prov. III. 18. futur. וְאֻשַּׁר, *beatus reddetur*, Psal. XLI. 3.

אֹשֶׁר, m. *beatitudo, beatitas*, aff. בְּאָשְׁרִי, *cum beatitate mea est*, *beate mihi est*, Gen. XXX. 13.

אַשְׁרֵי, plurale constructum, *beatitates*, sed per adjectivum *beatus* recte exprimitur, nunc singulariter, Psal. I. nunc pluraliter, Psal. II. 12. Cum aff. אַשְׁרֶיךָ וְטוֹב לָךְ, *beatitates tuæ, et bonum tibi*, id est, *beatus eris* et *bene tibi erit*, *O te beatum et felicem*, Psal. CXXVIII. 2. sic, אַשְׁרֵיךְ, *beata tu*, *O te beatam*, Eccles. X. 17. אַשְׁרֵיכֶם, *O vos beatos*, Ies. XXXII. 20. אַשְׁרֵהוּ, *beatus ipse est*, Prov. XXIX. 18. in quo deficit י nota plur. numeri: אַשְׁרָיו, idem, Prov. XVI. 20. Cum affixo primæ personæ superior forma usurpari potest, in antecedenti nomine אֹשֶׁר.

אָשׁוּר, f. *incessus*, *gressus:* aff. בַּאֲשֻׁרוֹ, *gressum ejus*, Job XXIII. 11. plur. שֵׁן בַּת אֲשֻׁרִים, *ebur filius* (heb. *filia:* nam שֵׁן, generis communis est) *gressuum*, Ezech. XXVII. 6. id est, *gressibus tritum*, nempe quod diu in terra defossum fuit, et id solum Plinius ebur esse dicit, lib. 8. Nat. Hist. cap. 3. Hebræi hic variant. Kimchi אֲשֻׁרִים, nomen gentis esse putat. At cum gentem significat, semper cum Daghesch scribitur: aff. תִּמְעַד אֲשֻׁרָיו, *nutat ullus gressuum ejus*, Psalm. XXXVII. 31. ubi fœmininum est.

אֲשֻׁר אַשּׁוּר, f. idem: aff. תֵּטֶה אֲשֻׁרִי *declinavit gressus meus*, Job XXXI. 7. אֲשֻׁרֵנוּ, *gressum nostrum*, Psalm. XVII. 11. Hac forma etiam proprium nomen est, *Assyrius* et *Assyria terra*.

אֲשֶׁר, *qui, quæ, quod*, utriusque generis et num. et conjunct. *quod*, *quum*, Esth. III. 4. Levit. IV. 22. *si*, Deut. XI. 27. pro אִם: *quia*, 1 Sam. XV. 15. בַּאֲשֶׁר, *in quo*, sc. *loco*, id est, *ubi*, *ubicumque*, Ruth. I. 16, 17. *propterea quod*, *eo quod*, pro עַל אֲשֶׁר, vel בַּעֲבוּר אֲשֶׁר, Genes. XXXIX. 9, 23. כַּאֲשֶׁר, *quemadmodum, sicut, quomodo, quomodocunque, prout, quum, quando:* לַאֲשֶׁר, *ei qui:* מֵאֲשֶׁר, *a quo*, *de quo : de eo quod*, Gen. XXXI. 1. *ex quo*, Ies. XLIII. 4. item loci, pro מִמָּקוֹם אֲשֶׁר, *ex loco quo*, hoc est, *ubicunque*, vel potius, *undecunque*, Exod. V. 11.

אֲשֵׁרָה, f. *lucus*, sic dictus, quod homines beatitatem in eo, utpote sacro et religioso, quærerent, aut per antiphrasin, quasi minime beatus, ut latine *lucus* quasi minime lucidus, Deuter. XVI. 21. Plural. וַאֲשֵׁרִים, *et lucos*, 2 Reg. XVII. 10. aff. וְאֶת־אֲשֵׁרָיו, *et lucos ejus*, Exod. XXXIV. 13. et forma fœm. אֲשֵׁרוֹת, 2 Par. XXXIII. 3.

אֻשַּׁרְנָא, Chald. *murus*, quasi urbis in circuitum processus, Esr. V. 3, 9. de quo vide etiam in שׁוּר.

תְּאַשּׁוּר, f. *buxus*, Ies. XLI. 19.

אשׁשׁ אָשִׁישׁ, m. *fundamentum*: plur. constr. לַאֲשִׁישֵׁי, *de fundamentis* et ל est pro עַל, juxta R. Sal. Ies. XVI. 7. Chald. אֻשַּׁיָּא, *fundamenta ipsa*, Esr. IV. 12. aff. אֻשּׁוֹהִי, *fundamenta ejus*, Esr. VI. 3. Hinc hebræi quidam deducunt ex Hithp. הִתְאֹשָׁשׁוּ, *fortes estote*, q. d. bene firmati et fundati, Ies. XLVI. 8. de quo etiam supra in אִישׁ.

אֲשִׁישָׁה, f. *lagena*, 2 Sam. VI. 19. Plur. בַּאֲשִׁישׁוֹת, *lagenis*, Cant. II. 5. Forma masc. constr. אֲשִׁישֵׁי, *lagenas*, Hos. III. 1.

אֶשְׁתַּדּוּר, Chald. vide in שְׁדַר.

את verbis activis subjunctum, notat accusativum, post passiva nominativum: ut, יֵאָכֵל אֶת־הַצְּבִי, *comeditur caprea*, Deut. XII. 22 et sic passim. Ante Makkaph notatur cum Sægol אֶת־: ter etiam absque Makkaph, Psalm. XLVII. 5. LX. 2. Prov. III. 12. Sic etiam ante pronomina notat accusativum, אֶתְהֶם, *eos*, אֶתְהֶן, *eas*, אֶתְכֶם, *vos*, אֶתְכֶן, *vos*, fœm. Ante alia pronomina est cum Cholem אֹתִי, *me*, אֹתְךָ, *te*, אֹתָם, *eos*, אֹתוֹ, *eum*, etc. מֵאֵת, *de*, *e*, *ex*, Jer. II. 37. 1. Reg. VI. 33. Et ita absolute quandoque sumitur אֶת־הָעִיר, *ex civitate*, Gen. XLIV. 4. Sic Exod. IX. 29. 1 Reg. XVIII. 23. Item pro præpositione אֶל, *ad*, vel ejus vicario ל, ut אֶת־הַכֹּהֵן, *sacerdoti*, pro לַכֹּהֵן, Lev. XIII. 49. sic Levit. XVI. 15. Job XXVI. 4. 1 Reg. VI. 31. Est et *cum*: ut, אֶת־מִי, *cum quo*, Ies. XL. 14. XXIII. 17. et alibi sæpe. Hoc um cum affixis pronominibus frequens est, אִתּוֹ, *cum eo*, אִתְּךָ, *tecum*, אִתִּי, *mecum*, אִתָּנוּ, *nobiscum*, etc. Hinc eleganter, מֵאִתְּךָ, *de tecum*, id est, *a te*, מֵאִתִּי, *a me*, מֵאִתּוֹ, *ab eo*, et ita deinceps. Reperias etiam אוֹתָךְ, *tecum*, Ezech. II. 1, 6. pro אִתָּךְ. Et sic מֵאוֹתִי, *a me*, pro מֵאִתִּי, Ies. LIV. 15.

אֵת, m. *ligo*: aff. וְאֵתוֹ, *et ligonem suum*, 1 Sam. XIII. 20. plural. וְלָאֵתִים, *et pro ligonibus*, ver. 21. et cum Daghesch, לְאִתִּים, *in ligones*, Ies. II. 4. aff. אִתֵּיכֶם, *ligones vestros*, Joel III. 10.

אַתְּ, אַתָּ, אַתְּ, vide in אני.

אַת, Chald. vide supra in אוֹת.

אתה אָתָה *venit*, *advenit*, *accessit*, proprie chaldaicum est, unde et ejus linguæ formam imitatur: præter. אָתָנוּ, *accedimus*, Jer. III. 22. ex forma quiescentium tertia Aleph. Partic. אֹתִיּוֹת, *venientia*, *ventura*, Ies. XLIV. 7. imper. אֵתָיוּ, *venite*, Ies. XXI. 12. et cum ה loco א, הֵתָיוּ, Ies. XXI. 14. futur. וְיֵאת, *et veniet*, Ies. XLI. 25. per apocopam: וַיֵּתֵא, *et venit*, Deut. XXXIII. 21. תֵּאתֶה, *perveniet*, Mich. IV. 8 Chald. præt. אֲתָה, Esr. V. 3. אֲתוֹ,

venerunt, Esr. IV. 12. infin. לְמֵתֵא, *ad veniendum*, Dan. III. 2. imperat. וְאֱתוֹ, *et venite*, ver. 26. Hiphil præter. הַיְתִיו, *venire fecerunt*, *adduxerunt*, Dan. V. 3, infin. לְהַיְתָיָה, *ad adducendum*, ver. 2. Hoph. præt. וְהֵיתָיִת, *et adductus est*, Dan. VI. 18. הֵיתָיו, *adducti sunt*, Dan. III. 13. in quibus א more chaldaico in י commutatum est.

אֹת, אוֹת, c. *signum*, quod eventurum aliquid portendit, vel aliquid in mentem vel memoriam venire facit; vide supra suo loco.

אַת, Chald. Vide ibidem.

אִיתוֹן, m. *ingressus*, Ezech. XL. 15.

אָתוֹן אתן, f. *asina*, Num. XXII. 23. affix. אֲתֹנוֹ, *asinæ suæ*, Genes. XLIX. 11. plur. אֲתֹנוֹת, Genes. XXXII. 16.

אַתּוּנָם אַתּוּן, m. Chald. *fornax*; לְגוֹא־אַתּוּן, *intra fornacem*, Dan. III. 11. לְמִזֵּא לְאַתּוּנָא, *succedere fornacem*, ver. 19.

אֲתַר m. Chald. *locus*, Dan. II. 35. aff. עַל־אַתְרֵהּ, *in loco suo*, Esr. V. 15.

בָּאתַר, vide in בָּתַר.

ב

בֵּאֵר Pih. *declaravit*, Deut. I. 5. infin. בָּאֵר הֵיטֵב, *declarando bene*, Deut. XXVII. 8.

בְּאֵר, f. *puteus*, claram aquam continens, Gen. XVI. 14. aff. בְּאֵרֶךָ, *putei tui*, Prov. V. 15. Plur. בְּאֵרוֹת, *putei*, Genes. XXVI. 15, 18. et alia forma, בֶּאֱרֹת, Gen. XIV. 10.

בֹּאר, vide in בּוֹר.

בָּרִיא, m. *pinguis*, *saginatus*, Jud. III. 17. plural. בְּרִאִים, *saginati*, 1 Reg. V. 3. cum defectu Jod in medio: constr. בְּרִיאֵי, Dan. I. 15. Fœmin. בְּרִיאָה, *pingue*, *opimum*, Ezech. XXXIV. 3. vel defective בְּרָאָה, Hab. I. 16. plur. בְּרִיאוֹת,

pingues, Gen. XLI. 2, 5. et substantive, בְּרִיאָה, *creatura, creatio*, Num. XVI. 30.

בְּרִיָה, f. *opima*, *pinguis*, Ezech. XXXIV. 20. ex præcedenti contractum: vide et בָּרָה.

* בַּרְבֻּרִים, vide infra in בָּרַר.

ברד *grandinare*: præt. וּבָרַד בְּרֶדֶת הַיָּעַר, *et si grandinabit in descendendo sylvam*, Ies. XXXII. 19.

בָּרָד. masc. *grando*: בָּרָד כָּבֵד, *grando gravis*, Exod. IX. 18.

בָּרֹד, m. *grandinatum*, id est, *punctis notatum* quasi *grandineis*, ut *guttatum* dicitur quasi *guttis respersum*: plural. בְּרֻדִּים, *grandine guttati*, Gen. XXXI. 12.

ברה *comedit*, *refecit se pastu*: item *elegit*, *selegit*: præt. בָּרָה אִתָּם, *comedit cum eis*, 2 Sam. XII. 17. imper. בְּרוּ, *seligite*, 1 Sam. XVII. 8. futur. אֶבְרֶה, *reficiam me*, 2 Sam. XIII. 6. Hiph. infin. לְהַבְרוֹת, *ut comedere facerent*, *reficerent*, 2 Sam. III. 35. futur. וְתַבְרֵנִי לֶחֶם, *et reficiat me cibo*, 2 Sam. XIII. 5.

בִּרְיָה, f. *cibus*, *edulium*, 2 Sam. XIII. 5, 7.

בָּרוּת, f. *cibus*, *alimentum*: affix. בְּבָרוּתִי, *pro alimento meo*, Psalm. LXIX. 22.

בָּרוֹת, f. idem: הָיוּ לְבָרוֹת לָמוֹ, *fuerunt in alimentum ipsis*, Thren. IV. 10. et est formæ אָחוֹת ab אָחָה, vel est infinitivus Pihel *ad comedendum*, ut Kimchi scribit.

בְּרִי, m. *serenitas*, *puritas*: אַף בְּרִי יַטְרִיחַ עָב, *etiam serenitate fatigat nubem*, Job XXXVII. 11. id est, *splendore solis huc illuc impellit et dissipat*. Forma hinc est, ut פְּרִי a פָּרָה, et similia plurima, sed significatio a בָּרַר. Inde Targum בִּבְרִירוּתָא, *claritate*, *puritate*, expressa præpositione, quæ in hebræo subintelligitur, pro בְּבְרִי. Sic Aben Esra, כְּשֶׁיִּהְיֶה הָאֲוִיר בָּרוּר, *cum fuerit aer purus*: R. Levi ait, esse ex significatione בֵּירוּר, *claritatis*. Quidam *irrigationem* explicant, quasi a רָוָה, ut ב sit servile.

בְּרִית, f. *fœdus*, *pactum*, ab *eligendo*, quasi a בָּרָה vel בָּרָא de quo in בָּרָא; quia eliguntur personæ inter quas, et res ac conditiones, propter quas fœdus initur: aut a *cædendo*, quia victimæ cædi in fœderibus pangendis solebant, ut Gen. XV. 10. quæ significatio etiam in ברא fuit. Est ergo sicut שְׁבִית a שָׁבָה. Affix. בְּרִיתִי, *fœdus meum*, Gen. IX. 15. בְּרִיתוֹ, *fœdus ejus*, Deut. IV. 13.

ברז בַּרְזֶל, m. *ferrum*: בַּרְזֶל בְּבַרְזֶל יָחַד, *ferrum ferro acuitur*, Prov. XXVII. 17. בַּרְזֶל בָּאָה נַפְשׁוֹ, *ferrum ingressum est anima ejus*, Psal. CV. 18. id est, *ferreis vinculis inclusum fuit corpus ejus*.

ברח *fugit*, *aufugit*, *diffugit*, *effugit*, *profugit*, *transfugit*, *transcurrit*: præterit. כִּי בָרַח, *quod fugeret*, Genes. XXXI. 22. infin. בְּבָרְחוֹ, *quum fugeret ipse*, Psalm. III. 1. Hiph. הִבְרִיחַ, *fugere fecit*, *fugavit*: præter. הִבְרִיחוּ, *fugaverunt*, 1 Par. VIII. 13. Particip. intransitivum, מַבְרִיחַ, *transcurrens*, *transfugiens*, Exod. XXVI. 28.

בְּרִיחַ, m. *repagulum*, *vectis*, a transcurrendo, Exod. XXVI. 28. et XXXVI. 33. plur. בְּרִיחִים, *vectes*, 2 Par. XIV. 6. Alias semper scribitur בְּרִחִים defective. Constructum בְּרִיחֵי, Psal. CXLVII. 13. affix.

בְּרִיחֶיהָ, *vectes ejus*, Jer. LI. 30. Ies. XV. 5. Semel cum Kametz בָּרִיחִים, *vectes*, Ies. XLII. 14.

בָּרִחַ, m. *extensus*, *oblongus*, scil. in rectum instar vectis: nam oppositum ejus est, עֲקַלָּתוֹן, *tortuosum*, נָחָשׁ בָּרִחַ, *serpens oblongus*, Job XXVI. 13. Ies. XXVII. 1. Scribitur absque י ad differentiam præcedentis vocis, בְּרִיחִים. Vide ibidem.

מִבְרָחִים, m. pl. *profugi, fugitivi:* affix. מִבְרָחָיו, *profugi ejus*, Ezech. XVII. 21.

בָּרַךְ *benedixit : genua flexit*, honoris causa. Quatuor autem verbis Hebræi honoris cultum describunt: הִשְׁתַּחֲוָה, *corporis totius prostrationem* denotat: קָדַד, *verticis inclinationem:* כָּרַע, *demissionem capitis cum superiore corpore:* בָּרַךְ, *genuum inflexionem*, ut in singulis explicabitur. Particip. Pahul, בָּרוּךְ, *benedictus*, *laudatus:* fœm. בְּרוּכָה, *benedicta*, Ruth III. 10. Infin. לְבָרְכוֹ, *ad benedicendum ei*, 1 Sam. XIII. 10. Futurum, נִבְרְכָה, *flectamus genua*, Psal. XCV. 6. וַיִּבְרַךְ, *et flexit genua*, 2 Par. VI. 13. Chald. particip. præsens, בָּרֵךְ, *procumbens in genua*, Dan. VI. 11. Particip. Pehil בְּרִיךְ, *benedictus*, Dan. III. 28. Niph. præt. וְנִבְרְכוּ בְךָ, *et benedictæ erunt in te*, Genes. XII. 3. et XVIII. 18. Pih. בֵּרַךְ, *benedixit : salutavit, valedixit*, in accessu vel recessu usurpatum. Per euphemiam est etiam quandoque *maledixit*. Construitur cum accusativo. Præter. בֵּרַךְ אֶת־אֲדֹנִי, *benedixit domino meo*, Genes. XXIV. 35. pro *maledixit*, 1 Reg. XXI. 10, 13. Job I. 5, 11. Futur. וְכִי־יְבָרֶכְךָ אִישׁ, *et si salutaverit te aliquis*, 2 Reg. IV. 29. וַיְבָרְכוּ אֶת־רִבְקָה, *et valedixerunt Rebeccæ*, Gen. XXIV. 60. Chald. præter. בָּרֵךְ, *benedixit*, Dan. II. 19. בָּרְכֵת, *benedixi*, Dan. IV. 13. Pyh. futur. יְבֹרַךְ, *benedicetur*, Prov. XXII. 9. תְּבֹרָךְ, Prov. XX. 21. partic. מְבֹרָךְ, *benedictum*, Psal. CXIII. 2. Chald. part. מְבָרַךְ, *benedictum*, Dan. II. 10. Hiph. infin. אַבְרֵךְ, *ingeniculandum*, *genua flectenda esse*, Genes. XLI. 43. cum א loco characteristici ה, ut Jer. XXV. 3. Ies. LXIII. 3. in similibus exemplis. Esse autem infinitivum, docet verbum continuo sequens, וְנָתוֹן, *et dedisse*, sive *constituisse;* tum etiam confirmat R. Jona, ut Aben Esra citat: nempe regius præco in Josephi Inauguratione ante currum proclamavit, flectenda esse genua omnibus coram Josepho; constitutum enim eum esse supremum præfectum totius Ægypti. Variant interpretes. Allegorici scribunt: אַבְרֵךְ dicitur quasi אָב בְּחָכְמָה, *pater sapientia*, וְרַךְ בְּשָׁנִים, *et tener annis*. Futurum, וַיַּבְרֵךְ, *et effecit, ut genua flecterent*, Genes. XXIV. 11. Hithp. præt. וְהִתְבָּרְכוּ, *et benedictæ erunt*, Gen. XXII. 18. Jer. IV. 2. partic. præs. cum futuro הַמִּתְבָּרֵךְ בָּאָרֶץ יִתְבָּרֵךְ בֵּאלֹהֵי אָמֵן, *qui benedicturus est sibi in terra*, *benedicat sibi in Deo veritatis*, Ies. LXV. 16.

בֶּרֶךְ, f. *genu*, a benedicendo et salutando. Duale בִּרְכַּיִם, *genua*, Ies. LXVI. 12. constr. בִּרְכֵּי, Gen. L. 23. affix. בִּרְכַּי, *genua mea*, Gen. XXX. 3. Chald. בִּרְכוֹהִי, *genua sua*, Dan. VI. 11.

בְּרָכָה, f. *benedictio:* item *munus*, *donum*, benedictionis symbolum, vel testimonium, Genes. XXVII. 12.

1 Sam. XXV. 27. constr. בִּרְכַּת, Gen. XXVIII. 4. aff. בִּרְכָתֶךָ, *benedictionem tuam*, Genes. XXVII. 35. Plural. בְּרָכוֹת, *benedictiones*, Prov. X. 6. constr. בִּרְכוֹת, Gen. XLIX. 25.

בְּרֵכָה, f. *piscina*, 2 Reg. XVIII. 17. constr. אֶל בְּרֵכַת הַמֶּלֶךְ, *ad piscinam regis*, Neh. II. 14. Plural. בְּרֵכוֹת, *piscinæ*, Cant. VII. 5.

בְּרַם Chald. *sed*, *verum*, *verumtamen*, Dan. II. 28. Esr. V. 13.

בְּרוֹמִים, m. pl. *vestes pretiosæ*, Ezech. XXVII. 24. R. Salomon Urbinas in libro Ohel Moed scribit, esse generale nomen vestium pulcrarum, quæ sic appellentur arabice. Kimchi notat se a patre suo audivisse, *vestes pulcras et honoratas* arabice dici תאב מברומא.

בָּרַק *fulguravit*: imper. בְּרוֹק

בְּרָק, *fulgura fulgur*, Psal. CXLIV. 6.

בָּרָק, m. *fulgur*, *coruscatio*, *fulgor*, Ezech. XXI. 15. *gladius coruscus*, Job XX. 25. constr. בְּרַק, Hab. III. 11. plur. בְּרָקִים, *fulgura*, Exod. XIX. 16.

בָּרֶקֶת, f. *smaragdus*, vel *carbunculus*, lapis pretiosus a fulgore sic dictus, Exod. XXVIII. 17.

בָּרְקַת, f. idem, Ezech. XXVIII. 13.

בַּרְקָנִים, m. pl. *oxyacanthæ*, spinæ summe aculeatæ; *tribuli*, Jud. VIII. 7, 16.

בָּרַר *expurgavit*, *purificavit*, *declaravit*; item *elegit*, *selegit*; præter, וּבָרוֹתִי, *et seligam*, vel, *expurgabo*, Ezech. XX. 38. partic. præt. בָּרוּר *purum*, *clarum*, *nitidum*, Ies. XLIX. 2. Job XXXIII. 3. plur. בְּרוּרִים, *electi*, *selecti*, *lectissimi*, 1 Par. VII. 40. fœmin. בְּרוּרָה, *purum*, Soph. III. 9. plur. בְּרוּרוֹת, *selectæ*, Neh. V. 18. Infinit. לָבוּר, *ad declarandum*, Eccles. IX. 1. cum Schurek loco Cholem: לְבָרָם, *ad declarandum eis*, Eccles. III. 18. et Kametz primum est loco ejecti Daghesch. Niph. part. נָבָר, *purus*, vel *purificans se*, Psalm. XVIII. 27. Imperat. הִבָּרוּ, *purgate vos*, Ies. LII. 11. Pih. infinit. לְבָרֵר, *ad purificandum*, Dan. XI. 35. Hiph. infin. לְהָבַר, *ad purgandum*, Jer. IV. 11. imper. הָבֵרוּ, *purgate*, Jer. LI. 11. Hithp. futur. תִּתְבָּרָר, *purum te exhibes*, Psalm. XVIII. 27. pro quo irregulariter est תִּתָּבָר, 2 Sam. XXII. 27. ad analogiam quandam antecedentis et consequentis verbi ibidem, etsi alia eorum sit ratio: יִתְבָּרְרוּ, *purgabuntur*, Dan. XII. 10.

בַּר, m. *mundus*, *purus*, Job XI. 4. וּבַר לֵבָב, *et purus animo*, Psalm. XXIV. 4. plur. constructum, לְבָרֵי לֵבָב, *puris animo*, Psalm. LXXIII. 1.

בַּר, m. *frumentum*, *triticum*, a puritate, Gen. XLI. 35. בְּבַר, *frumento*, vel ex chaldaica significatione, *in agris*, *foris*, Job XXXIX. 4. et in Pathach, פִּסַּת־בַּר, *pugillus tritici*, Psalm. LXXII. 16. Item *frumenti horreum*, Amos VIII. 5.

בֹּר, m. *puritas*, Ps. XVIII. 24. כְּבֹר, *secundum puritatem*, Ies. I. 25. Item *smegma*, sic dictum, quod purificet a sordibus, Job IX. 30.

בֹּרִית, f. *smegma*, Jerem. II. 22. וּכְבֹרִית מְכַבְּסִים, *et ut smegma fullonum*, Mal. III. 2. quasi pro בֹּרְרִית.

בַּרְבֻּרִים, m. pl. *selectissima*, juxta quosdam, 1 Reg. V. 3. Kimchi scri-

bit, multos existimare esse עוֹפוֹת הַמְסוֹרָסִים, *aves castratas*. id est, *capones*. Id petitum ex Pandectis Talmudicis, tractatu Bava Metzia, fol. 86. ubi scribitur esse *gallos*, *qui saginantur per coactionem intruso illis cibo in os*.

ברש בְּרוֹשׁ, m. *abies*, Ies. XLI. 19. plur. בְּרוֹשִׁים, *abietes*, Ies. XIV. 8. affix. בְּרוֹשָׁיו, *abietum ejus*, Ies. XXXVII. 24.

ברת בְּרוֹת, m. *bruta*, arbor, de qua Plinius lib. XII. 17. cupresso similis, quomodo quidam interpretantur: plural. בְּרוֹתִים, *brutina*, *e brutis arboribus*, *cupressina*, Cant. I. 17. Aben Esra scribit, juxta quosdam idem esse quod בְּרוֹשִׁים, *abietes*, *abiegna*, commutatis שׁ et ת.

בָּרִית, f. vide supra in בָּרָה.

בָּשַׁל *elixari*, *coqui*, *maturescere*, ut Joel IV. 13. בָּשְׁלוּ, *elixata sunt*, Ezech. XXIV. 5. Pih. præt. וּבִשַּׁלְתָּ, *et coques*, Deuteron. XVI. 7. particip. בֵּית הַמְבַשְּׁלִים, *domus coquentium*, *locus poparum*, Ezech. XLVI. 24. Pyh. præt. בֻּשָּׁלָה, *coctum fuerit*, Lev. VI. 21. particip. מְבֻשָּׁל, *coctum*, Ex. XII. 9. Hiph. הִבְשִׁילוּ, *coxerunt*, *maturarunt*, sive *maturas protulerunt*, Gen. XL. 10.

בָּשֵׁל, m. *coctile*, Exod. XII. 9.

בִּשְׁלָמִי, vide in שֶׁל.

מְבַשְּׁלוֹת, f. pl. *culinæ*, *foci*, Ezech. XLVI. 23.

בֶּשֶׂם, בֹּשֶׂם, m. *aroma odoratum*, Ex. XXX. 23. aff. עִם־בְּשָׂמִי, *cum aromate meo*, Cant. V. 1. cujus forma absoluta esset בָּשָׂם: plural. בְּשָׂמִים, *aromata*, Exod. XXV. 6. aff. בְּשָׂמָיו, *aromata ejus*, Cant. IV. 16.

בָּשַׁס *conculcare*. Infin. יַעַן בּוֹשַׁסְכֶם, *propter conculcare vos*, Amos V. 11. idem quod בוס et בּוֹסֵס. Nam שׁ est loco ס.

בָּשָׂר masc. *caro*, synecdochice nunc *homines*, nunc *animantia* comprehendit; interdum *totum*, interdum *partes* denotat; unde etiam honestatis causa de *membro pudendo* dicitur, ut Levit. XV. 3. Ezech. XVI. 26. Constr. בְּשַׂר בָּנֶיךָ, *carnem filiorum tuorum*, Deut. XXVIII. 53. aff. בְּשָׂרוֹ, *caro ejus*, 2 Reg. V. 14. Plurale semel בְּשָׂרִים, *carnes*, Prov. XIV. 30. Chald. בְּשַׂר, *caro*, Dan. VII. 5. emph. בִּשְׂרָא, Dan. II. 11.

בִּשֵּׂר Pih. *nuntiavit*, *annuntiavit*, regit accusativum personæ. בִּשַּׂר, אֶת־אָבִי, *nuntiavit patri meo*, Jer. XX. 15. vide et 2 Sam. XVIII. 20. particip. מְבַשֵּׂר, *nuntians* vel *nuntius*, 2 Sam. XVIII. 26. fœm. מְבַשֶּׂרֶת, *quæ evangelizas*, Ies. XL. 9. plur. הַמְבַשְּׂרוֹת, *eæ quæ annuntiabant*, Ps. LXVIII. 12. Hithp. futur. יִתְבַּשֵּׂר, *annuntiabitur*, 2 Sam. XVIII. 31.

בְּשׂרָה, f. *nuntium*, 2 Sam. XVIII. 22, 25. *nuntii præmium*, 2 Sam. IV. 10.

בשש Pih. בֹּשֵׁשׁ, *tardavit*, *distulit*, Exod. XXXII. 1. Jud. V. 28.

בּוֹשׁ, m. *tarditas*, עַד־בּוֹשׁ, *usque ad tarditatem*, id est, *diu*, *dudum*, Jud. III. 25. vide et 2 Reg. II. 17. et VIII. 11. Referunt hæc ad בּוֹשׁ.

בַּת f. *bathus*, mensura liquidorum, Ies. V. 10. plur. בַּתִּים, *bathi*, Ies. XLV. 14. Chald. בַּתִּין, *bathi*, Esr. VII. 22. Talmudici scribunt *Bath* continuisse שָׁלֹשׁ סְאִין, *tria sata*,

quæ constituerunt *Epha*, aridorum mensuram maximam, Erubhin fol. 14.

בָּת, Chald. *pernoctavit*, vide in בִּית.

בָּתָה, f. *desolatio*, Ies. V. 6. plur. הַבַּתּוֹת, *desolationes*, Ies. VII. 19.

בתל בְּתוּלָה, f. *virgo*, matura, nubilis et integra adhuc, Genes. XXIV. 16. constr. בְּתוּלַת יִשְׂרָאֵל, *virgo Israelis*, Jer. XXXI. 4. plur. בְּתוּלֹת, *virgines*, Psalm. CXLVIII. 12.

בְּתוּלִים, m. pl. *virginitas*, Deut. XXII. 14. constr. בְּתוּלֵי הַנַּעֲרָה, *virginitates puellæ*, id est, *signa virginitatis*, Deut. XXII. 15. Affix. בְּתוּלַי, *virginitatem meam*, Jud. XI. 37.

בתק Pih. *confodit*, *transfixit*: præter. וּבִתְּקוּךָ, *et transfigent te*, Ezech. XVI. 40.

בתר *dissecuit*, Gen. XV. 10. Pih. וַיְבַתֵּר אֹתָם, *et dissecuit ea*, ibidem.

בֶּתֶר, m. *sectio*, *pars dissecta*: עַל הָרֵי בָתֶר, *in montibus sectionis*, id est, *sectis disparatis*, Cant. II. 17. Aff. בִּתְרוֹ, *partem dimidiatam ejus*, Gen. XV. 10. Plur. constr. בֵּין־בִּתְרֵי, *inter dimidiatas partes*, Jer. XXXIV. 19. Aff. בְּתָרָיו, *dimidiatas partes ejus*, ver. 18.

בתר Chald. *post*; aff. וּבָתְרָךְ, *et post te*, Dan. II. 39. cum epenthesi Aleph, וּבָאתַר דְּנָה, *et post hæc*, *postea*, Dan. VII. 6. hebraice אַחַר.

ג

גאה *altum*, *excelsum esse*, *extollere se*, *excellere*, *superbire*. Præt. cum inf. גָּאֹה גָּאָה, *excellendo excelluit*, Ex. XV. 1. גָּאוּ, *altæ erant*, Ezech. XLVII. 5. Futur. וְיִגְאֶה, *quum attollit se*, Job X. 16. הֲיִגְאֶה. *an attollit se*, Job VIII. 11.

גֵּאֶה, m. *excellens*, *elatus*, *superbus*, *fastuosus*, Ies. II. 12. Semel גֵּא, Ies. XVI. 6. plur. בֵּית גֵּאִים, *domum superborum*, Prov. XV. 25.

גֵּאָה, f. *fastus*, Prov. VIII. 13.

גֵּוָה, f. *superbia*, Jer. XIII. 17. cum ו loco א: *exaltatio*, Job XXII. 29. et XXXIII. 17. Aliam ejus significationem vide infra in גוה. Chald. בְּגֵוָה, *in superbia*, Dan. IV. 34.

גָּאוֹן, m. idem, Prov. VIII. 13. Constr. גְּאוֹן, Ies. XVI. 6. aff. גְּאֹנוֹ *excellentiæ ejus*, Ies. II. 10. Plur. cum aff. גְּאוֹנַיִךְ, *excellentiarum tuarum*, Ezech. XVI. 56.

גֵּאוּת, f. *elatio*, *superbia*, Ies. IX. 17. et XII. 5.

גַּאֲוָה, f. idem, Psal. XXXVI. 12. constr. גַּאֲוַת אָדָם תַּשְׁפִּילֶנּוּ, *superbia hominis deprimit eum*, Prov. XXIX. 23. aff. גַּאֲוָתוֹ, *superbiam ejus*, Ies. XXV. 11.

גַּאֲיוֹנִים, *superbi*, Psal. CXXIII. 4. compositum ex גֵּאֶה et גָּאוֹן.

גָּאַל *redemit*, *vendicavit*, *vindicavit*. Part. גֹּאֵל, *redimens*, *redemptor*, *vindex*, Num. XXXV. 19. Levit. XXV. 25. Ruth III. 12, 13. *propinquus*, *cognatus*, qui jus vindiciarum habebat, 1 Reg. XVI. 11. Niph. נִגְאַל, *vindicari*, *redimi*, *redimere se*: item *contaminari*, *pollui*: præterit. וְנִגְאַל, *et redimet ipse sese*, Levit. XXV. 49. נִגֹּאֲלוּ, *contaminati sunt*, Thren. IV. 14. ex Niphal et Pyhal compositum. Part. וְנִגְאָלָה, *et contaminata*, Soph. III. 1. Pih. גֵּאַל, *polluere*, *contaminare*: præt. גֵּאַלְנוּךָ, *polluimus te*, Mal. I. 7. Pyh. partic. מְגֹאָל, *pollutus*, ibid. Futur. וַיְגֹאֲלוּ, *et polluti sunt*, Esr. II. 62. Hiph. præter. אֶגְאָלְתִּי, *contaminavi*, Ies. LXIII. 3. ex forma chaldaica, cum א; vel ut Aben Esra scribit, est ex futuro et præterito compositum. Simile vide in חָבַר in Hithpahel. Hithp. יִתְגָּאַל, *contaminaret se*, Dan. I. 8.

גֹּאַל, m. *pollutio*: plural. constr. גָּאֳלֵי הַכְּהֻנָּה, *pollutiones sacerdotii*, Neh. XIII. 29.

גְּאֻלָּה, f. *redemptio*, *jus redempturæ*, *vindiciæ*, Lev. XXV. 24. constr. גְּאֻלַּת, ver. 32. Cum affix. גְּאֻלָּתוֹ, *jus redempturæ ejus*, ver. 29.

גֶּבֶא m. *lacuna*, *palus*, Ies. XXX. 14. plur. גְּבָאִים; cum affixo גְּבָאָיו, *lacunæ*, *paludes ejus*, Ezech. XLVII. 11.

גבב .גַּב, m. *gibbus*, *tergum*, *dorsum*: in genere, cujuscunque rei *faciem* sive *superficiem eminentiorem* appellant גַּב, scribit Kimchi in libro Rad. unde ad varia transfertur. גַּב, *fornix*, *excelsum*, juxta hebræos, Ezech. XVI. 24. גַּב הַמִּזְבֵּחַ, *projectura altaris*, Ezech. XLIII. 13. Aff. עַל־גַּבִּי, *super dorsum meum*, Psal. CXXIX. 3. גַּבֵּךְ, *fornicem tuum*, Ezech. XVI. 31, 39. Plural. constr. גַּבֵּי, Job XV. 26. לְגַבֵּי חֹמֶר גַּבֵּיכֶם, *eminentiis luti eminentiæ vestræ*, scil. similes sunt, id est, *quidquid in vobis excelsum est*, *tumulis luti simile est*, Job XIII. 12. וְגַבֵּיהֶם, *et apsides earum*, 1 Reg. VII. 33. et defective, וְגַבֵּהֶם, *et dorsa eorum*, Ezech. X. 12. וְגַבֵּהֶן, *et apsides earum*. Ezech. I. 18. Et forma fœminina, וְאֶת־גַּבֹּת עֵינָיו, *et supercilia oculorum ejus*, Lev. XIV. 9. Chald. עַל־גַּבַּהּ, *in dorso ejus*, Dan. VII. 6.

גֶּבָא גב, vide infra in גּוֹב.

גֵּבִים, m. pl. *cantherii*, *trabes*, 1 Reg. VI. 9. Vide etiam גּוֹב.

גָּבַהּ *altum*, *elatum esse*, *efferre*, *exaltare se*; præt. גָּבַהּ לִבִּי, *extulit se animus meus*, Ps. CXXXI. 1. גָּבַהְתָּ, *exaltas te*, Ezech. XXXI. 10. Hiph. הִגְבִּיהַּ, *exaltavit se*, *exaltavit*: præt. הִגְבַּהְתִּי, *exalto*, Ezech. XVII. 24. part. הַמַּגְבִּיהִי, *qui exaltat habitaculum*, Psal. CXIII. 5. cum י paragogico.

גָּבֹהַּ, m. *altus*, *elatus*, *excelsus*, Ies. II. 15. constr. per crasin, גְּבַהּ לֵב, *elatus animo*, Prov. XVI. 5. plural. גְּבֹהִים. Fœm. גְּבֹהָה, *alta*, Deut. III. 5. plur. גְּבֹהוֹת, Dan. VIII. 3.

גֹּבַהּ, m. *altitudo*, *elatio*, Prov. XVI. 18. affix. גָּבְהוֹ, *altitudo ejus*, 1 Sam. XVII. 4. plur. constr. גָּבְהֵי שָׁמַיִם, *altitudines cœlorum*, Job XI. 8.

גֹּבַהּ, m. *altitudo*, 1 Sam. XVI. 7.

גַּבְהוּת, f. idem, Ies. II. 11.

גָּבֵחַ גבח, m. *recalvaster, calvus anteriore parte capitis*, ut R. Salomon docet, Lev. XIII. 41.

גַּבַּחַת, f. *recalvatio, locus recalvus*, Lev. XIII. 42.

גָּבַל גבל *terminavit, determinavit:* pr. אֲשֶׁר גָּבְלוּ, *quem determinarunt*, Deut. XIX. 14. futur. יִגְבּוֹל־אֹתוֹ, *terminabit eum*, Jos. XVIII. 20. Hiph. præt. וְהִגְבַּלְתָּ, *et terminabis, terminum pones*, Exod. XIX. 12. imper. הַגְבֵּל, *termina*, ver. 23.

גְּבוּל, m. *terminus*, Gen. X. 19. aff. בִּגְבֻלוֹ, *in termino ejus*, Num. XXI. 23. plur. cum aff. וְאֶת־גְּבוּלֶיהָ, *et terminos ejus*, 1 Sam. V. 6.

גְּבוּלָה, f. idem: aff. גְּבֻלָתוֹ, *termino ejus*, Ies. XXVIII. 25. plural. גְּבוּלוֹת, Psalm. LXXIV. 17. Job XXIV. 2.

גַּבְלוּת, f. *terminatio*, שַׁרְשֹׁת גַּבְלֻת, *catenæ terminationis*, Exod. XXVIII. 22. id est, *æqualiter terminatæ.*

גִּבְלִי, m. *Ghiblæus*, gentile nomen, Jos. XIII. 5. גִּבְלִים, *Ghiblæi*. Hi architecturæ periti fuerunt, et inter structores templi numerantur, 1 Reg. V. 32. unde quidam illic *lapicidas, fabros murarios* reddunt. Sic Chald. אַרְגּוּבְלַיָּא, quod *lapicidas* significat, 2 Reg. XII. 12.

מִגְבָּלוֹת, f. pl. *terminales, æquabiles*, Exod. XXVIII. 14.

גִּבֵּן גבן, m. *gibbosus* אוֹ גִבֵּן אוֹ דַק, *aut gibbosus aut gracilis nimis*, Levit. XXI. 20. Deducunt a גב quod *dorsum* et *eminentiam quamlibet* significat.

גַּבְנֹן, m. *gibbosus admodum, eminens:* plurale, הָרִים גַּבְנֻנִּים, *montes gibbosi*, id est, *gibbis* seu *collibus abundantes, eminentes*, Ps. LXVIII. 17.

גְּבִינָה, f. *caseus:* וְכַגְּבִינָה תַּקְפִּיאֵנִי, *tamquam caseum coagulasti me*, Job X. 10.

גָּבִיעַ גבע, m. *scyphus*, Genes. XLIV. 12. constr. et aff. וְאֶת גְּבִיעִי גְּבִיעַ הַכֶּסֶף, *scyphum autem meum, scyphum argenteum*, ver. 2. Plural. גְּבִעִים, Ex. XXV. 33. aff. גְּבִיעֶיהָ, *scyphi ejus*, ver. 31.

גִּבְעָה, f. *collis*, Jer. II. 20. constr. גִּבְעַת, 1 Sam. X. 5. plural. גְּבָעוֹת, Job XV. 7. constr. גִּבְעוֹת עוֹלָם, *colles seculi*, Genes. XLIX. 26. aff. גִּבְעוֹתֶיךָ, *colles tui*, Ezech. XXXV. 8. Est et proprium nomen loci, *Ghibea*, Jud. XX. 25. unde גִּבְעָתָה, *Ghibeam versus*, 1 Sam. XXIII. 19.

מִגְבָּעוֹת, f. pl. *tiaræ*, Ex. XXIX. 9. Vide Joseph. Antiq. lib. III. cap. 8. et Aben Esram, Exod. XXVIII. 37.

גִּבְעֹל, masc. *culmus:* וְהַפִּשְׁתָּה גִּבְעֹל, *et lino erat culmus*, Exod. IX. 31.

גָּבַר גבר *valuit, invaluit, prævaluit, validus, robustus fuit:* præt. גָּבַר, *prævalet*, Psalm. CIII. 11. גָּבְרוּ, *invaluerunt*, Gen. VII. 19. Pih. גִּבַּר, *roboravit, corroboravit:* præt. וְגִבַּרְתִּי, *et corroborabo*, Zach. X. 6. Hiph. præt. וְהִגְבִּיר, *et corroborabit*, Dan. IX. 27. futur. נַגְבִּיר, *roborabimus*, Psalm. XII. 5. Hithp. fut. יִתְגַּבָּר, *potenter se geret*, Ies. XLII. 13. Job XV. 25. יִתְגַּבָּרוּ, *invaluerunt*, Job XXXVI. 9.

גֶּבֶר, m. *vir*, quasi validus, ut et latine a viribus, dictus. Distributive *quisque*, ut Joel II. 8. Plur. גְּבָרִים, *viri*, Jerem. XLI. 16.

גֶּבֶר; m. *vir*, Psalm. XVIII. 26. Chald. גְּבַר, *vir*, Dan. II. 25. Cum Kametz in Venetis magnis, at cap. 5. ver. 11. cum Pathach, quæ communis est et analoga ejus forma. Et aliter גַּבְרָא, unde plur. אִיתַי גֻּבְרִין, *sunt viri*, Dan. III. 12, גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ, *viri isti*, ibid.

גִּבּוֹר, m. *potens, validus, robustus, fortis:* affix. גִּבּוֹרָם, *fortissimum suum*, 1 Sam. XVII. 51. Plural. גִּבּוֹרִים, *fortissimi*, etc. constr. גִּבּוֹרֵי חַיִל, *potentes robore*, 1 Par. V. 24. affix. גִּבּוֹרֶיךָ, *potentium tuorum*, Hos. X. 13. Chald. גִּבָּר; unde plur. constr. גִּבָּרֵי חַיִל, *potentibus robore*, Dan. III. 20.

גְּבִיר, m. *herus, dominus, dominio et auctoritate potens*, Genes. XXVII. 29.

גְּבִירָה, f. *augusta*, et de regina tantum dicitur, 2 Reg. X. 13. Jer. XIII. 18.

גְּבֶרֶת, fœm. *hera*, *domina*, Ies. XLVII. 5. affix. גְּבִרְתִּי, *heræ meæ*, Gen. XVIII. 8.

גְּבוּרָה, f. *virtus, potentia, robur, fortitudo*, Ex. XXXII. 18. aff. גְּבוּרָתִי, *potentiam meam*, Ies. XXXIII. 13. plur. גְּבוּרוֹת, *potentiæ*, id est, *summa potentia*, Psalm. CVI. 2. affix. בִּגְבוּרֹתָיו, *propter potentias ejus*, Ps. CL. 2. Chald. גְּבוּרְתָּא, f. *potentia*, Dan. II. 23.

גבש גָּבִישׁ, m. *unio*, *margarita pretiosa*, juxta R. Levi Gerson, Job XXVIII. 18.

גָּג m. *tectum*, Jos. II. 6. הַגָּגָה, *super tectum*, Jos. II. 6. pro עַל הַגָּג, ut eodem versu est: constr. גַּג, 2 Sam. XI. 2. affix. אֶת־גַּגּוֹ, *tectum ejus*, Exod. XXX. 3. plural. גַּגּוֹת, *tecta*, Ps. CXXIX. 6. affix. עַל־גַּגֹּתֵיהֶם, *super tecta sua*, Jer. XIX. 13.

גַּד m. *coriandrum*, Exod. XVI. 31. Herba est, scribunt hebræi, cui nomen אַלְיַנְדְרֵי, *aliandre;* semen rotundum est, color autem ejus non est albus: unde *Man* non colore, sed rotunditate ipsi comparatur. De hoc plenius disputant Talmudici in Ioma fol. 75. Aliam significationem vide in גדד.

גְּדָבַר Chald. *thesaurarius*, *præfectus ærario*, *quæstor:* alias גִּזְבָּר per commutationem ז et ד: plural. גְּדָבְרַיָּא, Dan. III. 2.

גְּדַד Chald. *exscidit*, *succidit:* imper. גֹּדּוּ, *succidite*, Dan. IV. 11. quasi ex hebræo גָּזַז factum, ז et ד commutatis.

גְּדוּד, m. *turma*, Gen. XLIX. 19. proprie militum grassantium, ab exscindendo et vastando: item *sulcus*, *lira*, quasi terræ scissura. Plural. גְּדוּדִים, *turmæ*, 2 Reg. V. 2. constr. גְּדוּדֵי, 2 Reg. XXIV. 2. aff. גְּדוּדָיו, *turmæ ejus*, Job XIX. 12. גְּדוּדֶיהָ, *liras ejus*, Psal. LXV. 11.

גְּדוּדוֹת, f. pl. *cæsuræ*, *incisiones*, Jer. XLVIII. 37.

גַּד, m. *turma:* variant interpretes: בָּגָד, *venit turma*, Gen. XXX. 11. vel *cum fortuna bona*, feliciter, *advenit fortuna bona;* ubi Kametz propter Athnach, et legendum בָּא גָד. Tales voces quindecim sunt, quæ scribuntur ut una, ac leguntur ut duæ, teste Masora magna: לַגַּד, *turmæ isti*, Ies. LXV. 11. nempe exercitus cælestis, cui divinos honores tribuebant, ut notat Aben Esra.

גָּדַד, *turmatim convenire*, *depopulari:* fut. יָגֹדּוּ, *turmatim conveniunt*, Psal. XCIV. 21. Et ex forma quie-

scentium, גָּד גְּדוּד יְגוּדֶנּוּ וְהוּא יָגֻד, *Gad turmatim populabitur eum, et ipse populabitur*, Gen. XLIX. 19. vide et Hab. III. 16. Sic quandoque defectiva et quiescentia secunda radicali formas inter se confundunt. Hithp. הִתְגּוֹדֵד, *incidere se*, *cæsuram sibi inducere*: part. מִתְגּוֹדְדִים, *incidentes se*, Jerem. XLI. 5. futur. תִּתְגּוֹדְדִי, *turmatim coito*, Mich. IV. 14. תִּתְגּוֹדָדִי, *cæsuram induces tibi*, Jer. XLVII. 5. יִתְגּוֹדָדוּ, *turmatim conveniunt*, Jer. V. 7.

גדה גְּדִי, m. *hædus*, Genes. XXXVIII. 20. plur. גְּדָיִים, 1 Sam. X. 3. constr. גְּדָיֵי, Gen. XXVII. 9. fœm. גְּדִיּוֹת, *capellæ*; aff. גְּדִיֹּתַיִךְ, *capellas tuas*, Cant. I. 8.

גְּדוֹת, f. pl. *ripæ*; affix. עַל כָּל גְּדוֹתָיו, *super omnes ripas suas*, Jos. III. 15.

גָּדַל *magnum esse* vel *fieri*, *crescere*, *educari*: הָלוֹךְ וְגָדֵל, *eundo et crescens*, id est, *crescendo*, Gen. XXVI. 13. Pih. גִּדֵּל, *crescere fecit*, *magnificavit*, *educavit*: præt גִּדַּל vel גִּדֵּל, Jos. IV. 14. Ies. XLIX. 21. Pyh. partic. plur. מְגֻדָּלִים, *educatæ*, Psal. CXLIV. 12. Hiph. הִגְדִּיל, *magnum effecit*, *magnificavit*, *magnifica effecit*. Interdum intransitive *magnificavit se*, *extulit*, *sustulit se*, ut Job XIX. 5. Jer. XLVIII. 26. Hithp. præter. הִתְגַּדִּלְתִּי, *magnificabo me*, Ezech. XXXVIII. 23. fut. יִתְגַּדֵּל, *magnificavit se*, Ies. X. 15.

גָּדוֹל, m. *magnus*, *magnificus*, Ps. XXI. 6. constr. גְּדוֹל הָעֵצָה, *maximus consilio*, Jerem. XXXII. 19. גְּדָל־חָסֶד, *magnus benignitate*, Psal. CXLV. 8. affix. עַד גְּדוֹלָם, *usque ad maximum eorum*, Jer. VI. 13. plur. גְּדוֹלִים, *magni*, *magnates*, 1 Sam. XVII. 14. constr. אֶת־גְּדוֹלֵי הָעִיר, *magnates civitatis istius*, 2 Reg. X. 6. affix. גְּדֹלָיו, *magnates ejus*, 2 Reg. X. 11. fœmin. גְּדוֹלָה, *magna*, Genes. XXVII. 34. plural. גְּדֹלוֹת, Psalm. XII. 4.

גָּדֵל, m. *magnus*, et participialiter, *crescens*, ut Genes. XXVI. 13. הָלֵךְ וְגָדֵל, *iens et crescens erat*, id est, *pergebat indesinenter crescere*, 1 Sam. II. 26. plur. constr. גִּדְלֵי בָשָׂר, *magni carne*, Ezech. XVI. 26.

גֹּדֶל, m. *magnitudo*, Deut. XXXII. 3. aff. וְאֶת־גָּדְלוֹ, *et magnitudinem ejus*, Deut. V. 24. vel גָּדְלוֹ, Psalm. CL. 2.

גְּדוֹל, m. idem, Exod. XV. 16.

גְּדֻלָּה, f. *magnitudo*, *magnificentia*, *amplitudo*, Esth. VI. 3. constr. גְּדֻלַּת. Esth. X. 2. aff. וְלִגְדֻלָּתוֹ, *et amplitudinis ejus*, Psalm. CXLV. 3. plural. גְּדֻלּוֹת, *amplitudinum*, 1 Par. XVII. 19.

גְּדִלִים, m. pl. *institæ*, Deut. XXII. 12. *fasciæ*, 1 Reg. VII. 17. ex significatione chaldaica, qua גְּדַל, *intorquere*, *implicare*: תִּכָּא דִמְגַדְּלָא, *catena quæ contorta est*, Eccl. IV. 12. גְּדִילָא, *funis contortus*, Ies. V. 18. et alibi. Apud Rabbinos, אִשָּׁה גּוֹדֶלֶת, *mulier implicans capillos*: מְגַדְּלָא שֵׂיעַר נְשַׁיָּא, *plicans crines mulierum*, germanice est, *zopffe machen*: גְּדִילִים, *fila contorta et duplicata*. Hinc ad *fascias* transfertur, quæ rem quasi funibus constringunt.

מִגְדָּל, m. *turris*, Ies. V. 2. constr. מִגְדַּל, Jud. VIII. 17. plur. מִגְדָּלִים, *turres*, Ies. XXX. 25. aff. מִגְדָּלֶיהָ, *turres ejus*, Ezech. XXVI. 4. et

fœm. מִגְדָּלוֹת, *turres*, 2 Par. XXXII. 5. Et alia significatione מִגְדְּלוֹת, *crescentes plantulæ; flores*, Cant. V. 13. Quidam tamen in prima significatione accipiunt, pro *turriculis*: aff. בְּמִגְדְּלוֹתַיִךְ, *in turribus tuis*, Ezech. XXVII. 11.

מִגְדּוֹל, m. *turris*, 2 Sam. XXII. 51. alias est nomen proprium loci, ut Exod. XIV. 2.

גָּדַע *abscidit, exscidit, succidit:* præt. גָּדַע, *succidit*, Thren. II. 3. particip. præter. גְּדֻעִים, *succisi sint, exscindantur*, Ies. X. 33. Niph. præt. אֵיךְ נִגְדַּע, *quomodo succisus est*, Jer. L. 23. נִגְדַּעַתְּ, *succisus es*, Ies. XIV. 12. Pih. præt. גִּדַּע, *succidit*, Psalm. CVII. 16. futur. אֲגַדֵּעַ, *succidam*, Psal. LXXV. 11. Pyh. præter. גֻּדָּעוּ, *excisi sunt*, Ies. IX. 10.

גִּדֵּף Pih. *blasphemavit, contumelia, probro affecit:* præt. וְגִדַּפְתָּ, *et blasphemasti*, 2 Reg. XIX. 22. part. מְגַדֵּף, *probro afficit*, Num. XV. 30.

גִּדּוּפִים, m. pl. *contumeliæ, convitia*, Ies. XLIII. 28. constr. גִּדּוּפֵי, Soph. II. 8.

מְגַדְּפוֹת, f. pl. idem; מִגִּדֻּפֹתָם, *a contumeliis eorum*, Ies. LI. 7.

גִּדּוּפָה, f. *convitium*, Ezech. V. 15.

גָּדַר *sepsit, sepem obduxit, maceriam, murum, parietem struxit*. Præt. גָּדַר בַּעֲדִי, *sepit circum me*, Thren. III. 7. וְגָדַרְתִּי אֶת־גְּדֵרָהּ, *maceriabo maceriam, obducam maceriam*, Hos. II. 8. Sic partic. גֹּדֵר גָּדֵר, *sepiens sepem*, Ezech. XXII. 30.

גֹּדֵר, m. *faber murarius, cœmentarius:* plural. וְלַגֹּדְרִים, *et cœmentariis*, 2 Reg. XII. 13.

גָּדֵר, m. *maceria, murus, paries, sepes, septum*, Prov. XXIV. 31.

גֶּדֶר, m. idem, aff. גִּדְרוֹ, *maceria ejus*, Ies. V. 5. plur. cum aff. גְּדֵרֶיהָ, *macerias ejus*, Ps. LXXX. 13. fœmin. גְּדֵרָה, 1 Par. IV. 23. vel גֶּדֶרֶת, Ezech. XLII. 12. plur. גְּדֵרוֹת, Num. XXXII. 24. constr. גִּדְרוֹת צֹאן, *septa, caulæ gregum*, ver. 16. affix. גְּדֵרֹתָיו, *macerias ejus*, Psalmus LXXXIX. 41.

גָּדִישׁ גדש, m. *meta frumenti*, Exod. XXII. 5. metaphorice *tumulus*, Job XXI. 32.

גֵּה *hic*, pronomen, idem quod זֶה, Ezech. XLVII. 13. per commutationem ג et ז, ut supra fuit בַּג et בַּז, de quo in בָּזַז.

גָּהָה *mederi, sanare, curare:* fut. יִגְהֶה מִכֶּם מָזוֹר, *curabit a vobis ulcus, curabit vos ab ulcere*, Hos. V. 13.

גֵּהָה, f. *medicina*, Prov. XVII. 22.

גָּהַר *pronum expandere, extendere, prosternere* vel *abjicere se:* fut. וַיִּגְהַר אַרְצָה, *pronum se abjecit in terram*, 1 Reg. XVIII. 42. וַיִּגְהַר עָלָיו, *et pronus expandit se super eo*, 2 Reg. IV. 34.

גַּל ,גַּו ,גֵּוא, Chald. vide in גוה.

גּוֹב m. *locusta:* כְּגוֹב גֹּבָי, *sicut locusta locustarum*, Nahum III. 17. id est, *sicut magnæ* seu *prægrandes locustæ*, juxta hebræos: וְהִנֵּה יוֹצֵר גֹּבַי, *et ecce formabat locustas*, Amos VII. 1. pro גֹּבִים. Simile vide in הָרָר, in nomine defectivo הָר.

גֵּבִים, m. pl. idem, כְּמַשַּׁק גֵּבִים, *secundum discursionem locustarum:* Ies. XXXIII. 4. item *cantherii, trabes*, 1 Reg. VI. 9.

גֵּבִים, *fossa, fovea:* עַל גֵּבִים, *ad foveas* Jerem. XIV. 3. item, 2 Reg. III. 16.

גּוּב, גֻּבָּא, גּוֹבָא, m. Chald. *fovea, fossa:* לְגוֹב אַרְיָוָתָא, *in foveam leonum*, Dan. VI. 8. עַל פֻּם גֻּבָּא, *super os foveæ*, ver. 17.

* גּוּד. Quæ hinc esse possint, vide supra in גדד.

גוה גֵּו, m. *corpus*, et synecdochice *tergum*, item *medium:* מִן גֵּו, *e corpore* scilicet urbis, Job XXX. 5. לְגֵו, *corpori*, Prov. X. 13. aff. אַחֲרֵי גֵוְךָ, *post tergum tuum*, Ies. XXXVIII. 17. גֵּוִי, *corpus meum*, Ies. L. 6. גֵּוְךְ, *corpus tuum*, Ies. LI. 23. fœm. מִגֵּוָה, *e corpore*, Job XX. 25. cujus etiam aliam significationem vide in גאה.

גַּו, m. idem: aff. אַחֲרֵי גַוְּךָ, *post tergum tuum*, 1 Reg. XIV. 9. אַחֲרֵי גַוָּם, *post tergum suum*, Nehem. IX. 26. גַּוֵּךְ, *tergum tuum*, Ezech. XXIII. 35.

גּוֹא, גַּו, גֵּו, Chald. *medium;* לְגוֹא, *in medium*, Dan. III. 6. juxta Veneta magna, sed frequentius est גּוֹ, unde בְּגוֹ, *in medio*, Dan. VII. 15. בְּגַוַּהּ, *in medio ejus*, Esr. IV. 15. quod fœmininum; בְּגַוַּהּ, *in medio ejus*, Esr. V. 7. quod est masculinum.

גְּוִיָּה, f. *corpus:* לִגְוִיָּה, *corpori*, Nah. III. 3. constr. גְּוִיַּת, 1 Sam. XXXI. 12. aff. בִּגְוִיָּתָם, *in corpore illorum*, Nah. III. 3. plur. גְּוִיּוֹת, *corpora*, 1 Sam. XXXI. 12. aff. גְּוִיֹּתֵיהֶם, *corpora sua*, Ezech. I. 23. גְּוִיֹּתֵיהֶנָה, *corpora sua*, ver. 11. cum ה paragogico, pro הֶן.

גוז גָּז *abscidit, abscissus fuit; abripuit, avulsit:* præt. גָּז חִישׁ, *abscissum est festine*, Ps. XC. 10. futur. וַיָּגָז, *abripuit*, Num. XI. 31. Convenit cum גזז.

גּוֹז, m. *avulsor:* aff. גּוֹזִי, *avulsor meus*, Ps. LXXI. 6.

גוח גֹּחַ *prodiit; prodire fecit, eduxit, edidit:* imp. וָגֹחִי, *et ede, educito*, scilicet partum, juxta Aben Esram, Mich. IV. 10. futur. וַתָּגַח, *quum prodis*, Ezech. XXXII. 2. et est in Pathach propter accentum ad penultimam retractum, sicut וַתָּנַח, Gen. VIII. 4. Hiph. particip. מֵגִיחַ מִמְּקֹמוֹ, *prodibat, erumpebat e loco suo*, Jud. XX. 33. Chald. particip. plur. מְגִיחָן, *erumpebant*, Dan. VII. 2. infin. בְּגִיחוֹ, *cum prodiret* vel *erumperet illud*, Job XXXVIII. 8. futur. יָגִיחַ, *prodire faciet, educet*, Job XL. 23.

גֹּחַ, m. *eductor:* aff. גֹּחִי, *eductor meus*, Ps. XXII. 10.

גוי גּוֹי m. *gens*. Sæpius dicitur de gentibus infidelibus et incredulis, a vera fide in Deum et republica Israelis alienis, quæ idcirco Deo abominationi fuerunt. Hinc Judæi appellarunt, ac etiamnum appellant Christianos, גּוֹיִם, *Gojim*, quasi *gentem abominabilem*; quinetiam (exemplo Gen. XX. 4. ubi *Goj* de solo Abimelech putant dici) virum unicum (christianum) vocant singulariter גּוֹי, *Goj*, (contra vide Aben Esram, Exod. XXI. 8.) et fœminam, גּוֹיָה, *Gojah*, affectu prorsus malitioso. Atque ita, quod ante Christum fuit generale nomen, id post Christum fecerunt speciale, et ad solos christianos restrinxerunt. Turcas enim non *Gojim*, sed יִשְׁמְעֵאלִים, *Ismaelitas: Æthiopes*, כּוּשִׁיִּים, appellant, et ita aliæ quæque gentes Christo non addictæ, speciali nomine ipsis vocantur. Ex quo autem libri ipsorum censuræ christianorum in quibusdam locis

fuere subjecti, pro גּוֹיִם, declinandæ invidiæ causa, substituerunt כּוּתִיִם, *Cuthîim*, ut in opere Talmudico Basileæ edito, factum. *Cuthæos* autem Samaritanos olim vocarunt, quod venerint ex *Cutha*, de qua 2 Reg. XVII. 24. Aliquando tamen etiam de Judæis usurpatum est; *efficiam te patrem gentis magnæ*, Genes. XII. 2. sub quibus et *Israelitæ: vos eritis mihi regale sacerdotium et gens sancta*, Exod. XIX. 6. *gentes rebelles*, Ezech. II. 3. *gens maxima*, Deut. IV. 6. Hyperbolice ad *locustas* transfertur, Joel I. 6. sicut עַם, *populus de formicis*, Prov. XXX. 25. Cum aff. גֹּיִי, *gentis meæ*, Soph. II. 9. pro גּוֹיִי. Plurale, גּוֹיִם, *gentes*, Gen. XVII. 4. contracte, ut ante cum affixo, pro גּוֹיִים: constr. גּוֹיֵי הָאָרֶץ, *gentes terræ*: Gen. XXII. 18. aff. בְּגוֹיֵהֶם, *in gentibus suis*, Genes. X. 5. גֹּיַיִךְ, *gentes tuas*, Ezech. XXXVI. 13, 14. contracte scriptum, et legendum גּוֹיַיִךְ, ut Masorethæ notarunt.

גּוּל *exsultavit*: præt. וְגַלְתִּי, *et exsultabo*, Ies. LXV. 19. Hiph. infin. cum futuro, גּוֹל יָגוּל, *exsultando exsultabit*, Prov. XXIII. 24. scribitur cum Vau ac si esset ex Kal, sed legitur cum Jod גִּיל יָגִיל, ex Hiph. ut Masorethæ notarunt; imper. גִּילוּ, *exsultate*, Joel II. 23. pro הָגִילוּ: futur. יָגִיל, *exsultabit*, Psalm. XXI. 2. cum י redundante, juxta Masorethas.

גִּיל, m. *exsultatio*, Hos. IX. 1. שִׂמְחָה וָגִיל, *lætitia et exsultatio*, Ies. XVI. 10. כְּגִילְכֶם, vide infra in גיל.

גִּילָה, f. idem, Ies. LXV. 18. Irregulare est, וְתָגֵל אַף גִּילַת, *et exsultabit etiam exsultatione*, Ies. XXXV. 2. Aben Esra supplet, גִּילַת לֵב, *exsultatione animi*. Constructum pro absoluto.

גָּוַע *exspiravit*, de agone animam agentium, quomodo in Novo Testam. de Christo est ἐξέπνευσεν, Luc. XXIII. 46. Præter. כִּי גָוַע, *quod exspirasset*, Num. XX. 29. וְגֹוֵעַ, *et exspirans*, *moribundus*, Ps. LXXXVIII. 16.

גּוּף m. *corpus*, apud Rabbinos. In Bibliis fœminine גּוּפָה, unde constr. גּוּפַת שָׁאוּל, *corpus Saulis*, 1 Par. X. 12. plur. גּוּפֹת, *corpora*, ibid.

גַּף, m. idem: aff. בְּגַפּוֹ, *cum corpore suo*, id est, *solus, non cum uxore*, Exod. XXI. 3. quod habet formam a גָּפַף.

גּוּף Hiph. הֵגִיף, *claudere*, *occludere*: futur. יָגִיפוּ, *occludent*, Neh. VII. 3. In Targum aliquoties pro hebr. סָגַר ponitur, et inde מְגוּפָה, *operculum* apud Rabbinos.

גּוּר *peregrinatus*, *commoratus*, *diversatus fuit*, *habitavit in loco peregrino*: *timuit*, *metuit*, *formidavit*; tunc cum ל vel מִן plerumque construitur: item *congregavit*, Hab. I. 15. et intransitive, *congregare se*, *convenire*, *coire*, Psal. LVI. 7. Præt. גָּר, *peregrinatus fuit*, Jud. XIX. 1, 16. גּוֹר יָגוּר, *peregrinando peregrinabitur*, vel *congregando congregabit se*, juxta Hebræos quosdam, Ies. LIV. 15. Part. מֵעִם־גָּר, *ab habitante*, vel *accola*, Job XXVIII. 4. id est, *e loco ubi erant accolæ*, juxta R. Levi: plural. גָּרִים, *peregrinantes*, 2 Sam. IV. 3. fœmin. constr. מְגָּרַת בֵּיתָהּ, *ab habitatrice domus suæ*, Exod. III. 22. imperat. גּוּרוּ לָכֶם, *metuite vobis*, Job XIX. 29. וְגוּרוּ

מִמֶּנּוּ, *et timete ab eo*, Psal. XXII. 24. futurum אָגוּר, *metuerem*, Deut. XXXII. 27. Hithp. part. מִתְגּוֹרֵר, *commorans, permanens, hospitans*, 1 Reg. XVII. 20. Jer. XXX. 23. juxta Kimchi et R. Salomonem. Futur. יִתְגּוֹרָרוּ, *congregant se*, Hos. VII. 14.

גּוּר, m. *catulus*, Gen. XLIX. 9. Deut. XXXIII. 22. plur. cum affix. גּוּרֶיהָ, *catulos suos*, Ezech. XIX. 3.

גּוֹר, m. idem: plur. constr. כְּגוֹרֵי, *sicut catuli*, Jerem. LI. 38. et fœm. cum aff. גֹּרֹתָיו, *catulis suis*, Nah. II. 12.

גֵּר, m. *peregrinus, inquilinus, advena, accola*: aff וְגֵרְךָ, *et peregrinus tuus*, Exod. XX. 10. plur. גֵּרִים, *peregrini*, Exod. XXII. 21.

גֵּרוּת. f. *hospitium*, Jer. XLI. 17.

מָגוֹר, m. *formido, metus, pavor*, Jer. VI. 25. Fœmin. מְגוֹרָה, unde constructum מְגוֹרַת רָשָׁע, *formido improbi*, Prov. X. 24.

מָגוּר, masc. *commoratio, habitatio, formido*: aff. בִּמְגוּרָם, *in commoratione ipsorum*, Psal. LV. 16. plural. constr. מְגוּרֵי אָבִיו, *peregrinationum patris sui*, Gen. XXXVII. 1. aff. בִּמְגוּרָיו, *in habitationibus suis*, Job XVIII. 19. מְגוּרַי, *formidines meas*, Thren. II. 22. Vide et מָגַר.

מְגוּרָה, f. *granarium, horreum*, quia fruges in eo *congregantur et recipiuntur*, Hag. II. 19. item *formido*, unde plur. מְגוּרֹתָם, *formidines eorum*, Ies. LXVI. 4. וּמִכָּל־מְגוּרוֹתַי, *et ex omnibus pavoribus meis*, Psalm. XXXIV. 5.

מַמְּגֻרוֹת, f. pl. *granaria*, Joel I. 17. Vox anomala, inquit Aben Esra, aucta duplici מ formativo.

גּוּשׁ m. *strigmentum, ramentum pulvis*: וְגִישׁ, *et ramentum*, Job VII. 5. scribitur cum י et legitur per ו. Apud Talmudicos, גזור אגושא, *condemnatus ad pulverem*.

גִּזְבָּר m. Chald. *quæstor, præfectus ærario*, Esr. I. 8. plur. ex alia forma, גִּזַּבְרַיָּא, *quæstores*, Esr. VII. 21.

גָּזַז *resecuit, abscidit, totondit*. Particip. כִּי גֹזֵז, *quod tonderet*, 1 Sam. XXV. 4. Plurale, גֹּזְזִים, *tondentes*, 2 Sam. XIII. 23. constr. עַל גֹּזְזֵי, *ad tonsores*, Gen. XXXVIII. 12. Niph. præt. נָגֹזּוּ, *tonsi fuissent*, Nah. I. 12.

גֵּז, m. *vellus, secta lana*, Deuter. XVIII. 4. וּמִגֵּז, *et de vellere*, Job XXXI. 20. item, *secta herba*, Psalm. LXXII. 6. plur. constr. גִּזֵּי, *fœnisecia*, Amos VII. 1. fœmin. גִּזָּה, *vellus*, Jud. VI. 37. constr. גִּזַּת הַצֶּמֶר, *vellus lanæ*, ibid.

גָּזִית, f. *cæsura, cæsio: lapis cæsus et ferro politus*, 1 Reg. VI. 36. Sic Kimchi illud huc refert, quasi pro גְּזִית positum, ut dicitur זָלַל a זָלוּת. Alioqui magis esset a גזז deducendum. Idem in Michlol scribit, esse pro גְּזִזִית, formæ גָּפְרִית. Sic vult etiam בֹּרִית esse pro בָּרְרִית, et contractum debuisse daghessari, גָּזִית. Sed בֹּרִית cum Cholem loco Daghesch.

גָּזַל *rapuit, abripuit, diripuit*: præter. גָּזַל גְּזֵלוֹת, *rapinas rapuit*, Ezech. XVIII. 12. Niph. præter. וְנִגְזְלָה, *et eripitur*, Prov. IV. 16.

גָּזֵל, m. *rapina*, Ezech. XVIII. 18.

גֵּזֶל, m. idem: וְגֵזֶל מִשְׁפָּט, *et rapina juris*, Eccles. V. 7.

גְּזֵלָה, m. idem, Ezech. XXII. 29.

גּוֹזָל, m. *pullus, avium vel columbarum* proprie, quod *rapinæ* sit expositus, Genes. XV. 9. plural. cum affixo

גוזליו, *pullos suos*, Deut. XXXII. 11.

גְּזֵלָה, f. *raptum*, *rapina*, Ezech. XVIII. 7. constr. גְּזֵלַת הֶעָנִי, *rapina pauperis*, Ies. III. 14. plur. גְּזֵלוֹת, Ezech. XVIII. 12.

גָּזָם m. *eruca*, Joel I. 4. Aben Esra a גָּזַז *tondendo* deducit, et ם servile esse vult.

גֶּזַע m. *truncus succisus*, Ies. XI. 1. affix. גִּזְעוֹ, *truncus succisus ejus*, Job XIV. 8.

גָּזַר *secuit*, *scidit*, *abscidit*: *decidit*, *decrevit*: præter. גָּזַר, *abscinderet*, scil. *hostis*, vel *abscinderetur*, Hab. III. 17. fut. וַיִּגְזֹר עַל־יָמִין, *et scindet ad dextram*, Ies. IX. 19. id est, *exscindendo undique victum colliget*: וְתִגְזַר־אֹמֶר, *et decernes sermonem*, Job XXII. 28. Niph. *exscindi*, *excidi*, *succidi*, *decerni*: præt. נִגְזַר, *decretum est*, Esth. II. 1. נִגְזָרוּ, *excisi sunt*, Psalm. LXXXVIII. 6. Chald. præterit. Ithpehal, fœmin. אִתְגְּזֶרֶת, *excisus est*, Dan. II. 45. sic, הִתְגְּזֶרֶת, ver. 34.

גֶּזֶר, m. *segmentum*, *decisum*: plur. בֵּין הַגְּזָרִים, *inter segmenta illa*, Gen. XV. 17.

גְּזֵרָה, f. *decisio*, Levit. XVI. 22. Chald. *decretum*: unde construct. בִּגְזֵרַת עִירִין, *ex decreto vigilum*, Dan. IV. 14.

גִּזְרָה, f. *decisum*, *segmentum*: *excisio*, *septum*, *structura separata*, ab alia quasi *decisa et distincta*, Ezech. XLI. 12, 13. affix. גִּזְרָתָם, *excisio eorum*, Thren. IV. 7.

גָּזְרִין, m. pl. Chald. *haruspices*, quasi *sectores* dicti, quod ex *victimis sectis* futura prædicerent, Dan. II. 27. וְגָזְרַיָּא, *et haruspices*, Dan. IV. 4.

מְגֵרָה, f. *serra*, juxta hebræos, vel juxta alios, *securis*: plural. וּבְמַגְזְרוֹת הַבַּרְזֶל, *et serris* vel *securibus ferreis*, 2 Sam. XII. 31. a secando.

גַּחַל m. *pruna*, *carbo*: plural. גֶּחָלִים, *prunæ*, Psalm. XVIII. 9. constr. גַּחֲלֵי־אֵשׁ, *prunarum ignis*, Lev. XII. 16. affix. עַל־גֶּחָלָיו, *super prunas ejus*, Ies. XLIV, 19.

גַּחֶלֶת, f. idem, Ies. XLVII. 14. affix. אֶת־גַּחַלְתִּי, *prunam meam*, 2 Sam. XIV. 7.

גחן גָּחוֹן, m. *venter*, et de *reptilium ventre* tantum dicitur, ut R. Sal. monet: עַל־גָּחוֹן, *super ventrem*, Lev. XI. 42. cum Vau majusculo, quia Masorethæ notant, quod ea est media litera totius legis Mosis.

גיא גַּיְא, m: *vallis*: כָּל־גֶּיא יִנָּשֵׂא, *omnis vallis attolletur*, Ies. XL. 4.

גַּיְא, f. idem: הַגַּיְא, *ad vallem*, Num. XXI. 20. Hinc absque א, וְהַגַּי, *et vallis*, Jos. VIII. 11. בַּגַּי, *in valle*, Deut. XXXIV. 6. לַגַּי, *in vallem*, Mich. I. 6.

גֵּיא, f. idem: גֵּיא גְדוֹלָה, *vallis magna*; Zach. XIV. 4. absque א: גֵּי הָעֹבְרִים, *vallis transeuntium*, Ezech. XXXIX. 11. quod novies sic scribi, a Masorethis observatum. Plur. גֵּאָיוֹת, Ezech. XXXI. 12. et גֵּיאָוֹת, quod legendum גֵּאָיוֹת, 2 Reg. II. 16. sic Ezech. VI. 3. aff. וְגֵיאוֹתֶיךָ, *et valles tuæ*, Ezech. XXXV. 8. Ceterum legitur hinc גֵּי הִנֹּם, *vallis Hinnom*, vel, גֵּי בֶן הִנֹּם, *vallis filii Hinnom*. Hujus mentio, Jos.

XV. 8. in ea erat locus excelsus ædificatus, cui תֹּפֶת, *Topheth* nomen, in quo sacrificuli idololatræ immolabant liberos hominum idolo *Molech*, traducendo eos per ignem, sive comburendo eos, propterea quod Deus Abrahamo dixerat: *assume nunc filium tuum unicum Isaacum et offer eum in holocaustum*, Gen. XXII. 2. Hinc religio facta, et immanibus exemplis comprobata, Jer. VII. 31. et XIX. 2. et 2 Par. XXVIII. 3. contra expressum Dei mandatum, Lev. XVIII. 21. et XX. 2. Unde pius rex Josias istum locum polluit, 2 Reg. XXIII. 11. projiciendo illuc cadavera, fimum, stercora ac omnes res immundas, ne amplius horrendæ isti idololatriæ consecratus esset, aut religiosus haberetur, ut Kimchi hoc loco annotat. Placet hic subjicere, quæ reperi in libro Jalkut (commentarius est mysticus in universa Biblia) in Jerem. cap. 7. fol. 61. col. 4. ubi ita scriptum: » Etsi fuerint omnes domus idololatricæ in ipsa urbe Jerusalem, Moleci tamen fuit extra urbem in loco separato. Quomodo Molech erat factus? imago erat (ærea, R. Sal. Jer. VII. 31.) habens faciem vituli, manus expansas instar hominis manus aperientis, ut ab alio aliquid accipiat: intrinsecus excavata. Septem ipsi exstructa fuere sacella, ante quæ imago ista fuerat collocata. Avem sive pullum columbinum offerens, primum sacellum ingrediebatur: ovem aut agnum, secundum: arietem, tertium: vitulum, quartum: juvencum, quintum: bovem, sextum: qui denique filium proprium offerret, septimum occupabat sacellum. Hic Molecum osculabatur, juxta illud, *sacrificatores hominum vitulum osculantur*, Hos. XIII. 2. filius ante Molecum ponebatur: Molecus igne supposito succendebatur, donec ignitus fieret instar lucis. Tunc sacrificuli acceptum infantem candentibus Moleci manibus indebant, ac ne parens ejulatum ac clamorem pueri audiret, tympana pulsabant. Inde locus iste dictus fuit תֹּפֶת, *Topheth*, nempe a תֻּפִּים, *tympanis*: vallis vero הִנֹּם, *Hinnom*, quia vox pueruli erat נֹהֵם, *rugiens*: aut quod astantes sacrificuli dicerent, יֶהֱנֶה לָךְ, *utile erit tibi*, *dulce erit tibi, condimentum erit tibi.* » Hæc ibi, vide Kimchi, 2 Reg. XXIII. 11. R. Bechai, Levit. XVIII. scribit, parentes persuasos fuisse, reliquos liberos hoc sacrificio a morte ereptum iri, seque tota vita futuros prosperrimos. R. D. Kimchi, Ps. XXVII. 13. scribit: » Ghehinnom est locus vicinus urbi Jerusalem, contemptissimus, in quem projiciebant sordes ac cadavera, fuitque illic אֵשׁ תָּמִיד, *ignis continuus* ad comburendum cadavera, ossa ac reliquas sordes. Inde (ab horrendis istis cruciatibus et igne perpetuo) postmodum appellatum fuit judicium impiorum, sive locus in quo pœnas æternas impii sustinebunt, גֵּיהִנֹּם, *ghehinnam*, id est, γέεννα, *gehenna*. » Eo tendunt verba Christi, quando dixit εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός, *in gehennam ignis*, Matth. V. 22. Nec dubium est, quin ista gehennæ significatio tunc communis, et vulgo nota fuerit, ut antiquissimi Judæorum libri, et inter eos Talmudici testantur, in quibus legitur: » Frendunt super eos princeps gehennæ dentibus suis, » Sanhedrin cap. 7. fol. 52. et in Nedarim, cap. 4. fol. 39. » Septem res creatæ sunt ante creationem mundi, nempe *lex mosaica* et *pœnitentia*, *paradisus* et *gehenna*, *solium gloriæ* et *domus sanctuarii*, et *nomen Messiæ*, » et ita passim. Hæc cursim propter vocabulum gehennæ.

גִּיד m. *nervus*, Gen. XXXII. 32. plur. גִּידִים, Ezech. XXXVII. 6. constr. גִּידֵי, Job XL. 17.

גִּיל m. *similitudo*, *similis* aut

æquali natura, *conditio* vel *status*: אֲשֶׁר כְּגִילְכֶם, *qui sunt secundum similitudinem vestram*, aut, *ejusdem cum vobis status et conditionis*, Dan. I. 10. Apud Talmudicos, בֶּן גִּילוֹ, id est, *filius eadem hora, et sub eodem planeta cum ipso natus*, Metzia, cap. II. fol. 27. et ita sæpe hac voce utuntur. Quidam ad גָּלַל, reducunt, quasi *revolutionem parem* significet.

גִּיר m. *calx*: כְּאַבְנֵי־גִר, *sicut lapides calcis*, Ies. XXVII. 9. cum defectu י. Chald. עַל־גִּירָא, *in calce* vel *super calcem*, id est, *in tectorio ex calce*, Dan. V. 5.

גַּלָּב masc. *tonsor*: plur. תַּעַר הַגַּלָּבִים, *novaculam tonsorum*, Ezech. V. 1.

גֶּלֶד masc. *cutis*, *pellis*: aff. עֲלֵי גִלְדִּי, *super cutem meam*, Job XVI. 15.

גָּלָה *migravit*, *deportatus*, *abductus fuit in captivitatem* vel *exsilium*: item *revelavit*, *retexit*, et intransitive, *revelare*, *retegere se*: præt. וְגָלָה חָצִיר, *retexit se gramen*, id est, *prodiit*, Prov. XXVII. 25. fut. יִגֶל, *demigrat*, Job XX. 28. pro יִגְלֶה. Chald. particip. præs. גָּלֵא, *revelans*, Dan. II. 22. et גָּלֵה, ver. 28. Particip. Pehil גְּלִי, *revelatum est*, Dan. II. 19. vel גֱּלִי, ver. 30. per Scheva compositum; cui simile in קְרָא. Inf. לְמִגְלֵא, *revelare*, ver. 47. Niph. præter. נִגְלָה, *revelavit se*, 1 Sam. III. 21. וְנִגְלָה מִנִּי, *et transportatur a me*, Ies. XXXVIII. 12. Fut. cum apocopa, תִּגָּל, *retegetur*, Ies. XLVII. 3. Pih. גִּלָּה, *revelavit*, *retexit*, *deportavit*, Thren. IV. 22. at illud, וַתְּגַלִּי, *et retegis te*, Ies. LVII. 8. intransitive exponit Aben Esra. Pyh. præt. גֻּלְּתָה, *deportabitur*, juxta quosdam, Nah. II. 8. particip. תּוֹכַחַת מְגֻלָּה, *increpatio manifesta*, Prov. XXVII. 5. Hiph. הִגְלָה, *migrare* vel *deportari fecit*, *deportavit*, *captivum abduxit*: præter. הִגְלָה vel הֶגְלָה, *deportaverat*, Jer. XXIX. 1. Chald. præt. הַגְלִי, *abduxit*, *deportavit*, Esr. IV. 10. Hoph. præt. הָגְלָה, *deportatus fuerat*, Esth. II. 6. et fœmininum, הָגְלַת, *deportabitur*, Jer. XIII. 19. pro הָגְלְתָה, cui simile vide in רָצָה in Hiphil. Hithp. infin. בְּהִתְגַּלּוֹת, *in retegendo se*, *ut retegat se*, Prov. XVIII. 2. futurum, וַיִּתְגַּל, *et retexit se*, Gen. IX. 21. per apocopam.

גּוֹלָה, f. *migratio*, *deportatio*, *exsilium*, et metonymice, *deportata multitudo*, *deportati exsules*: כְּלֵי גוֹלָה, *instrumenta deportationis*, Jer. XLVI. 19.

גָּלוּת, f. idem, גָּלוּת שְׁלֵמָה, *deportatio perfecta*, Amos I. 9. affix. וְגָלוּתִי, *et deportationem meam*, id est, *deportatos meos*, Ies. XLV. 13. Chald. גָּלוּתָא, idem, Dan. II. 25.

גִּלָּיוֹן, vide in גָּלַל.

גִּלְיוֹנִים, m. pl. *specula*: quod objecta *revelent*, Ies. III. 23.

גלח Pih. *rasit*, *abrasit*: וְגִלַּח רֹאשׁוֹ, *et radet caput suum*, Num. VI. 9. Pyh. præt. גֻּלָּח, *abrasus fuit*, Jud. XVI. 22. אִם גֻּלַּחְתִּי, *si raderer*, ver. 17. particip. plur. constr. מְגֻלְּחֵי זָקָן, *rasi barba*, Jerem. XLI, 5. Hithp. præt. וְהִתְגַּלָּח, *et radet se*, Levit. XIII. 33. infin. הִתְגַּלְּחוֹ, *radere eum*, Num. VI. 19.

גָּלַל *volvit*, *devolvit*, *convolvit*, *vo-*

lutavit. præt. גָּלוֹתִי, *devolvi*, Jos. V. 9. Niph. præter. וְנָגֹלּוּ, *et convolventur*, Ies. XXXIV. 4. futur. וְיִגַּל, *et devolvetur*, id est, *decurret*, *fluet*, Amos V. 24. Pih. præt. ex geminata prima radicali, וְגִלְגַּלְתִּיךָ, *et devolvam te*, Jer. LI. 25. Pyh. particip. fœmin. מְגוֹלָלָה, *volutatum*, Ies. IX. 4. Hiph. futur. וַיָּגֶל, *ut devolveret*, Genes. XXIX. 10. Hithp. præterit. הִתְגַּלְגָּלוּ, *devolvunt sese*, Job XXX. 14. particip. מִתְגּוֹלֵל, *volutabat sese*, 2 Sam. XX. 12. infinit. לְהִתְגֹּלֵל, *ut volutetur*, Gen. XLIII. 18.

גּוֹל, masc. *devolutus*, Psal. XXII. 9. Quidam loco participii præsentis גֹּלֵל positum existimant, *devolvens est*, *devolvit*, sc. vel *se* vel *res* aut *vias suas*, juxta illud: *devolve super Dominum viam tuam*, Psal. XXXVII. 5.

גַּל, m. *cumulus*, *acervus*, quasi *convolutionem* dicas, Gen. XXXI. 46. Item *scaturigo*, a revolutione aquæ, Cant. IV. 12. עַל־גַּל, *juxta scaturiginem*, Job VIII. 17. plur. גַּלִּים, *acervi*, Hos. XII. 12. 2 Reg. XIX. 25. Item *fluctus*, ab aquarum convolutione, Zach. X. 11. Constr. כְּגַלֵּי הַיָּם, *sicut fluctus maris*, Ies. XLVIII. 18. affix. גַּלֶּיךָ, *fluctuum tuorum*, Job XXXVIII. 11.

דַּל, masc. *tenuis*, *attenuatus*, *exhaustus*, viribus sc. et facultatibus, דַּל הוּא, *tenuis est*, Levit. XIV. 21. כָּכָה דַּל, *adeo attenuatus*, 2 Sam. XIII. 4. עַל־דַּל vide in דָּלָה. Plur. דַּלִּים, *tenues*, Ies. XI. 4. וְדַלִּים, *et attenuati* scil. fiebant, 2 Sam. III. 1.

דַּלָּה, f. *peniculamentum*, *peniculi*, quos textores in extrema tela relinquunt, quasi *tenue* seu *rarum filum* dicas; מִדַּלָּה, *a peniculis* vel *peniculamento*, Ies. XXXVIII. 12. Aben Esra, *propter tenuitatem*, id est, *infirmitatem*. Constr. וּמִדַּלַּת הָאָרֶץ, *et ex tenuitate terræ*, id est, *tenui populo terræ*, Jerem. XL. 7. Et secundum aliam significationem, *vitta:* וְדַלַּת רֹאשֵׁךְ, *et vitta capitis tui*, juxta quosdam, Cant. VII. 5. vel, *cincinni capitis tui*, aut *implexum* sive *capilli implexi capitis tui*, ut R. Salomon explicat: plur. וּמִדַּלּוֹת, *et ex attenuatis* sive *tenui populo*, Jerem. LII. 16.

דָּלַף *stillavit*, *perstillavit:* præt.

דָּלְפָה, *stillat*, Job XVI. 20. futur. יִדְלוֹף, *perstillat*, Eccles. X. 18. דֶּלֶף, m. *stilla*, Prov. XXVII. 15.

דָּלַק *arsit*, *accensus fuit*, *persecutus*, *insectatus est*, et tunc regit accusativum vel simpliciter vel cum præpositione אַחֲרֵי, *post*. Præt. כִּי דָלַקְתָּ אַחֲרָי, *quod fervide insectatus es me*, Gen. XXXI. 36. וְדָלְקוּ בָהֶם, *et accensi erunt in eos*, Obad. ver. 18. דְּלָקֻנוּ, *insectantur nos*, Thren. IV. 19. Particip. דֹּלְקִים, *fervidi* vel *fervide insectantes*, Prov. XXVI. 23. Chald. particip. דָּלֵק, *ardens*, Dan. VII. 9. Hiphil. הִדְלִיק, *accendit*, *incendit*, infin. הַדְלֵק, *accendendo*, Ezech. XXIV. 10. Futur. יַדְלִיקֵם, *incendat eos*, Ies. V. 11.

דַּלֶּקֶת, f. *ardens febris*, Deuteron. XXVIII. 22.

דֶּלֶת f. *ostium*, *janua*, *porta*, *fores:* metaphorice *folium*, *pagina* libri quasi ejus *janua*. סִגְרוּ הַדֶּלֶת, *occludite fores*, 2 Reg. VI. 32. aff. בְּדַלְתוֹ, *in janua ejus*, 2 Reg. XII. 9. וּסְגֹר דְּלָתֶיךָ, *et occlude januam tuam*, Ies. XXVI. 20. quod scribitur cum י redundante. Hinc, juxta Aben Esram, עַל־דַּל, *super ostium*, Psal. CXLI. 3. per apocopam literæ ת, quam dicit in priori forma esse formativam generis fœminini, adeoque adventitiam, non radicalem. Hoc modo possit esse a radice דָּלָה sic dicta *janua*, quod *cardinibus suis elata sit* vel *in alto vehatur:* duale, דְּלָתַיִם, *fores*, *valvas*, quasi *januas bifidas* dicas, Mal. I. 10. estque quasi a singulari דָּלָה formæ שָׂפָה. Construct. דַּלְתֵי, Job III. 10. Plural. שָׁלֹשׁ דְּלָתוֹת, *tres paginas*, Jer. XXXVI. 23. constr. דַּלְתוֹת הַבַּיִת, *fores domus*, Jud. XIX. 27.

דָּם m. *sanguis*, *reatus sanguinis:* quidam deducunt ab אָדֹם, *rufus*, per aphæresin, ut sic a *rubedine* dicatur: constr. דַּם נְקִיִּים, *sanguine innocentum*, Jerem. XIX. 4. וְדַם־עֵנָב, *et sanguinem uvæ*, id est, *succum*, Deut. XXXII. 14. Aff. דָּמְךָ, *sanguis tuus*, 1 Reg. II. 37. בְּדָמְךָ, vide supra in דּוּם: דִּמְכֶם, *sanguinem vestrum*, Genes. IX. 5. Plur. חֲתַן־דָּמִים, *sponsus sanguinum es mihi*, Exod. IV. 25. Sic fere *cædem*, quasi sanguinis effusionem, denotat: דָּמִים בְּדָמִים נָגָעוּ, *cædes aliæ alias cædes attigerunt*, Hos. IV. 2. Constr. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ, *vox sanguinum fratris tui*, id est, *sanguinis cæde fusi*, Gen. IV. 10. aff. דָּמָיו בּוֹ, *sanguines ejus in eo*, id est, *cædis causa est in ipso*, ac proinde reus est mortis, ut Chaldæus reddit paraphrastes, Lev. XX. 9. R. Salomon hic notat: ubicunque dicitur דָּמָיו בּוֹ, *sanguis ejus in eo est*, ibi intelligitur *lapidatio*, quasi dicat *ipse sibi lapidationis causa est*. Id colligit ex ver. 27. ubi dicitur, *lapidibus obruuntur*, דְּמֵיהֶם בָּם, *sanguis ipsorum in ipsis est.*

דָּמָה *similem esse*, *assimilari*, et semel transitive, *assimilare*, Jer. VI. 2. item, *silere*, Psal. XXXV. 15. et inde metaphorice *destitit*, *quievit*, *cessavit*, Thren. III. 49. Jerem. XIV. 17. Chald. particip. præsens, דָּמֵה, *similis*, Dan. III. 25. fœm. דָּמְיָה, Dan. VII. 5. Niph. נִדְמָה, *similem fieri: exscindi*, *succidi:* præt. נִדְמֵיתָ, *similis factus es*, Ezech. XXXII. 2. נִדְמֵיתִי, *exscindor*, *excisus sum*, Ies. VI. 5. particip. נִדְמָה שֹׁמְרוֹן, *exscindetur Schomeron*, Hos. X. 7. Pih.

דָּמָה, *assimilavit, comparavit, cogitavit, imaginatus est, proposuit sibi.* Præter. דָּמָה לָנוּ, *cogitavit nobis*, id est, *contra nos*, 2 Sam. XXI. 5. כַּאֲשֶׁר דִּמִּיתִי, *sicut imaginatus sum mihi, proposui mihi*, Ies. XIV. 24. דִּמִּיתִיךְ, *assimilo te*, Cant. I. 9. דִּמִּינוּ, *cogitamus*, Psal. XLVIII. 10. fut. אֲדַמֶּה, *similitudines proponam*, Hos. XII. 10. Hithp. אֶדַּמֶּה, *assimilabo me*, Ies. XIV. 14. per syncopam pro אֶתְדַּמֶּה.

דֳּמִי, m. *rescissio*, Ies. XXXVIII. 10.

דֳּמִי, masc. *silentium*, Ies. LXII. 6, 7.

דּוּמִיָּה, f. *silentium*, Psalm. XXII. 3. Habet et vim nominis participialis, unde לְךָ דֻמִיָּה תְהִלָּה, *tibi silentium laus est*, Psalm. LXV. 2. q. d. tam multiplex et tanta est laus tua, ut silere laudabilius sit, quam eloqui. Vide et Psal. XXXIX. 3. Et adjective *silens*, *tacita*, Psal. LXII. 2.

דִּמְיוֹן, m. *similitudo*; affix. דִּמְיֹנוֹ, *similitudo ejus*, Psal. XVII. 12.

דְּמוּת, f. idem, Ies. XIII. 4. aff. כִּדְמוּתֵנוּ, *secundum similitudinem nostram*, Gen. I. 26.

דָּם, m. idem: בְּדָמְךָ, *in similitudine tua*, Ezech. XIX. 10. id est, בִּדְמוּתְךָ, juxta Kimchium, quo etiam respexit Chaldæus. Sic alibi צוּרָם pro צוּרָתָם. Sic R. Salomon. Vide et דּוּם.

דָּמַם *siluit*, *conticuit*: metaphorice, *quievit*, *acquievit*, *substitit*, *expectavit*: præter. וְלֹא דָמּוּ, *neque quiescunt*, Job XXX. 27. imperat. דּוֹם, *subsiste*, Jos. X. 12. דֹּמּוּ, *subsistite*, 1 Sam. XIV. 9. fut. וָאֶדֹּם, *et conticui*, Job XXXI. 34. וַיִּדֹּם, *et substitit*, Jos. X. 13. ubi Daghesch et vocalis brevis sunt loco vocalis longæ Kametz, id quod in hoc genere verborum non infrequens est: simile vide in קָבַב. Niphal, נָדַם, idem: item, *exscindi*, *succidi*: præt. נָדַמּוּ, *succidentur*, Jer. XXV. 37. futur. cum ה paragogico, וְנִדְּמָה, *et sileamus ibi*, *in silentio vitam transigamus*, Jerem. VIII. 14. יִדַּמּוּ, *exscindentur*, Jerem. XLIX. 26. Et irregulariter Daghesch ejecto, יִדְּמוּ, *conticescent*, Exod. XV. 16. ut et antea in prima persona: simile vide in תָּמַם in Niphal. Pih. præter. דּוֹמַמְתִּי vide in דּוּם. Hiph. præter. הֲדִמָּנוּ, *silere fecit nos*, *silentium indixit nobis*, Jerem. VIII. 14. Hithp. juxta quosdam, תִּדֹּמִּי, *exscindaris*, id est, *prorsus vasteris*, Jerem. XLVIII. 2. pro תִּתְדּוֹמְמִי.

דּוּמָם, vide in דּוּם.

דְּמָמָה, f. *silentium*, 1 Reg. XIX. 12.

דמן דֹּמֶן, m. *stercus*, *fimus*, Ps. LXXXIII. 11. כְּדֹמֶן, *sicut fimus*, 2 Reg. IX. 37.

מַדְמֵנָה, fœm. *stercorationis locus*, *sterquilinium*, juxta Aben Esram, Ies. XXV. 10. at Ies. X. 31. est proprium nomen loci.

דָּמַע *lacrymatus est*: infinit. cum futuro וְדָמֹעַ תִּדְמַע, *et lacrymando lacrymabitur*, Jer. XIII. 17.

דֶּמַע, f. *lacryma*: metaphorice *liquor*, veluti vini vel olei. Affix. מְלֵאָתְךָ וְדִמְעֲךָ, *plenitudinem tuam et lacrymam tuam*, Exod. XXII. 28. id est, *frugum ac vini oleique primitias*, ut dicitur Deut. XVIII. 4

דִּמְעָה, f. *lacryma*, Psal. CXXVI. 5. constr. דִּמְעַת, Eccles. IV. 1. aff. אֶת־דִּמְעָתֶךָ, *lacrymas tuas*, Ies. XXXVIII. 5. plural. כָּלוּ בַדְּמָעוֹת, *deficiunt præ lacrymis*, Thren. II. 11.

דְּמֶשֶׁק m. *angulus, latus*, idem quod פֵּאָה, ut Aben Esræ placet, Amos III. 12.

דְּנָה דֵּן, Chald. *ille, iste :: illa, ista :* עַל רָזָא דְנָה, *super arcano isto*, Dan. II. 18. ubi masc. דְּנָה עִם דְּנָה, *hoc cum illo*, Dan. II. 43. אַחֲרֵי דְנָה, *post hæc, posthac*, ver. 29. כִּדְנָה, *secundum hoc, sic, hujusmodi*, Jerem. X. 11. Dan. III. 29.

דּוֹנַג m. *cera*, Psal. LXVIII. 3. הָיָה לִבִּי כַּדּוֹנָג, *fuit cor meum sicut cera*, Psal. XXII. 15.

דָּעַךְ *exstinctus fuit :* præter. דָּעֲכוּ, *exstinguentur*, Ies. XLIII. 17. futur. יִדְעָךְ, *exstinguetur*, Prov. XX. 20. Niph. præt. נִדְעֲכוּ, *exstinguuntur*, id est, *diffluunt*, de aquis dictum, Job VI. 17. Pyh. præt. דֹּעֲכוּ, *exstincti sunt*, Psal. CXVIII. 12.

דֹּפִי דפה, masc. *infamia, probrum :* בְּבֶן־אִמְּךָ תִּתֶּן דֹּפִי, *in filium matris tuæ dabis infamiam*, Psal. L. 20.

דָּפַק *pulsavit :* præt. וּדְפָקוּם, *et pulsaverint eas*, Gen. XXXIII. 13. particip. דּוֹפֵק, *pulsans*, Cant. V. 2. Hithp. part. מִתְדַּפְּקִים עַל־הַדֶּלֶת, *pulsantes januam*, Jud. XIX. 22.

דָּקַק *comminuit, comminutus fuit:* praet. דַּק לְעָפָר, *comminutus esset in pulverem*, Deuteron. IX. 21. Exod. XXXII. 20. Chald. דָּקוּ, *comminuta sunt*, Dan. II. 35. quasi a דוק ex forma quiescentium secunda, ut non raro hæc cum defectivis secunda radicali formas permutant. Futur. וְתָדֹק, *et comminues*, Ies. XLI. 15. יְדֻקֶּנּוּ *comminuit ipsum*, Ies. XXVIII. 28. Hiph. præter. הֵדַק, *comminuit*, 2 Reg. XXIII. 15. infin. הָדֵק, *comminuendo*, Exod. XXX. 36. et irregulariter לְהָדֵק, 2 Par. XXXIV. 7. pro לְהָדֵק. Futur. אֲדִקֵּם, *comminuam eos*, 2 Sam. XX. 43. accentu retracto, וַיָּדֶק, *et comminuit*, 2 Reg. XXIII. 6. Chaldaic. præter. fœmin. וְהַדֶּקֶת, *et comminuit*, Dan. II. 45. הַדִּקוּ, *comminuerunt*, Dan. VI. 25. particip. præs. מְהַדֵּק, *comminuens*, Dan. II. 40. et eliso ה characteristico, fœmin. מַדְּקָה, *comminuebat*, Dan. VII. 7. Futur. fœm. תַּדִּק, *comminuet*, Dan. II. 40. et cum affixo וְתַדְּקִנַּהּ, *et comminuet eam*, Dan. VII. 23. Hoph. futur. יוּדַק, *comminuetur*, Ies. XXVIII. 28.

דַּק, m. *minutus, tenuis, gracilis : minutum, res minuta*, Exod. XVI. 14. אוֹ־דַק, *aut gracilis, gracili corpore præditus*, Levit. XXI. 20. juxta Aben Esram: at R. Salomon exponit pro homine, cujus oculus panniculo vel pellicula tenui obductus est: כַּדַּק, *sicut rem minutissimam*, Ies. XL. 15. fœm. דַּקָּה, Lev. XVI. 12. plur. וְדַקּוֹת בָּשָׂר, *et tenues carne*, Genes. XLI. 3.

דֹּק, m. *conopeum, aulæum, cortina*, Ies. XL. 22.

דָּקַר *transfixit, transfodit :* præt. אֵת אֲשֶׁר דָּקָרוּ, *quem transfixerunt*, Zach. XII. 10. Niph. futur. יִדָּקֵר, *transfodietur*, Ies. XIII. 15. Pyh. particip. מְדֻקָּרִים, *transfixi*, Jerem. XXXVII. 10.

מַדְקָרָה, f. *transfossio :* plurale constr. כְּמַדְקְרוֹת חָרֶב, *sicut transfossiones gladii*, Prov. XII. 18.

דַּר m. *parius lapis, parium mar-*

mor, *candidum*, juxta quosdam, Esth. I. 6. Rabbini *lapidem pretiosum* esse existimant: unde in Cod. Talmudico Meghilla, cap. 11. fol. 12. legitur. Schmuel dixit: » Lapis pretiosus est in urbibus maritimis, *dara* vocatus: si ponatur in medio cænaculi, lucem præbet præsentibus. At qui de schola Rabbi Ismaelis fuerunt, docuerunt sic vocatum, quod procreet דְּרוֹר, *libertatem* omnibus mercatoribus. »

דרא דֵּרָאוֹן, m. *contemptus*, Dan. XII. 2. *fastidium*, *nausea*, Ies. LXVI. 24. Est formæ זִכָּרוֹן.

דרב דָּרְבָן, m. *stimulus*, *aculeus*, 1 Sam. XIII. 12. plur. cum Cholem in medio, דָּרְבֹנוֹת, *aculei*, Eccl. XII. 11. Proprie est *ferrum ligno*, quod מַלְמָד dicitur, *inditum*. Unde apud Talmudicos, מלמד שבלע הדרבן, *baculus*, *stimulus qui absorpsit aculeum*, id est, *ferreum aculeum infixum habens*, Kelim fol. 17.

דרג מַדְרֵגָה, f. *gradus*, *gradatio præceps*, *præcipitium*: בְּסֵתֶר הַמַּדְרֵגָה, *in latibulo præcipitii*, Cant. II. 14. plural. הַמַּדְרֵגוֹת, *præcipitia*, *gradus*, Ezech. XXXVIII. 20. Chaldæus, *turres*.

* דַּרְדַּר, vide infra in דרר.

דָּרַךְ *calcavit*, *conculcavit*: *incessit*, *processit*: incessus enim est *viæ calcatio*. Ad arcum relatum, est *tetendit*, *intendit*. Præterit. דָּרַךְ כּוֹכָב, *procedet stella*, Num. XXIV. 17. קַשְׁתּוֹ דָרַךְ, *arcum suum tetendit*, Psal. VII. 13. גַּת דָּרַךְ, *torcular calcavit*, Thren. I. 15. Hiph. הִדְרִיךְ, idem: item *incedere fecit*, *deduxit*: וְהִדְרִיךְ, *et deducet*, Ies. XI. 15. infin. juxta Kimchium עֵת הַדְרִיכָהּ, *tempus calcandi eam*, Jer. LI. 33. cum Chirek sub ה loco Pathach.

דֶּרֶךְ, c. *via*, *iter*: *mos*, *ratio*, *consuetudo*: דֶּרֶךְ נָשִׁים לִי, *consuetudo mulierum est mihi*, Genes. XXXI. 25. בְּדֶרֶךְ מִצְרַיִם, *ratione Ægypti*, Ies. X. 24. affix. לְדַרְכּוֹ, *in viam suam*, Numer. XXIV. 24. Dual. מַעְקַשׁ דְּרָכַיִם, *quam perversus duabus viis*, id est, *huc illuc se flectens*, Proverb. XXVIII. 6. Plural. דְּרָכִים, *viæ*, Deuter. XXVIII. 7. constr. בְּדַרְכֵי־חֹשֶׁךְ, *per vias tenebrarum*, Prov. II. 13. aff. כִּדְרָכָיו, *secundum vias suas*, Ezech. XXXIII. 20.

מִדְרָךְ, masc. *calcatio*, *vestigium*: constr. עַד־מִדְרַךְ כַּף־רָגֶל, *usque ad vestigium plantæ pedis*, Deut. II. 5.

* דַּרְכְּמוֹן, m. *drachma*: a græcis videtur mutuo sumptum: plural. דַּרְכְּמוֹנִים, *drachmæ*, Esr. II. 69.

דרם דָּרוֹם, masc. *meridies*, *auster*, *plaga meridionalis*: אֶת רוּחַ הַדָּרוֹם, *ventum meridiei*, Ezech. XLII. 18. id est, *plagam australem*: יָם וְדָרוֹם, *occidentem et meridiem*, Deuter. XXXIII. 23. Rabbi Bechai notat, Deut. III. 27. sic dici quasi דָּר (vel דֹּרֵךְ) רוֹם, *habitans* vel *incedens alte*, quod sol illic procedat in altitudine sua.

דְּרַע Chald. m. *brachium*: plur. cum affixo דְּרָעוֹהִי, *brachia ejus*, Dan. II. 32. hebraice זְרוֹעַ.

אֶדְרַע, masc. idem: בְּאֶדְרַע, *cum brachio*, Esr. IV. 23. hebraice אֶזְרוֹעַ commutato ז in ד.

דְּרוֹר m. *libertas*, Levit. XXV. 10. *hirundo*, Psal. LXXXIV. 4. sic dicta, quod *libertatem habet nidificandi* in hominum ædibus. Talmu-

dici: ,אֵין דְּרוֹר אֶלָּא לְשׁוֹן חֵירוּת non significat דְּרוֹר nisi *libertatem*: Rosch haschana fol. 9. 2. Et alibi: למה נקרא שמה צפור דרור שדרה בבית כבשדה, *quare vocatur nomen ejus avis libertatis? quia habitat in domo sicut in agro*: Betza fol. 241. Videatur et R. Levi et Aben Esra, Prov. XXIX. 2.

דַּרְדַּר, m. *carduus, tribulus*, Gen. III. 18. Hos. X. 8. sic dictus, quia *libere* et *sua sponte* in locis incultis crescit. Quod hebraice dicitur, קוֹץ וְדַרְדַּר, id græci dixerunt ἀκάνθας καὶ τριβόλους, et sic ad Hebr. VI: 8.

דָּרַשׁ *quæsivit; inquisivit, perquisivit: requisivit, consuluit, sciscitatus, percunctatus est*: construitur cum accusativo, et variis præpositionibus ut, ב, ל, אֶל, עַל, etc. Præter. דָּרַשׁ בַּיהוָֹה, *requisivit Dominum*, 1 Par. X. 14. דָּרַשׁ לַבְּעָלִים, *requisivit Bahalimos*, 2 Par. XVII. 3. etc. Infinitivus anomalus, לִדְרוֹשׁ, *ad inquirendum*, Esr. X. 16. Niph. נִדְרַשׁ, *requiri, consuli*: præterit. נִדְרַשְׁתִּי, *quæsitus*, vel *exquisitus sum*, id est, adeo obviam et expositus fui, ut ultro me invenirent, Ies. LXV. 1. Similis locutio Psal. CXI. 2. Infinit. cum futuro הַאִדָּרוֹשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם, *num consulendo consulor ab illis*, Ezech. XIV. 3. cum א loco ה facilioris pronunciationis causa.

מִדְרָשׁ, m. *commentarius, historia*, quasi *inquisitorium* vel *repertorium* dicas: constr. בְּמִדְרַשׁ, *in commentario*, 2 Par. XIII. 22. XXIV. 27.

דָּשָׁא *herbascere*: præt. דָּשְׁאוּ, *herbascunt*, Joel II. 22. Hiph. fut. תַּדְשֵׁא, *herbascat*, Gen. I. 11.

דֶּשֶׁא, m. *herba tenera, herbula*, Gen. I. 11. voluntaria proprie et insativa, unde generaliter de omni terræ virore dicitur, juxta R. Salomonem: עֵשֶׂב autem quamlibet suo nomine appellatam. Chald. בְּדִתְאָא דִּי בָרָא, *in tenera herba agri*, Dan. IV. 12, 20. mutato pro more שׁ in ת.

דָּשָׁה, f. *herbilis*, juxta quosdam: כְּעֶגְלָה דָשָׁה, *sicut vitula herbilis*, Jerem. L. 11. quæ herbis pascitur, et augescit, juxta Kimchium in Comment. R. Sal. *sicut vitula triturans*, quæ scil. jugiter ex tritura comedit et pinguescit, quasi a דּוּשׁ.

דָּשֵׁן *saginatus, pinguefactus fuit*: præter. וְדָשֵׁן; *et saginabitur*, Deut. XXXI. 20. Pih. דִּשֵּׁן, *pinguefecit*: item *decineravit, a cineribus purgavit, cineres removit: incineravit: in cineres redegit*: præterit. דִּשַּׁנְתָּ, *pingue* sive *delibutum reddis*, Psalm. XXIII. 5. וְדִשְּׁנוּ, *et accipient* sive *removebunt cineres*, Num. IV. 13. infin. לְדַשְּׁנוֹ, *ad excipiendos cineres ejus*, Exod. XXVII. 3. futur. יְדַשְּׁנֶה, *in cinerem redigat*, Psalm. XX. 4. pro יְדַשֵּׁן cum ה paragogico præter normam: simile vide supra in בּוֹא. Futurum תְּדַשֶּׁן־עָצֶם, *pinguefacit ossa*, Prov. XV. 30. Pyh. futur. יְדֻשַּׁן, *pinguefiet*, Ies. XXXIV. 7. תְּדֻשָּׁן, *pinguis efficietur*, Prov. XI. 25. Ex Hophal et Hithp. compositum est præteritum הֻדַּשְּׁנָה, *pinguefiet*, Ies. XXXIV. 6.

דָּשֵׁן, masc. *pinguis*, Ies. XXX. 23. plur. דְּשֵׁנִים, *pingues*, Psalm. XCII. 15. constr. דִּשְׁנֵי־אֶרֶץ, *pingues terræ*, Psalm. XXII. 30.

דֶּשֶׁן, m. *pinguedo*, Psalm. LXIII. 6. item *cinis*, Levit. I. 16. construct. אֶת־דִּשְׁנִי, *pinguedinem meam*, Jud. IX. 9.

דָּת f. *lex, edictum, jus*, Deuter.

XXXIII. 2. יוֹדְעֵי דָּת, *noscentes jus, periti juris*; Esth. I. 13. כְּדָת, *secundum jus, ex jure*, ver. 8. Affix. אַחַת דָּתוֹ, *unum est jus ejus sive de eo*, Esth. IV. 11. Plur. constr. וְדָתֵי הַמֶּלֶךְ, *et jura regis*, Esth. III. 8. Aff. וְדָתֵיהֶם, *et jura eorum*, ibid. Chald. דָּת, idem, Daniel. VII. 25. כְּדָת מָדַי, *secundum jus Medorum*, Dan. VI. 13. וְדָתָא נָפְקַת, *et sententia egrediebatur*, Dan. II. 13. Aff. דָּתְכוֹן, *sententia vestra*, ver. 9. Plural. constr. דָּתֵי אֱלָהָךְ, *leges Dei tui*, Esr. VII. 25.

• דִּתְאָא, Chald. *herba*, Dan. IV. 12, 20. ex hebræo דֶּשֶׁא, mutato ש in ת.

• דְּתָבְרַיָּא, Chald. *legis periti*, Dan. III. 2. R. Saadia, *consiliarii regii* דְּדָתֵיהֶם בָּרִיא, *quorum jus purum est*, וְדָתָם וַעֲצָתָם בְּרוּרָה, *quorum lex et consilium illustre*.

ה

הֵא *en*, *ecce*: Gen. XLVII. 23. Ezech. XVI. 43. Chald. הָא־כְדִי, *ecce sicut*, *perinde ac*, Dan. II. 43. Et cum Kametz, הָא, Dan. III. 25.

• הָאָח, vide in אָח.

• הַבְהָבַי הַבְהַב, vide in יָהַב.

הֶבֶל m. *vanitas*, Jer. XVI. 19. et alia forma הָבֶל, unde construct. הֲבֵל, ut mox. Aff. הֶבְלֶךָ, *vanitatis tuæ*, Eccles. IX. 9. Plural. הֲבֵל הֲבָלִים, *vanitas vanitatum*, Eccles. I. 2. Constr. הַבְלֵי־שָׁוְא, *vanitates, res nihili*, Psalm. XXXI. 7. Affix. בְּהַבְלֵיהֶם, *vanitatibus suis*, Deut. XXXII. 21.

הָבַל, Kal *evanescere*, *vanum fieri vel effici*: futur. וַיֶּהְבָּלוּ, *et vani effecti sunt*, Jer. II. 5. תֶּהְבָּלוּ, *evanescatis*, Psal. LXII. 11. Hiph. partic. מַהְבִּלִים הֵמָּה אֶתְכֶם, *vanos efficiunt ipsi vos*, Jer. XXIII. 16.

הבן הָבְנִים, m. pl. *ebena ligna*, juxta Kimchium, Ezech. XXVII. 15. Virgilius, *sola India nigrum Fert ebenum*.

הבר *observare*, *contemplari*: particip. הֹבְרֵי שָׁמַיִם, *observatores cælorum*, Ies. XLVII. 13. Aben Esra חַכְמֵי הַמַּזָּלוֹת, *peritos signorum cælestium*, id est, *astrologos* exponit. Vox peregrina videtur, unde Kimchi ex arabico eam deducit.

הָגָה *meditari*, et a mente ad os translatum, *effari*, *eloqui*: *mussitare*: *gemere*, de columbis: *rugire*, de leonibus: item *auferre*, *removere*. Præt. הָגָה בְּרוּחוֹ, *aufert vento suo*, Ies. XXVII. 8. Infin. הָגוֹ סִיגִים, *auferre scorias*, Prov. XXV. 4, 5. הֹרוֹ וְהֹגוֹ מִלֵּב, *concipere et effari ex animo verba falsa*, Ies. LIX. 13. cum Cholem ab initio loco Kametz. Futur. אֶהְגֶּה כַּיּוֹנָה, *gemebam ut columba*, Ies. XXXVIII. 14. כַּאֲשֶׁר יֶהְגֶּה הָאַרְיֵה, *sicut rugit leo*, Ies. XXXI. 4. Pyh. præter. הֹגָה, *amotus fuit*, 2 Sam. XX. 13. pro הֻגָּה. Hiph. particip. plur. הַמַּהְגִּים, *qui mussitant*, Ies. VIII. 19.

הֶגֶה, m. *sermo, loquela, gemitus*, Job XXXVII. 2. Ezech. II. 10.

הָגִיג, m. *meditatio:* aff. הֲגִיגִי, *meditationem meam*, Psalm. V. 2. per geminationem secundæ radicalis.

הִגָּיוֹן, m. idem, Psalm. IX. 17. construct. וְהֶגְיוֹן לִבִּי, *et meditatio cordis mei*, Psalm. XIX. 15.

הָגוּת, f. idem: וְהָגוּת לִבִּי, *et meditatio cordis mei*, Psalm. XLIX. 4.

הגן הֲגִינָה, *recta*, Ezech. XLII. 12. הָגוּן, *rectum, decens, conveniens, honestum*, apud Rabbinos: et Targum אִתְּתָא מְהַגְּנָא, *mulier honesta et conveniens*, Gen. XXIV. 12. in Jonathane. הוֹגֶן, *decentia, decus, honestas*, apud Rabbinos.

הדד הֵידָד, *celeusma*, vox ovantium et se invicem hortantium, Ies. XVI. 9, 10. לֹא־יִדְרֹךְ הֵידָד, *non calcabit* (cum) *celeusmate*, Jerem. XLVIII. 33. Contracte juxta quosdam וְלֹא הֵד הָרִים, *et non celeusmatis montium*, Ezech. VII. 7. id est, *echus*.

הָדָה *immisit, injecit:* præter. יָדוֹ הָדָה, *manum suam injiciet*, Ies. XI. 8. Aben Esra putat esse pro יָדָה. Chaldæus reddit אוֹשִׁיט, *extendet*.

הָדַךְ *contrivit, contudit:* imper. וַהֲדֹךְ רְשָׁעִים, *et contunde improbos*, Job XL. 12.

הֲדֹם masc. *scabellum:* הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ, *scabellum pedibus tuis*, Ps. CX. 1.

הַדָּם Chald. *membrum, frustum:* plur. הַדָּמִין תִּתְעַבְדוּן, *frusta efficiemini*, Dan. II. 5. sic syriace דִּנֵאבַד חַד הַדָּמָךְ, *ut pereat unum membrum tuum*, Matth. V. 29. Verbum הַדֵּם, *in membra, frusta concidere, discindere* in Targum: וְהַדְּמֵיהּ, *ac discidit illum*, Jud. XIV. 6. sic Jud. XIX. 29. וְהַדֵּימְתָּהּ, *ac discidi eam*, Jud. XX. 6. כְּמָא דִמְהַדְּמִין, *sicut qui discindunt*, Jud. XIV. 6.

הֲדַס m. *myrtus*, Neh. VIII. 15. plural. בֵּין הַהֲדַסִּים, *inter myrtos*, Zach. I. 8.

הָדַף *deturbavit, depulit, expulit, impulit:* præter. הֲדָפוֹ, *depulit eum*, Num. 22. XXXV. Futur. יֶהְדָּפֶנּוּ, *depulerit eum*, ver. 20. cum Chateph kametz sub Daleth loco Scheva.

הָדַר *honoravit, honorem habuit, exhibuit:* præter. וְהָדַרְתָּ פְּנֵי זָקֵן, *et honorem habebis faciei senis*, Levit. XIX. 32. Particip. præt. הָדוּר, *honoratus, honorifice ornatus*, Ies. LXIII. 1. plur. הֲדוּרִים, vide in fine hujus radicis. Futur. תֶּהְדַּר, *honorem exhibebis*, Levit. XIX. 15. Niph. præter. נֶהְדָּרוּ, *honore afficiuntur*, Thren. V. 2. Chald. in Pah. *honore afficere, glorificare:* præter. הַדַּרְתָּ, *glorificasti*, Dan. V. 23. הַדְּרֵת, *glorificavi*, Dan. IV. 31. particip. מְהַדַּר, *glorifico*, ver. 34. Hithp futur. תִּתְהַדַּר, *decorem vel honorem tibi arroges*, Proverb. XXV. 6.

הָדָר, m. *honor, decus, decor, majestas:* construct. וּמֵהֲדַר גְּאֹנוֹ, *et propter decorem excellentiæ ejus*, Ies. II. 10. affix. הֲדָרִי, *decorem meum*, Mich. II. 9. Plurale constructum בְּהַדְרֵי־קֹדֶשׁ, *in decoris*, scil. *locis, sanctitatis*, Psal. CX. 3.

הֶדֶר, mascul. idem: constr. הֲדַר מַלְכוּת, *decorem regni* sive *regium*,

Dan. XI. 20. Chald. הֲדָרָא, *decorem*, Dan. V. 18. Affix. הַדְרִי וְזִיוִי, *decor meus et splendor meus*, Dan. IV. 33. הֲדָרָה, fœmin. idem : construct. בְּהַדְרַת־קֹדֶשׁ, *in decoro sanctitatis*; Psal. XXIX. 2.

הֲדוּרִים, m. pl. *tortuosa*, *inæqualia*. וַהֲדוּרִים אֲיַשֵּׁר, *et tortuosa rectificabo*, Ies. XLV. 2. Ex usu chaldaico : nam הֲדַר, *redire*, *reverti* : unde הָדוּר, *tortuosum*, *reflexum et varie rediens*.

הָהּ *ah*, vox naturalis dolentis, Ezech. XXX. 2. alias אֲהָהּ, ut est suo loco.

הוּא *ille*, *ipse* : הַמָּקוֹם הַהוּא, *loci illius*, Genes. XXXII. 3. Plural. הֵם, *ipsi*, et cum ה paragogico הֵמָּה, Genes. VI. 4. Chald. וְהוּא, *et ipse*, Dan. II. 21. plural. הִמּוֹן, Dan. II. 34. et per apocopam הִמּוֹ, Esr. IV. 10.

הוֹד m. *decus*, *decor*, *gloria*, *majestas*, frequenter cum superiore הָדָר conjungitur, ut הוֹד וְהָדָר, *decus et majestatem*, Psal. XXI. 6. Affix. הוֹי הוֹדֹה, *heu decus ejus*, Jer. XXII. 18. cum He loco Vau : הוֹדְךָ, *decorem tuum*, Psal. VIII. 2.

הָוָה *fuit* : partic. וְאַתָּה הֹוֶה, *tu futurus es*, Neh. VI. 6. מָה הֹוֶה, *quid est*, vel *superest*, Eccles. II. 22. Imperat. הֱוֵה גְבִיר, *esto herus* vel *dominus*, Gen. XXVII. 29. et cum א loco ה ex forma chald. הֱוֵא־אָרֶץ, *esto terræ*, id est, *in terra* vel *super terram*, Job XXXVII. 6. הֱוִי סֵתֶר, *esto latibulum*, Ies. XVI. 4. Futur. יְהוּא, *erit*, Eccles. XI. 3. plane irregulariter pro יֶהֱוֶא. Chald. præt. הֲוָה vel הֲוָא, *fuit*, Esr. V. 11. fœm. הֲוָת, *erat*, ver. 5. הֲוַיְתָ, *fuisti*, Dan. II. 31. הֲוֵית, *eram*, Dan. IV. 1. הֲווֹ, *fuerunt*, Esr. IV. 20. Infin. לֶהֱוָא, *ad essendum*, Dan. IV. 22. Cum ן paragogico לֶהֱוֹן, *ad existendum*, Dan. II. 43. aut est contractum pro לֶהֱוְיָהוֹן, *ut sint illa*, cum affixo, sicut et illud לָךְ לֶהֱוְיָן, *tibi ad existendum illa*, id est, *tua sunto*, pro לֶהֱוְיָן, Dan. V. 17. Futur. תֶּהֱוֵה, *erit*, Dan. IV. 24. et in Aleph תֶּהֱוֵא, *sit*, Esr. VI. 8.

הֹוָה, f. *ærumna*, *pravitas*, Ezech. VII. 26. Ies. XLVII. 11.

הַוָּה, f. idem. Constr. הַוַּת נַפְשׁוֹ, *ærumnam animæ suæ*, Mich. VII. 3. Item *substantia*, id quod homini ex labore suo reliquum existit et remanet, quasi *existentiam* dicas, ut græci *οὐσίας* vocant : וְהַוַּת בּוֹגְדִים, *et substantiam perfidorum*, Proverb. X. 3. Chaldæus וְקִנְיָנָא דְרַשִּׁיעֵי, *et possessionem impiorum*: וּבְהַוָּתוֹ, *et ærumna sua*, Prov. XI. 6. pro בְּהַוָּתָם, ut R. Levi complet, adjuncto affixo ; et sic Chaldæus, וּבְרִשְׁעֵיהּ, *et in impietate sua* : conferatur etiam præcedens versus. Affix. בְּהַוָּתוֹ, *in substantia sua*, Psalm. LII. 9. וְהַוָּתִי, *et ærumnam meam*, Job VI. 2. scriptum cum י, legendum per ן, הַוָּתִי. Sic Job XXX. 13. Plural. עַד יַעֲבֹר הַוּוֹת, *donec transeant ærumnæ*, Psal. LVII. 2. id est, *omnis et quæque ærumna*. Verbum תְּהוֹתְתוּ, quod hic adducunt, vide infra in התת.

יְהוָֹה, nomen *Dei* proprium, ipsum ab essentia sua denominans, q. d. *ens*, *existens ab æterno et in æternum*. Interpres fidus D. Joannes in principio Apocalypseos, scribens : *εἰρήνη ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος*, *pax ab eo qui est, qui erat, et qui*

venturus est, cap. I. 4. Idem Deus innuere voluit nomine אֶהְיֶה, cum dicere Mosen jussit : *Ehjeh misit me ad vos*, Exod. III. 14. et אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה, *sum qui sum*, *ero qui sum*. Hæc paraphrastice redduntur in Schemoth rabba, Exod. III. parascha 3. Dixit Deus benedictus Mosi : dic eis, אני שהייתי ואני הוא עכשיו ואני הוא לעתיד לבוא, *ego qui fui*, *et ego idem nunc*, *et ego idem in futurum*, etc. Huc respexit paraphrastes in legem, qui Jonathanis titulo gaudet, inquiens : אֲנָא הוּא דַהֲוֵינָא וְעָתִיד לְמֶהֱוֵי שַׁדְּרַנִי לְוַתְכוֹן, *ego ille qui sum et qui futurus sum*, *misit me ad vos*. R. Bechai in Exodum, fol. 65. col. 4. Deus benedictus (inquit) imperat tribus temporibus, præterito, præsenti, et futuro; et nomen אהיה solum complectitur tria ista tempora. Et mox; etiam בשם המיוחד *nomine appropriato* (יהוה) comprehenduntur tria ista tempora, ut notum est omnibus. Inde David rex dixit : יְהֹוָה מָלָךְ, *Dominus regnavit*, Psalm. XCVII. 1. et rursus XCIX. 1. יְהֹוָה מֶלֶךְ עוֹלָם וָעֶד, *Dominus rex est in perpetuum et sempiternum*, Psalm. X. 16. יִמְלוֹךְ יְהוָֹה לְעוֹלָם, *regnabit Dominus in sempiternum*, Psalm. CXLVI. 10. In libro טעמי מצות fol. 31. horum locorum mysterium explicatur his verbis : Textus hic docet de Deo creatore, quod est primus sine principio, et ultimus sine fine. Sic nomen ejus testatur de tribus existentiis, seu existendi differentiis ejus, הֹוֶה הָיָה וְיִהְיֶה, præsenti, præterito, et futuro, quæ sunt literæ ipsiusmet nominis appropriati יהוה, et profert tres ההויותיו *existentias* ejus voce regni et dominii, ad indicandum, quod ipse regnat et gubernat in mundo suo, sicut rex regit servos suos. Hæc ibi. Ob hanc causam apud priscos hebræos in majori reverentia, longeque sanctius habitum fuit, quam reliqua Dei nomina, quæ partim ab effectis, partim ab attributis ejus petita sunt, et pio quodam studio ab eo pronunciando abstinuerunt, ne quotidiano usu vilesceret et in vanum sumeretur, ut ea quæ subinde in ore sunt. Appellatum fuit שֵׁם בֶּן אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת, *nomen filius quatuor literarum*, vel שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת, vel concisius, שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע, nempe *constans ex quatuor*, scil. *literis*, Iod, He, Vau, He. Sic et græcis τετραγράμματον dictum. Item שְׁמָא רַבָּא, *nomen magnum* : שֵׁם הַנִּכְבָּד, *nomen gloriosum* : שֵׁם הַמְיוּחָד, *nomen appropriatum* : שֵׁם הַמְפוֹרָשׁ, *nomen separatum* vel *explicatum* : הַשֵּׁם, *nomen illud*, per synecdochen generis. Hoc postremum desumunt ex illo Levitici : וַיִּקֹּב בֶּן־הָאִשָּׁה הַיִּשְׂרְאֵלִית אֶת־הַשֵּׁם, *et exsecratus est filius mulieris istius Israelitidis nomen*, τὸ ὄνομα, cap. XXIV. 11. quod Jonathan reddit שְׁמָא רַבָּא וְיַקִּירָא, *nomen magnum et gloriosum* : Targum Jeruschalmi, שְׁמָא מְפָרְשָׁא, *nomen expositum*. Abstinentes ergo ab ejus pronunciatione, legerunt pro eo אֲדֹנָי, *Adonai*, cujus puncta vocalia nomini יהוה adjecta fuere, nisi quod pro Chateph pathach positum sit Scheva simplex sub י et sic יְהֹוָה lectum et pronunciatum fuit אֲדֹנָי, *Adonai*. At ipso nomine אֲדֹנָי continuo (sine interjecto accentu distinguente, ut Psalm. XVI. 2.) antecedente vel sequente, legerunt pro eo אֱלֹהִים, *Elohim*, ejusque puncta vocalia ipsi subjecta sunt, ut אֲדֹנָי יֱהֹוִה, quod lectum *Adonai Elohim* : alioquin enim bis legendum fuisset *Adonai Adonai*. Hæc

inde patent, quod Chateph sægol proprie non competit literæ י, deinde ה in fine numquam quiescit in Chirek. Præterea literæ serviles בוכלם nomini יהוה præfixæ, sequuntur naturam et affectiones vocis אֲדֹנָי in punctatione: ut בַּיהֹוָה quod legendum בַּאדֹנָי: nam alias scribendum fuisset בִּיהֹוָה, ut dicitur בִּיהוּדָה. Item מֵיְהֹוָה quod legendum מֵאֲדֹנָי: nam Tzere hic ante י improprium est, et nonnisi gutturalem respicit ob ejectum Daghesch. Tum etiam literæ בגד כפת post יְהֹוָה et יֱהֹוִה scriptæ notantur semper cum Daghesch leni; quod non fieret, si litera ה in eo nomine esset quiescens, ut ex grammaticis notum. Lectum ergo et pronunciatum fuit vel per *Adonai*, *Dominus*, vel per *Elohim*, *Deus*. LXX. interpretes græci ante Christum semper expresserunt illud per Κύριος, non, ut verisimile est, superstitiosa Judæorum ratione moti, sed quod sua lingua neque scribere neque enunciare possent. Carent enim aspiratione in media voce, quam litera ה requirit: carent etiam valore, quem litera ו in pronunciando requirit. Hinc suum υ in alienam naturam detorserunt in alienis nominibus exprimendis: ut Λευί לֵוִי, Δαυίδ דָּוִד, Νινευῖται: inde etiam in romanis Οὐαλέριος, *Valerius*. Reddiderunt tamen illud per Κύριος, ut hebræi per אדני. Sic et in christiana ecclesia ab interpretibus per *Dominus* redditum fuit, usque ad Petrum Galatinum, ante quem non putatur aliquis scripsisse *Jehova* vel *Jehovi*. Prima hujus nominis reverentia apud Judæos mox, ut omnia fere, in superstitionem abiit. Plebi sub pœna mortis ejus pronunciatio vetita fuit: summi sacerdotes illud in templo hierosolymitano, non alibi, et semel dumtaxat in anno, in solemni illa benedictione populi, Num. VI. 24, 25. in festo propitiationis, pronunciarunt. Superstitio autem ut facile se dilatat, ita hic quoque mox excrevit. Dum nomen per se et juxta suas literas pronunciari illicitum esset, effictæ sunt ejus per certas literas et numeratas voces, mysticæ expositiones quædam, in quarum scientia magnæ latuerunt virtutes, magna inclusa miracula. Duæ autem potissimum tetragrammati factæ sunt expositiones, una per literas duodecim, altera per literas quadraginta duas; id est; per voces quasdam, quæ totidem literas continebant. Harum crebra apud Rabbinos mentio, sed rara interpretatio, quoad veritatem. De ea nisi lis esset inter ipsos, facerent virtutes, ut Moses et Christus, quos credunt vi hujus nominis omnia sua facta miraculosa edidisse. De Mose legitur in libro Caphtor, fol. 56. 1. his verbis: ומשה לא נשתמש אלא בשמו הגדול וכל נפלאותיו אשר עשה היו בשם המפורש שהוא שם יהוה ואהיה אשר אהיה. *Moses non est usus nisi nomine isto maximo, et omnia miracula sua, quæ fecit, fuerunt per Schem hamphorasch*, id est, *nomen expositum*, *quod est ipsum nomen* יהוה, *et Ehjeh ascher Ehjeh*. Quod Christus per hoc nomen quoque miracula sua ediderit, probavit ante multos annos Porchetus, cujus locum adducit Lutherus in libro suo de Schem hamphorasch, ad quem lectorem remitto. Ejus tamen fabulæ illustrandæ causa, hoc addo, quod apud Talmudicos reperi. Ut Christus in ea historia refertur descriptum Schem hamphorasch inclusisse in discissam cutem pedis, et ex templo eduxisse, ut sic per ejus vim miracula postmodum ediderit: sic legitur quidam filius Satdæ per cæsuras cutis suæ præstigias eduxisse ex Ægypto. Verba textus sunt: הלוא בן סטדא הוציא כשפים ממצרים בסריטה שעל בשרו, *nonne filius Satdæ exportavit magias ex Ægypto per cæsuras, quas fecerat in carne sua?* Schabbath fol. 104. 2. Satda

hæc dicitur fuisse מרים מגדלא נשׂיא, *Maria ornatrix mulierum, plicatrix capillorum muliebrium*, ut fieri solet puellis sponsis. Nam מגדלא exponitur in glossa מקלעת שׂיער נשׂים, *implicans capillos mulierum*: Sanhedrin fol. 67. 1. editionis venetæ. Maria hæc dicitur vixisse in templo secundo, אמו של פלוני. *mater τοῦ N.* (id est, *Christi*, cujus nomen sic solent reticere) Chaghiga fol. 4. סטדא, *Satda* dicitur, quasi סטת דא, *declinavit ista*, scilicet ad scortationes, quia scortata est, ut scribit R. Salomon in Sanhedrin. Videntur hæc omnino eodem referenda, quo historia ista Porcheti. Sed videamus de nominis tetragrammati expositione per duodecim, vel quadraginta duas literas, hebræos ipsos.

Petrus Galatinus in libro De arcanis catholicæ veritatis, lib. 2. cap. 11. et 12. expositionem hanc ex libro גלי רזייא affert: prima est, אָב בֵּן וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ, id est, *Pater, Filius, et Spiritus sanctus*, quæ voces duodecim continent literas. Altera quadraginta duarum literarum est, אַב אֵל בֵּן אֵל וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֵל אֲבָל לֹא שְׁלֹשָׁה אֱלֹהִים כִּי אִם אֱלֹהַּ אֶחָד, id est, *Pater Deus, Filius Deus, ac Spiritus sanctus Deus: at non* (sunt) *tres dii, sed Deus unus*: alibi vidi, אָב אֱלֹהִים בֵּן אֱלֹהִים רוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֱלֹהִים שְׁלֹשָׁה בְּאֶחָד אֶחָד בִּשְׁלֹשָׁה, id est, *Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus, tres in uno, unus in tribus*. Magnum operæ pretium esset, hanc expositionem posse ex Rabbinorum libris firmari. R. Becbai in principio Geneseos fol. 5. col. 2. scribit, nomen quadraginta duarum literarum desumi ex primo et secundo versu principii Geneseos a litera ב vocis בראשׁית usque ad ב vocis ובהו, quæ sunt 42. literæ, ex quarum varia et multiplici combinatione, Cabalistis nota, fit nomen expositum per 42. literas. Nomen autem duodecim literarum, fit ex triplicata combinatione nominis יהוה. Sed videamus nunc varia Talmudistarum et Rabbinorum testimonia.

In codice Talmudico Kidduschin, cap. 4. fol. 71. legitur. Nomen quatuor literarum sapientes tradiderunt discipulis suis *semel* in septimana: alii dixerunt, *bis*. Rabh Nachman filius Jitzchak assensit illis qui dixerunt, *semel*, juxta illud: *hoc est nomen meum* לְעֹלָם, *in seculum*, Exod. III. 13. Scriptum est לְעֹלָם, absque Vau in medio, quasi לְעַלֵּם, *ad abscondendum*, quod absconditum manere debuerit. Rabba existimabat publicis concionibus nomen tetragrammaton explicandum esse; illi senex quidam regessit, scriptum esse לְעַלֵּם, *abscondi* debere. Rabbi Abhina objecit: scriptum est, *hoc est nomen meum*, item, *et hoc est memoriale meum*, Exod. III. 13. Ergo duo fuerunt nomina? Respondit Deus: non sicut scribor, ita pronuncior: scribor per Iod He Vau He, nempe יהוה, sed pronuncior per Aleph Daleth, id est, אֲדֹנָי. Amplius docuerunt Rabbini: *Nomen duodecim literarum principio tradiderunt cuilibet homini: cum autem multiplicarentur homines perfrictæ frontis et impudentes, tradebant illud tantum verecundioribus et modestioribus ex genere sacerdotali: (nempe, ut eo benedicerent populo post sacrificium matutinum, addit Scholiastes) hi celerrime et præcipitanter efferebant illud, dum fratres ipsorum sacerdotes, nomen tetragrammaton in sollemni illa benedictione modularentur. Traditio alia. Dixit Rabbi Tarphon: Aliquando ascendi post avunculum meum in suggestum, et adverti aurem ad sacerdotem summum, et audivi quod celeriter pronunciaret et quasi absorberet nomen tetragrammaton inter modulationem sacerdo-

tum. Dixit Rabh Jehuda: dixit Rabh; nomen quadraginta duarum literarum non traditur nisi verecundo, humili, mediæ ætatis viro, non iracundo, non ebrioso, non pertinaci: quicumque illud novit et in pretio habet, conservatque pure, is dilectus est supra et acceptus infra (id est, in cælo et in terra). eumque reverentur ac metuunt homines, ac hæres fit utriusque seculi; hujus et futuri». Hæc illic. Scholiastes addit: nomen autem duodecim et quadraginta duarum literarum non revelarunt nobis. Vide in Talm. hierosol. lib. Ioma fol. 40. col. 4.

In codice Pesachim, cap. 3. fol. 50. Dixit Rabh Nachman filius Jitzchak: Non sicut mundus hic, ita mundus futurus erit. In mundo hoc scribitur nomen ejus per Iod He, nempe יהוה, et legitur per Aleph Daleth, nempe אֲדֹנָי: in mundo futuro erit unum idemque pronunciatum et scriptum יהוה.

In codice Sotah, cap. 7. fol. 73. Benedictio sacerdotum (Numer. VI. 24.) quomodo fit? In provincia (id est, extra urbem Jerusalem) dicitur triplici benedictione, sed in sanctuario (id est, templo hierosolymitano) unica tantum: In sanctuario pronuntiat sacerdos nomen tetragrammaton uti scribitur; in provincia per cognomen ejus. Et paulo post. *Sic benedicitote filiis Israelis*, Num. VI. 23. anne per שֵׁם הַמְפוֹרָשׁ, id est, שֵׁם הַמְיוּחָד *nomen proprium et essentiale* sive ipsum tetragrammaton, an per כִּנּוּי *cognomen* ejus? Respon. Textus id docet me, ubi dicit: *et ponent nomen meum super filios Israel*, Num. VI. 27. *nomen meum*, id est, שֵׁם הַמְיוּחָד לִי, *nomen proprium meum.*

In codice Sanhedrin cap. 4. fol. 55. Blasphemans non fit reus, nisi quum expresse protulerit nomen tetragammaton.

In eodem libro cap. 11. fol. 90. in principio capitis: Quicumque profert nomen tetragrammaton per literas suas, vel secundum scripturam suam, non est ipsi pars in futuro seculo. Scholiastes ad hunc aphorismum notat fol. 101. Quicumque profert, scilicet *extra sanctuarium, non autem in sanctuario: nam sacerdotes in sanctuario benedicebant populo per nomen istud.* Vide etiam in Schevuoth fol. 36, 1.

In codice Abhoda Sarah: cap. 1. fol. 18. editionis Venetæ: Abduxerunt R. Chaninam filium Teradjon, dicentes ipsi: qua ratione sic egisti in lege? respondit ipsis: sicut præcepit mihi יהוה. *Deus meus*, egi. Quo audito, protinus ipsum ad combustionem damnarunt, uxorem ejus ad necem; filiam ad lupanar. Ipsum ad combustionem, propterea quod protulerat nomen tetragrammaton per literas suas, ex vi decreti per Abba Schaul lati: quicumque protulerit nomen tetragrammaton per literas suas, non habebit partem in futuro seculo, etc. Scholiastes addit, eum tenuisse quoque explicationem ejus per quadraginta duas literas, ejusque virtute fecisse quæcumque voluerit.

In Sanhedrin cap. 7. fol. 76. Qui maledicit patri suo et matri suæ, non fit reus, nisi quum maledixerit ipsis per nomen tetragrammaton: si maledicat per cognomen, (utpote Schaddai, Tzebhaoth, Rachum, Channun) Rabbi Meir ipsum condemnat; at sapientes absolvunt.

In codice Schabbath, cap. 6. fol. 63. צִיץ, *bractea* erat quasi lamina quædam aurea, lata duos digitos, pertingens ab una aure ad alteram: in ea scriptum duabus lineis, Iod He Vau He, יהוה, et paulo inferius קֹדֶשׁ לה׳. Dixit R. Elieser filius Josi: Ego vidi bracteam illam in urbe quadam, ac inscriptum ei linea una, קֹדֶשׁ לַיהוָה. Idem exstat in codice Succa, cap. 1. fol. 5. Vide Exod. XXVIII. 36.

In Ioma, fol. 69. 2. *Et benedixit*

Esra domino Deo maximo, Nehem. VIII. 7. quid est *maximo?* respondit Raf: magnificavit eum per Schem hamphorasch.

In Ioma, fol. 39. 2. Eo anno, quo mortuus est Schimeon Justus, prædixerat Rabbinis suis, se eo anno moriturum. Unde id scis? aiebant ipsi; respondebat; Omni die propitiationis apparuit mihi senex quidam, vestitus albis et involutus albis vestibus, ingrediebatur mecum, et egrediebatur mecum: hodie vero apparuit mihi senex, vestitus nigris et involutus nigris, ingrediebatur mecum, sed non egrediebatur mecum. Post festum ergo ægrotans septem diebus, mortuus fuit. Tunc destiterunt fratres ejus sacerdotes benedicere per nomen illud, nempe tetragrammaton.

In Eruvin, fol. 18. 2. Ex quo vastatum est templum sanctum, sufficit homini, ut usurpet in laudibus et benedictionibus nomen duarum literarum יה. Glossa: quia nomen Schem hamphorasch non est datum omni homini, sed tantum sacerdotibus.

In R. Chiskia, auctore libri Chaskuni, legitur in Collectaneis marginalibus ad cap. 3. Exodi: Nomen quatuor literarum Deus tradidit Mosi: postea ipsi dixit; *ito et congregato omnes seniores Israelis, et dic eis*: יהוה, *Deus patrum vestrorum*, etc. ver. 16. unde discimus, non fuisse traditum ac revelatum nomen tetragrammaton, nisi senioribus istius seculi: אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה, ver. 14. bis scriptum, אֶהְיֶה continet in numeratione 42. ad indicandum, quod tradiderit etiam Mosi nomen quadraginta duarum literarum: זֶה שְׁמִי, *hoc est nomen meum*, ver. 15. זה facit 12. quo docemur, Deum docuisse ipsum quoque nomen duodecim literarum.

In libro Jalkut, in Psal. XCI. fol. 119. col. 1. Quare Israelitæ orant in seculo hoc et non exaudiuntur? propterea quia non norunt Schem hamphorasch. In seculo futuro Messiæ, Deus notum illud ipsis faciet, et tunc exaudientur. Vide porro R. Salomonem Thren. I. 3. Aben Esram in præfatione in Legem, circa finem: librum More parte prima cap. 61. Akedat Jitzchak, fol. 96. et fol. 109. librum Ikkarim, orat. 2. cap. 28. ubi inter cetera legitur: ויקרא הכתוב שם המשיח יהוה צדקנו להיותו אמצעי אל שנשיג הצדק מהשם על ידו ועל כן יקראהו בשם השם, id est, *vocat scriptura nomen Messiæ* יהוה צדקנו, *Dominus Justitia nostra* (Jer. XXIII. 6.) *quia erit mediator ad id, ut per ejus manum consecuturi simus justitiam a Deo ipso; et idcirco vocat eum nomine τοῦ* יהוה. Vide eumdem orat. 3. cap. 25. ubi contra Christum et christianos scribit. Vide et Petrum Galatinum, lib. 2. cap. 10. et seqq. Tetragrammaton Joh. Drusii, et Scaligerum pag. 37. in notis ad Opus de emend. temp.

הוֹי *heu, hei, eheu, ah, væ: O, heus*, vocandi, Ies. LV. 1. et absque Iod הוֹ־הוֹ, *heu, heu*, Amos V. 16.

הוּךְ Chald. *proficisci, ire, pervenire*, idem quod hebraice הָלַךְ. Infinit. לְמְהָךְ, *ad proficiscendum*, Esr. VII. 13. Futur. עַד יְהָךְ, *donec veniret*, Esr. V. 5. וִיהָךְ, *et perveniat*, Esr. VI. 5.

הוּם *divexavit, turbavit*: præt. וְהָמָם, *et divexabit eos*, Deut. VII. 23. Niph. נָהוֹם, *turbari, perstrepere, tumultuari*: futur. וַתֵּהֹם הַקִּרְיָה, *et tumultuata est civitas*, 1 Reg. I. 45. Hiph. futur. וְאָהִימָה, *et prestrepam*, Psalm. LV. 3. תְּהִימֶנָּה מֵאָדָם, *perstrepent præ hominibus*, Mich. II. 12.

מְהוּמָה, f. *divexatio, turbatio, strepitus, tumultuatio*, 1 Sam. V. 9. יוֹם מְהוּמָה, *dies turbationis* vel *divexa-*

tionis, Ies. XXII. 5. Constr. מְהוּמַת־מָוֶת, *vexatio mortis* vel *letalis*, 1 Sam. V. 11. Plur. מְהוּמוֹת, *vexationes*, 2 Par. XV. 5.

הוֹן masc. *substantia*, *opes*: הוֹן יָקָר, *substantiam pretiosam*, Prov. I. 13. *sufficientia*, Proverb. XXX. 15. לְהוֹן, *ad substantiam*, Prov. XXVIII. 22. Affix. מֵהוֹנֶךָ, *de substantia tua*, Proverb. III. 9. Plurale cum affixo, בְּרֹב הוֹנַיִךְ, *multitudine opum tuarum*, Ezech. XXVII. 33.

הָזָה *stertere*, *somnolentum esse*: partic. plural. הֹזִים, *stertentes*, Ies. LVI. 10.

הִי *heu*, *væ*, juxta quosdam, Ezech. II. 10. Hebræi volunt idem esse quod נְהִי. Vide נָהָה.

הִיא f. *illa*, *ista*, *ea*, ac saepissime scribitur cum ו in medio, הוא, et assumit ה ab initio, הַהִיא: plur. הֵן, *ipsæ*, לָהֶן, *ipsis*, אֲלֵיהֶן, *ad ipsas*, Exod. I. 18, 19. Cum ה utrinque הָהֵנָּה, *istas*, 1 Sam. XVII. 28. בָּהֵנָּה, *in eis*, Jer. V. 17. הֲלָהֵן, *an eos*, Ruth I. 13. juxta quosdam, quasi sit fœmininum pro masculino; alii, *an propterea*.

* הֵיכַל, Chaldäicum, vide infra in יבל.

הָיָה *fuit*: præter. הָיִיתָ, *fuisti*, et ejecto altero י, וְהָיִתָ, *et eris*, 2 Sam XV. 33. cum ה paragogico וְהָיִתָה, *et eris*, 2 Sam. X. 11. Fœm. cum ו redundante in fine וְלֹא־הָיִיתִי, *et non fuisti*, Ezech. XVI. 31. Part. fœm. הֹוִיָה, *est*, Exod. IX. 3. Infinit. formæ chaldaicæ in Tzere, הֱיֵה, *esse*, Ezech. XXI. 15. Futur. אֶהְיֶה, *ero*; cum apocopa וָאֱהִי, *et fui*, Psal. LXIX. 12. יְהִי אוֹר, *esto lux*, Gen. I. 3. Niph. נִהְיָה, *fieri*, *effici*; et quasi contraria significatione *confici*, quasi *deferi* dicas: ut נִהְיֵיתִי וְנֶחֱלֵיתִי, *confectus fui*, *et ægrotavi*, Dan. VIII. 27. sic וּשְׁנָתוֹ נִהְיְתָה, *et somnus ejus confectus fuit ipsi*, id est, *fractus*, *interruptus*, *excussus*, Dan. II. 1. Partic. fœmin. תַּאֲוָה נִהְיָה, *desiderium effectum*, Prov. XIII. 19.

אֶהְיֶה, *Ehjeh*, *ero*, *sum*, usurpatum ut proprium nomen Dei, ab æterna ejus essentia, Exod. III. 14.

הֵיךְ *quomodo*, idem quod אֵיךְ, commutatis א et ה, 1 Par. XIII. 12. Dan. X. 17.

הֵיכַל, vide mox in הכל.

הֵךְ, Chald. Vide paulo ante in הוך.

הֵימָן, vide in אמן.

הִין Hiph. הֵהִין, *paratus fuit*, *paratum se obtulit*; *ultro*, *prompte voluit*: futur. וַתָּהִינוּ לַעֲלֹת, *et parati fuistis*, *voluistis ascendere*, Deuter. I. 41. Deducunt hebraei ab הֵן, *ecce*, eo sensu, quo qui se promptum et paratum offert, dicit, הִנְנִי, *ecce me*, הִנֵּנוּ, *ecce nos*.

הִין, *hin*, mensura liquidorum, quæ continebat duodecim *logos*: *logus* autem sex ova: Menachoth fol. 89. v. 1.

* הַיְתִי Chaldaicum, vide in אתא.

הֵיכָל הכל הֵיכָל, m. *palatium*; *regia*, *templum*: constr. בְּהֵיכַל הַמֶּלֶךְ, *in palatio regis*, Dan. I. 4. Aff. בְּהֵיכָלוֹ, *in templo ejus*, Psalm. XXVII. 4. Plural. constr. מֵהֵיכְלֵי שֵׁן, *e templis eburneis*, Psal. XLV. 9. Cum affixo, לְהֵיכְלֵיכֶם, *in templa vestra*, Joel III. 5. et forma f. הֵיכָלוֹת, *templa*, Hos. VIII. 14.

הָכַר *obfirmavit se :* futurum תַּהְכְּרוּ־לִי, *obfirmabitis vos mihi*, aut *contra me*, Job XIX. 3.

הַכָּרָה, f. *obfirmatio*, *obduratio* : constr. הַכָּרַת פְּנֵיהֶם, *obfirmatio faciei ipsorum*, Ies. III. 9. Quidam *agnitio faciei ipsorum*, et ita est a נָכַר.

הלא הָלְאָה, *ultra*, *ulterius*, loci et temporis : גֶּשׁ־הָלְאָה, *secede ulterius*, *illuc*, *eo*. Gen. XIX. 9. מֵהָלְאָה לְמִגְדַּל, *ab ultra*, id est, *longe ultra turrim*, Gen. XXXV. 21. Hinc verbum; unde part. ex Niphal וְהַנַּהֲלָאָה, *et procul dissitam* vel *disjectam*, Mich. IV. 7.

הָלַךְ *ambulavit*, *ivit*, *incessit* : cum אֶל constructum, *adivit*, *accessit* : cum מִן *abivit*, *transiit* : cum לִפְנֵי *præcessit* : cum אַחַר *secutus est*. Præter. cum א paragogico, הָלְכוּא, *qui venerant*, Jos. X. 24. Secunda fœm. cum י redundante, הָלַכְתִּי, *ivisti*, Jer. XXXI. 21. Particip. fœm. מַדּוּעַ אַתְּי הֹלֶכְתִי, *quare itura es?* 2 Reg. IV. 23. cum י utrobique redundante juxta Masorethas. Infin. הָלוֹךְ וְחָסוֹר, *eundo et deficiendo*, Genes. VIII. 5. Imper. הִלְכוּ, *abite*, Jer. LI. 50. fut. יַהֲלֹךְ, *abit*, Job XVI. 6. Et alia forma, תִּהֲלַךְ, *ambulabit*, Psalm. LXXIII. 9. Exod. IX. 23. ad formam תִּשְׁכַּב. Niph. præter. נֶהֱלָכְתִּי, *abire*, id est, *evanescere cogor*, Psalm. CIX. 23. Pih. præter. הִלְּכוּ, *ire faciunt* vel *cogunt*, Job XXIV. 10. fut. אֲהַלֵּךְ, *deduco*, Prov. VIII. 20. יְהַלֵּךְ, *præire faciet*, Psalm. LXXXV. 14. Significat etiam simpliciter ut in Kal. Chald. particip. מְהַלֵּךְ, *obambulans*, Dan. IV. 26. Plurale ex Aphel, מַהְלְכִין, *ambulantes*, Dan. III. 25. et IV. 34. Hithp. הִתְהַלֵּךְ, *itavit*, *obambulavit*, *continenter*; *indesinenter ivit* : præt. הִתְהַלֶּךְ־שָׁם, *itaverat eo* vel *illuc*, 1 Sam. XXX. 31.

הֵלֶךְ, m. *itio*, *ambulatio* : *viator*, pro אִישׁ הֵלֶךְ, *vir itionis*, 2 Sam. XII. 4. *fluxus* ; הֶלֶךְ דְּבָשׁ, *fluxus mellis*, 2 Sam. XIV. 26. Quædam exemplaria in utroque loco habent duplex Sægol.

הֲלָךְ, Chald. *vectigal*, vel ut Aben Esra scribit, מִם הָהֹלְכִים, *tributum transeuntium*, Esr. IV. 13.

הֲלִיךְ, masc. *ambulatio*, *incessus* : plural. cum aff. הֲלִיכַי, *gressus meos*, *vestigia gressuum meorum*, Job XXIX. 6.

הֲלִיכָה, f. idem. Aff. בַּהֲלִיכוֹתָם, *in ambulatione sua*, Nah. II. 6. quod juxta Masorethas scribitur cum ו redundante. Plur. הֲלִיכוֹת אֵלִי, *incessus Dei mei*, Psalm. LXVIII. 25. aff. רָאוּ הֲלִיכוֹתֶיךָ, *viderunt incessus tuos*, ibidem.

מַהֲלָךְ, m. *iter*, *profectio* : constr. מַהֲלַךְ יוֹם אֶחָד, *itinere diei unius*, Jon. III. 4. Item, *ambulacrum*, Ezech. XLII. 4. Affix. מַהֲלָכְךָ, *iter tuum*. Neh. II. 6.

מַהְלְכִים, m. pl. *viæ*, *ambulandi loca*, Zach. III. 7.

תַּהֲלֻכוֹת, f. pl. *progressione*, Neh. XII. 31.

הָלַל *insanivit* : part. הוֹלְלִים, *insanientes*, Psalm. V. 6. Futurum אַל תָּהֹלּוּ, *ne insaniatis*, Ps. LXXV. 5. Niph. particip. וּבְכֹל הַנַּהֲלוּלִים, *et in omnibus laudatis arboribus*, Ies. VII. 19. Aben Esra, *in domibus* vel *locis laudatis*. Quidam, *in stultis*, id est, *vilibus et ingloriis arboribus ac lignis*. Pih. הֹלֵל, *insanum reddere*,

infatuare: sæpius *laudare*, *laudibus extollere*, et ita construitur cum accusativo, item cum præpositione, עַל, אֶל, לְ, בְּ. Præter. הִלֵּל, *laudavit*, Ps. X. 3. Part. מְהַלְלִים לַשֵּׁם, *laudes dicentes nomini*, 1 Paral. XXIX. 13. Juxta primam significationem altera forma hujus conjugationis hic usurpatur: futurum, יְהוֹלֵל, *insanos vel stultos reddit*, Job XII. 17. Ies. XLIV. 25. Eccles. VII. 7. Pyh. præt. הוּלָּלוּ, *laudatæ fuerunt*, Psalm. LXXVIII. 63. הָעִיר הַהֻלָּלָה, *civitas laudatissima*, Ezech. XXVI. 17. Particip. מְהֻלָּל, *laudatus*, Ps. XVIII. 4. et ex prima significatione plurale מְהוֹלָלַי, Psalm. CII. 9. מְהוֹלָל, *insanus*, *ad insaniam adactus*, Eccles. II. 2. Fut. יְהֻלַּל, *laudabitur*, Prov. XII. 8. Hiph. *splendere*, *lucere*, *splendere facere*: infin. irregularis, בְּהִלּוֹ, *dum efficit ut splendeat*, Job XXIX. 3. pro בְּהַהִלּוֹ. Futur. יָהֵל, *splendebit*, Job. XXXI. 26. et cum epenthesi וְלֹא יַאֲהִיל, *et non splenderet*, Job XXV. 5. vel א est loco ה characteristicæ conjugationis, levioris pronunciationis causa: תָּהֵל, *splendet*, Job XLI. 10. יָהֵלּוּ, *facient ut splendeat*, Ies. XIII. 10. Hithp. הִתְהַלֵּל, *laudare*, *jactare se*, *laudibus se efferre*, *gloriari*: item ex prima significatione, *insanire*: præt. וְהִתְהֹלְלוּ, *et insaniant*, Jer. XXV. 16. Partic. אִישׁ מִתְהַלֵּל, *vir se jactans*, Prov. XXV. 14. Imper. וְהִתְהֹלְלוּ, *et insanite*, id est, *insano impetu ferimini* vel *agitamini*, Jerem. XLVI. 9.

הֵילֵל, m. *lucifer*, stella matutina, Ies. XIV. 12.

הִלּוּל, m. *laus*, *laudatio*, *laudativum carmen*: plur. קֹדֶשׁ הִלּוּלִים, *sanctitas*, *res sancta laudum*, *quæ scil. in laudem ipsius ipsi consecratur* vel *offeratur*, Levit. XIX. 24. וַיַּעֲשׂוּ הִלּוּלִים, *et fecerunt laudationes*, *hymnos* vel *laudativa carmina*, Jud. IX. 27. Kimchi, *lætitias*, *hilaria*, et inde בֵּית הִלּוּלָא, *domus lætitiæ*: Chald. חִנְגִּין, *tripudia*.

חָבַל *pigneratus est*; *pro pignore*, *in pignus accepit*: item ex usu chaldaico, *corrupit*, *perdidit*, *destruxit*. Præt. חָבֹל לֹא חָבָל, *pignus non pignoretur*, id est, *non accipiat*, Ezech. XVIII. 16. חֲבֹל חָבַלְנוּ לָךְ, *corruptione corrupimus nos tibi*, id est, *omnibus modis corrupte contra te egimus*, ut hebræi explicant, Neh. I. 7. Partic. נֶפֶשׁ הוּא חֹבֵל, *animam ipse pignore acciperet*, Deut. XXIV. 6. Plural. חֹבְלִים vide inter nomina. Particip. Pahul, בְּגָדִים חֲבֻלִים, *vestes in pignus acceptas*. Infin. אִם־חָבֹל תַּחְבֹּל, *si pignerando pigneraberis*, id est, *in pignus acceperis*, Ex. XXII. 25. Imper. חֲבְלֵהוּ, *pignerare eum*, Prov. XX. 16. et Pathach est loco Chirek ex terminatione פְּעַל. Quidam volunt ex Pihel esse, deficiente Daghesch: at ea significatio in Pihel inusitata est. Futur. לֹא אַחְבִּל, *non destruam*, Job XXXIV. 31. Niph. futur. יֵחָבֶל לוֹ, *corrumpetur sibi*, id est, *ipse*, Proverb. XIII. 13. Pih. חִבֵּל, *corrumpere*, *perdere*: item, *parturire*, *eniti*: præter. וְחִבֵּל אֶת־מַעֲשֵׂה יָדֶיךָ, *et perdet opus manuum tuarum*, Eccles. V. 5. חִבְּלַתְךָ אִמֶּךָ, *enixa est te mater tua*, Cant. VIII. 5. Part. מְחַבְּלִים כְּרָמִים, *corrumpentes vineas*, Cant. II. 15. Fut. יְחַבֶּל־אָוֶן, *parturiet vanitatem*, Psalm. VII. 15. Chald. præter. חַבְּלוּנִי, *perdiderunt*, *læserunt me*, Dan. VI. 23. Infinit. לְחַבָּלָא, *ad destruendum*, Esr. VI. 12. Imp. וְחַבְּלוּהִי, *et perdite eam*, Dan. IV. 20. Pyh. præter. וְחֻבַּל, *et perdetur*, Ies. X. 27. רוּחִי חֻבָּלָה, *spiritus meus corruptus est*, Job XVII. 1. Chald. ex Ithpah. futur. תִּתְחַבַּל, *destruetur*, *perdetur*, Dan. II. 44.

חֲבָל, m. Chald. *corruptio*, Dan. III. 25. Et cum Aleph, חֲבָלָא, *perditio*, *ruina*, Esr. IV. 22.

חֲבוּלָה, f. Chald. *perditum*, *cor-*

ruptum, *corruptela*, *læsio*, Dan. VI. 23.

חֶבֶל, m. *corruptio*, *perditio*: Mich. II. 10. *funis*, *funiculus*, *laqueus*, Job XVIII. 10. Eccles. XII. 6. בַּחֶבֶל, *fune*, Jos. II. 15. Metonymice, *pars*, *portio hæreditatis*, quæ *funiculis mensoriis* dividebatur, Amos VII. 17. Deut. XXXII. 9. Jos. XVII. 14. *tractus*, Deut. III. 4. Soph. II. 5. Et hac significatione, generis com. est. *turba*, *caterva*, 1 Sam. X. 5. Affix. חַבְלוֹ, *funiculus ejus*, Job XVIII. 10. חַבְלֵהוּ vide in Kal: plurale, חֲבָלִים, *funes*, 2 Sam. VIII. 2. חֲבָלִים נָפְלוּ לִי, *funiculi acciderunt mihi*, Psalm. XVI. 6. Id est, *possessiones peculiares*: construct. חֶבְלֵי רְשָׁעִים, *catervæ improborum*, Psal. CXIX. 61. חַבְלֵי מְנַשֶּׁה, *partes Menassis*, Jos. XVII. 5. בְּחַבְלֵי בוּץ, *funibus byssinis*, Esth. I. 6. Affix. כָּל־חֲבָלָיו, *omnes funes ejus*, Ies. XXXIII. 20.

חֵבֶל, m. *dolor gravissimus*, *tormina*, quæ hominem quasi *fune* arctissime constringunt, quomodo et de *doloribus parturientium* usurpatur, Ies. LXVI. 7. Plural. חֲבָלִים, *dolores*, *tormina*, Ies. XIII. 8. Jerem. XXII. 23. Constructum, וְחֶבְלֵי־מָוֶת, *et dolores mortis*, Psalm. XVIII. 5. חֶבְלֵי יוֹלֵדָה, *dolores parturientis*, Hos. XIII. 13. Aff. חֶבְלֵיהֶם, *dolores suos*, Job XXXIX. 6. בַּחֲבָלֶיהָ, *in doloribus suis*, Ies. XXVI. 17.

חֲבֹל, m. *pignus*, Ezech. XVIII. 12. et XXXIII. 15. Fœm. חֲבֹלָה; unde cum affixo חֲבֹלָתוֹ, *pignus suum*, Ezech. XVIII. 7.

חִבֵּל, m. *malus*, arbor navis a multis *funibus* ei alligatis sic dictus, Prov. XXIII. 34.

חֹבֵל, m. *gubernator nauticus*, *nauta*, *nauclerus*. רַב הַחֹבֵל, *magister gubernatoris nautici*, id est, *supremus nauclerus*, *reliquis præfectus*, Jon. I. 6. Plur. חֹבְלִים nomen baculi pastoralis, Zach. XI. 7, 14. de cujus etymologia variant Interpretes. כֹּל חֹבְלֵי הַיָּם, *omnes gubernatores maris* id est, *marini*, Ezech. XXVII. 29. Aff. חֹבְלַיִךְ, *gubernatores nautici tui*, ver. 8.

תַּחְבּוּלוֹת, f. pl. *sollertiæ*, *consilia industria ac prudentia*, Prov. I. 5. וּבְתַחְבֻּלוֹת, *et prudentibus consiliis*, Prov. XX. 18. Aff. בְּתַחְבּוּלֹתָו, *prudentibus consiliis suis*, Job XXXVII. 12.

חבץ חֲבַצֶּלֶת, f. *rosa*, *lilium*, Cant. II. 1. Ies. XXXV. 1. Priori loco in Targum redditur, וַרְדָּא, *rosa*, in altero שׁוֹשַׁנַּיָּא, *lilia*. Deinde hebræum שׁוֹשַׁנִּים, Cant. VI. 1. In Targum redditur נוּרְדִין, *rosæ*.

חָבַק *amplexus*, *amplexatus fuit*, particip. חֹבֵק אֶת־יָדָיו, *amplectitur*, *complicat manus suas*, Eccles. IV. 5. Fœm. חֹבֶקֶת בֵּן, *amplexatura es filium*, 2 Reg. IV. 16. Infin. עֵת לַחֲבֹק, *tempus amplectendi*, Eccles. III. 5. Pih. חִבְּקוּ־צוּר, *amplectuntur rupem*, Job XXIV. 8. Infin. מֵחַבֵּק, *ab amplectendo*, Eccles. III. 5.

חִבּוּק, m. *amplexus*, *complicatio*, Prov. VI. 10.

חָבַר *sociatus*, *associatus*, *consociatus*, *conjunctus fuit*: præt. חָבְרוּ אֶל־עֵמֶק, *sociarunt se ad vallem*, Genes. XIV. 3. Part. חֹבֵר, *socians*. Hoc in specie dicitur de eo, qui *adjurando* et *incantando* serpentes aut alia noxia animalia *consociat*, ut

ipsorum opera sine noxa utatur; unde *incantans*, redditur. Semper adjunctum habet nomen conjugatum חֶבֶר, ubi vide. Fœm. plural. חֹבְרוֹת, *conjuncta*, Exod. XXVI. 3. Part. Pahul constr. חֲבוּר עֲצַבִּים, *conjunctus idolis*, Hos. IV. 17. Pih. חִבֵּר, *consociavit*, *conjunxit*, *composuit*. Præter. יְרִיעוֹת חִבַּר, *aulæa conjunxit*, Exod. XXXVI. 10. Inf. לְחַבֵּר, *ad conjungendum*, Exod. XXXVI. 18. Pyh. præter. וְחֻבָּר, *et conjungatur*, Exod. XXVIII. 7. Fœm. שֶׁחֻבְּרָה לָּהּ, *quæ conjuncta est sibi*, Psalm. CXXII. 3. Futur. הַיְחָבְרְךָ, *an consociaretur tibi*, Psalm. XCIV. 20. pro הַיְחֻבַּר עִמְּךָ, *num consociabitur tecum?* Hiph. futur. אַחְבִּירָה עֲלֵיכֶם בְּמִלִּים, *componerem contra vos sermones*, Job XVI. 4. Hithp. præter. אֶתְחַבַּר, *consociavit se*, 2 Paral. XX. 35. pro הִתְ ex forma chaldaica: simile in שְׁלַל. Infin. בְּהִתְחַבֶּרְךָ, *cum consociaveris te*, ibid. ver. 37. Futur. יִתְחַבְּרוּ, *consociabunt se*, Dan. XI. 6. cum Kametz propter accentum.

חָבֵר, m. *socius*, *sodalis*, *consors*, Prov. XXVIII. 24. Aff. יָקִים אֶת חֲבֵרוֹ, *eriget socium suum*, Eccles. IV. 10. Plural. חֲבֵרִים, Cant. VIII. 13. Construct. חַבְרֵי גַנָּבִים, *socii furum*, Ies. I. 23. Aff. חֲבֵרָיו, *socii ejus*, Ies. XLIV. 11. Chald. חַבְרוֹהִי, *sociis suis*, Dan. II. 17. Fœm. חֲבֶרֶת, *socia*: aff. וְהִיא חֲבֶרְתְּךָ, *et ipsa est socia tua*, Malach. II. 14. Chald. plural. מִן חַבְרָתַהּ, *præ sociis suis*, Dan. VII. 20.

חַבָּר, m. idem. Plural. חַבָּרִים, *socii*, Job XL. 30.

חֶבֶר, m. *societas*, *sodalitium*, *consociatio*, Prov. XXI. 9. *incantatio e*

חֹבֵר חֶבֶר, *incantans incantatione*, id est, *utens incantatione*, *incantator*, *adjurator incantando*; Deut. XVIII. 11. Plural. חוֹבֵר חֲבָרִים, *incantans incantationibus*, Psalm. LVIII. 6. Dicitur ut קֹסֵם קְסָמִים, *divinans divinatione* vel *divinationes*, id est, *utens divinationibus*, Deut. XVIII. 10. Aff. בְּעָצְמַת חֲבָרַיִךְ, *propter multitudinem incantationum tuarum*, Ies. XLVII. 9. Talmudici duplicem faciunt incantationem, *magnam*, qua magna animalia; *parvam*, qua reptilia, serpentes, scorpii incantando consociantur. Hæc faciens dicitur חובר: Sanhedrin fol. 65. Meminit horum Kimchi in libro Radicum. Fœmin. חֶבְרָה, *sodalitium*, Job XXXIV. 8.

חַבּוּרָה, f. *plaga*, *tumex*, *tumor livens*, Exod. XXI. 25. Unde Aben Esra scribit, Ies. I. 6. חבורה מכה שתתחבר אליה הלחה, Chabbura *est plaga in qua congregatur sanies*. Aff. לְחַבֻּרָתִי, *ad tumicem meum*, Gen. IV. 23. Plural. חַבֻּרוֹת, Prov. XX. 30. Aff. חַבּוּרֹתָי, *tumices mei*, Ps. XXXVIII. 6.

חֲבוּרָה, f. idem: affix. וּבַחֲבֻרָתוֹ נִרְפָּא לָנוּ, *et in tumice ejus fit curatio nobis*, Ies. LIII. 5.

חוֹבֶרֶת, f. *junctura; commissura*, Exod. XXVI. 4. Est formæ חוֹתֶמֶת, *obsignatio*; כֹּתֶרֶת, *cinctura*.

חֲבַרְבֻּרוֹת, f. pl. *liventes maculæ*, Jer. XIII. 23.

הִתְחַבְּרוּת, f. *consociatio*, Dan. XI. 23. Nomen ex conjugatione Hithp. factum, quæ forma Chaldæis et Rabbinis frequens est.

מַחְבֶּרֶת, f. *junctura*, *commissura*, Exod. XXVI. 4. Aff. מַחְבַּרְתּוֹ, *commissuræ ejus*, Exod. XXVIII. 27.

מַחְבְּרוֹת, f. pl. idem, 1 Par. XXII. 3. 2 Par. XXXIV. 11.

חָבַשׁ *ligavit, alligavit, obligavit: stravit, instravit* jumentum, quod fit ligatione cingulorum: *accinxit*. Præterit. וְחָבַשְׁתָּ לָהֶם, *et alligabis eis*, Exod. XXIX. 9. Part. לֹא אֶהְיֶה חֹבֵשׁ, *non ero obligans* scil. *vulnera vestra*, Ies. III. 7. Futur. אֶחְבְּשָׁה־לִּי הַחֲמוֹר, *sternam mihi asinum*, 2 Sam. XIX. 27. וָאֶחְבָּשֵׁךְ בַּשֵּׁשׁ, *et accinxi te xylino*, Ezech. XVI. 10. יַחֲבוֹשׁ, *obligaret* scil. *vulnus*, id est, *mederetur, medelam faceret*, Job XXXIV. 17. Pih. חִבֵּשׁ, *obligat*, Job XXVIII. 11. Part. וּמְחַבֵּשׁ לְעַצְּבוֹתָם, *et obligat dolores eorum*, Psal. CXLVII. 3. Pyh. præt. וְלֹא חֻבָּשׁוּ, *et non alligantur*, Ies. I. 6. לֹא חֻבָּשָׁה, *non obligabitur*, Ezech. XXX. 21.

חבת חֲבִתִּים, m. pl. *sartagines* vel *cacabi*, 1 Par. IX. 31. Alii ponunt in חָבָה.

מַחֲבַת, f. *sartago*, Lev. VI. 14. et VII. 9.

חָגָב m. *cicada*, Levit. XI. 22. *locusta*, 2 Paral. VII. 13. Eccles. XII. 5. Plur. כַּחֲגָבִים, *quasi cicadæ* vel *locustæ*, Num. XIII. 34. Ies. XL. 22.

חָגַג *festum celebravit, feriatus est: tripudiavit*, quod hoc diebus festis agerent: catachrestice, *titubavit* more ebriorum. Præt. וְחַגֹּתֶם אֹתוֹ חַג, *et celebrabitis ipsum festum Domino*, Exod. XII. 14. Particip. הָמוֹן חוֹגֵג, *multitudo ferians*, Psal. XLII. 5. Plur. וְחֹגְגִים, *et diem festum celebrantes, tripudiantes*, 1 Sam. XXX. 16. Futur. יָחוֹגּוּ כַּשִּׁכּוֹר, *titubent sicut ebrius*, Psal. CVII. 27.

חַג, m. *festum, dies festus, festivitas*: item *sacrificium festi*, Exod. XXIII. 18. Psal. CXVIII. 27. Affix. וְשָׂמַחְתָּ בְּחַגֶּךָ, *et lætaberis in die festo tuo*, Deut. XVI. 14. Plur. חַגִּים יִנְקֹפוּ, *sacrificia festi jugulent*, Ies. XXIX. 1. Vide etiam de eo in נָקַף. Aff. חַגֵּיכֶם, *festivitates vestras*, Amos V. 21.

חָגָּא, m. *titubatio: commotio, trepidatio*, Ies. XIX. 17. cum א loco ה. Simile in יָשֵׁן.

חגה חֲגָוִים, m. pl. *fissuræ*: constr. בְּחַגְוֵי הַסֶּלַע, *in fissuris petræ*, Cant. II. 14. Jer. XLIX. 16. et ו est loco ה.

חָגַר *cinxit, accinxit, accinctus fuit*: præter. וְחָגַרְתָּ אֹתָם, *et cinges eos*, Exod. XXIX. 9. וְחָגְרוּ שַׂקִּים, *et accingent saccos* vel *cilicia*, Ezech. VII. 18. Fut. וַיַּחְגְּרוּ, 2 Sam. XXII. 46. Vide infra in חָרַג.

חָגוֹר, m. *accinctus*: plur. constr. חֲגוֹרֵי אֵזוֹר, *accincti cingulo*, Ezech. XXIII. 15.

חֲגוֹר, masc. *cingulum, zona*: Prov. XXXI. 24. Affix. וְעַד־חֲגֹרוֹ, *usque ad cingulum suum*, 1 Sam. XVIII. 4.

חֲגוֹרָה, fœm. idem, Ies. III. 24. Affix. בַּחֲגֹרָתוֹ, *in zona sua*, 1 Reg. II. 5. Plur. חֲגֹרֹת, *cinctoria, subligacula*, Gen. III. 7.

מַחֲגֹרֶת, fœm. *cinctus, cinctura*: מַחֲגֹרֶת שָׂק, *cinctus sacci* vel *cilicii*, Ies. III. 24.

* חַד, חֲדָא, חֲדָה, Chald. vide in אֶחָד.

חָדַד *acui, exacui, acutum esse*: præter. וְחַדּוּ, *et acuti erunt*, Habac. I. 8. Futurum anomalum, יָחַד, *acuit*

vel *acuitur*, Prov. XXVII. 17. quod significatione huc pertinet, at formam habet a חָדָה per apocopam, pro יָחֲדָה; Kametz autem est propter pausam. Hoph. præter. fœmin. חֶרֶב הוּחַדָּה, *gladius exacutus est*, Ezech. XXI. 14.

חַדָּה, f. *acutum:* וַיָּשֶׂם פִּי כְּחֶרֶב חַדָּה, *et posuit os meum sicut gladium acutum*, Ies. XLIX. 2.

חַדּוּדִים, m. pl. *acumina:* constr. חַדּוּדֵי חָרֶשׂ, *acumina testæ seu testacea*, Job XLI. 22.

חדה *lætari, gaudere:* chaldæum proprie est: futur. per apocopam, יִחַדְּ, *gavisa fuisset*, Job III. 6. וַיִּחַדְּ, *et lætatus est*, Exod. XVIII. 9. Pih. futur. תְּחַדֵּהוּ, *exhilarasti eum*, Psal. XXI. 7.

חֶדְוָה, f. *lætitia*, 1 Par. XVI. 27. Constr. חֶדְוַת יְהֹוָה, *gaudium Domini*, Neh. VIII. 10. Chald. בְּחֶדְוָה, *cum gaudio*, Esr. VI. 16.

כְּחַדָּה, et חֲדָה. vide in אֶחָד.

חֲדִי, חֲדְיָא, Chald. *pectus:* affix. חֲדוֹהִי, *pectus ejus*, Dan. II. 32. Est pro hebræo חָזֶה, literis ז et ד permutatis.

חדל *cessavit, desiit, destitit, abstinuit:* præter. ex duplici terminatione: הֶחָדֵל יֶחְדָּל, *qui destiturus est, desistat*, Ezech. III. 27. חָדַל לִסְפֹּר, *desiit numerare*, Genes. XLI. 49. חָדְלוּ רֹגֶז, *cessarunt (a) commotione*, Job III. 17. Imper. חֲדַל מִמֶּנּוּ, *desiste a nobis*, Exod. XIV. 12. Ex Hiphil et Hophal compositum præter. הֶחֳדַלְתִּי, *desistere coactus fui*, vel interrogative, *cogeremne desistere?* Jud. IX. 9.

חָדֵל, m. *cessans, desistens, desinens:* מֶה חָדֵל אָנִי, *quam desinens sim, quam cito desinam esse, quam parum durem*, Psalm. XXXIX. 5. Constr. נִבְזֶה וַחֲדַל אִישִׁים, *contemptus et desitus virorum*, Ies. LIII. 3. id est, qui minus quam homo est, qui hominum abjectissimus est, a quo omnes homines *cessant*.

חֶדֶל, m. *mundus, tempus, seculum desinens, et instabile:* עִם־יוֹשְׁבֵי חָדֶל, *cum habitatoribus mundi*, vel *seculi*, Ies. XXXVIII. 11. Vide חֶלֶד.

חדק m. *spina:* aut *certa spinæ species:* כִּמְשֻׂכַת חָדֶק, *sicut sepimentum spinæ*, id est, *spinosum*, Prov. XV. 19. טוֹבָם כְּחֵדֶק, *optimus eorum quasi spina est*, Mich. VII. 4.

חדר חֶדֶר, m. *cubiculum, conclave, penetrale:* חֶדֶר בְּחֶדֶר, *conclave in conclavi*, id est, *in intimum conclave*, 1 Reg. XX. 30. et XXII. 25. מִן־הַחֶדֶר, *e penetrali*, Job XXXVII. 9. scil. *austri*, ut loquitur cap. IX. 9. הַחַדְרָה, *in cubiculum*, Jud. XV. 1. cum ה locali, vel הַחַדְרָה, Gen. XLIII. 30. Aff. מֵחֶדְרוֹ, *de conclavi suo*, Joel II. 16. Plurale vide in sequenti.

חֲדַר, m. Idem: construct. בַּחֲדַר מִשְׁכָּבְךָ, *in conclavi cubilis tui*, 2 Reg. VI. 12. בַּחֲדַר הַמְּקֵרָה, *in conclavi æstivo*, Jud. III. 24. Plur. quod competit tam huic quam præcedenti formæ, חֲדָרִים, *penetralia*, Proverb. XXIV. 4. Construct. אֶל־חַדְרֵי־מָוֶת, *ad penetralia mortis*, Prov. VII. 27. וְחַדְרֵי תֵימָן, *et penetralia austri*, Job IX. 9. id est, *sidera in penetralibus austri sita*, quæ sic dicuntur, quia non videntur a septemtrionem inhabitantibus, ut Aben Esra explicat. Aff. וְחַדְרָיו הַפְּנִימִים, *et con-*

clavia interiora ejus, 1 Paralipom. XXVIII. 11.

חֲדֶרֶת, f. *penetralia petens*, vel *permeans*, Ezech. XXI. 19. *in penetralibus intimis vos persequens et percutiens*, Kimchi in commentario.

חדשׁ *innovavit*, *renovavit*, *instauravit*, *restauravit*: præt. וְחִדְּשׁוּ עָרֵי, *et renovabunt civitates*, Ies. LXI. 4. Infin. לְחַדֵּשׁ אֶת־בֵּית יְהוָה, *ad instaurandum domum Domini*, 2 Par. XXIV. 4. Hithp. futur. תִּתְחַדֵּשׁ, *renovas te*, Psalm. CIII. 5.

חָדָשׁ, m. *novus, recens*: מֶלֶךְ חָדָשׁ, *rex novus*, Exod. I. 8. Plur. עֲבֹתִים חֲדָשִׁים, *funibus recentibus*, Jud. XV. 13. Fœm. חֲדָשָׁה, וְאֶרֶץ חֲדָשָׁה, *et terram novam*, Ies. LXV. 17. Plur. וַחֲדָשׁוֹת אֲנִי מַגִּיד, *et nova ego annuncio*, Ies. XLII. 9. Chald. דִּי־אָע חֲדַת, *lignorum novorum*, Esr. VI. 4. per mutationem usitatam שׁ in ת.

חֹדֶשׁ, m. *novilunium*, *mensis*, ab *innovatione* lunæ: חֹדֶשׁ יָמִים, *mensem dierum*, Genes. XXIX. 14. per hypallagen pro, *dies mensis unius*, id est, *mensem integrum*: חֹדֶשׁ מָחָר, *novilunium est cras*, 1 Sam. XX. 5. Et sic 2 Reg. IV. 23. Affix. מִדֵּי־חֹדֶשׁ בְּחָדְשׁוֹ, *de novilunio in novilunium*, Ies. LXVI. 23. vel *de uno mense in alterum*. Plurale, רָאשֵׁי חֳדָשִׁים, *principium mensium*, Exod. XII. 2. וּבְחֳדָשִׁים, *et in noviluniis*, Ezech. XLV. 17. Constr. לְחָדְשֵׁי הַשָּׁנָה, *mensium anni*, Exod. XII. 2. Affix. מִסְפַּר־חֳדָשָׁיו, *numerus mensium ejus*, Job XIV. 5.

חָדְשִׁי, m. *novus*, *recens*: אֶל־אֶרֶץ תַּחְתִּים חָדְשִׁי, *ad terram inferiorum recentem*, 2 Sam. XXIV. 6. id est, *recens habitatam* vel *acquisitam*, juxta hebræos. Quibusdam est proprium nomen.

* חֲדַת, Chald. vide in præcedenti radice, in nomine חָדָשׁ.

חוב m. *debitor*: חֲבֹלָתוֹ חוֹב יָשִׁיב, *pignus suum debitori restituerit*, Ezech. XVIII. 7. Kimchi in com. et R. Sal. exponunt substantive, *pignus debiti*, quod scil. habebat בְּחוֹבוֹ, *pro debito suo*. Apud Rabbinos בַּעַל חוֹב, est *creditor*, *debitor*, pro diverso respectu.

חִיֵּב, *debitorem, reum effecit*: præt. וְחִיַּבְתֶּם אֶת־רֹאשִׁי, *et reum efficietis caput meum*, Dan. I. 10. Chaldæis et Rabbinis frequentissimum verbum est. Sic a קוּם dicitur קִיֵּם, *stabilire*.

חוג *circinare*: præter. חֹק חָג עַל־פְּנֵי־מָיִם, *statutum circinavit super superficiem aquarum*, Job XXVI. 10. id est, *circino terminum aquæ descripsit*.

חוּג, m. *circulus*, *ambitus*: Ies. XL. 22. וְחוּג שָׁמַיִם, *et ambitum cæli*, Job XXII. 14.

מְחוּגָה, fœm. *circinus*: וּבַמְּחוּגָה יְתָאֳרֵהוּ, *et circino format illud*, Ies. XLIV. 13.

חוד *ænigmatice loqui*, *ænigma proponere*, quasi *ænigmatizare* dicas. Præt. הַחִידָה חַדְתָּה, *ænigma istud proposuisti mihi*, Jud. XIV. 16. Imp. חוּד חִידָה, *propone ænigma*, Ezech. XVII. 2. Futur. אָחוּדָה־נָּא לָכֶם חִידָה, *proponam nunc vobis ænigma*, Jud. XIV. 12.

חִידָה, f. *ænigma*, *sermo occultus*, *unde intelligitur res alia*, scribit Kimchi, Ezech. XVII. 2. Affix. חִידָתְךָ, *ænigma tuum*, Jud. XIV. 13. חִידָתִי, *ænigma meum*, ver. 18. Plur. חִידוֹת, *ænigmata*, Ps. LXXVIII. 2. בְּחִידוֹת, *per ænigmata*, Numer. XII. 8. Affix.

וְחִידוֹתָם, *et ænigmata eorum*, Prov. I. 6.

אֲחִידָן, f. pl. Chald. *ænigmata*, Dan. V. 12. cum א formativo.

חוה Pih. *indicavit*, *annunciavit*: Chald. usitatum verbum: infin. מְחַוּוֹת דֵּעִי אֶתְכֶם, *indicare sententiam meam vobis*, Job XXXII. 6. Futur. אֲחַוֶּא דֵעִי, *indicabo sententiam meam*, ver. 10. cum א loco ה. אֲחַוְּךָ, *indicabo tibi*, Job XV. 17. Chald. futur. אֲחַוֵּא, *indicabo*, Dan. II. 24. וּפִשְׁרָא נְהַחֲוֵא, *et interpretationem indicabimus*, ver. 4. דִּי יְחַוִּנַּהּ, *qui indicare possit eam*, ver. 11. Aphel infin. יוּכַל לְהַחֲוָיָה, *possit indicare*, ver. 10. Imp. וּפִשְׁרֵהּ הַחֲוֹנִי, *et interpretationem ejus indicate mihi*, ver. 6. Futur. תְּהַחֲוֹן, *indicaveritis*, ibid. נְהַחֲוֵה, *indicabimus*, ver. 7. דִּי פִשְׁרֵהּ תְּהַחֲוֻנַּנִי, *quod interpretationem possitis indicare mihi*, ver. 9.

אַחֲוָה, f. *indicatio*: affix. וְאַחֲוָתִי, *et indicationem meam*, Job XIII. 17. Chald. constr. וְאַחֲוָיַת אֲחִידָן, *et indicatio ænigmatum*, Dan. V. 12.

חַוֹּת חַיָּה, vide in חָיָה.

חוז מָחוֹז, m. *terminus*, *portus*. Constr. אֶל־מְחוֹז חֶפְצָם, *ad terminum voluntatis ipsorum*, Psal. CVII. 30.

חוח m. *spina*, Job XXXI. 40. Prov. XXVI. 9. Metaphorice, *hamus*, *uncus piscatorius*, Job XL. 26. Similem usum vide in סִיר: plural. כְּשׁוֹשַׁנָּה בֵּין הַחוֹחִים, *sicut lilium inter spinas*, Cant. II. 2. בַּחוֹחִים, *in spinis*, *inter vepres*, 2 Paral. XXXIII. 11. Et cum ו mobili, וּבַחֲוָחִים, *et inter spineta*, 1 Sam. XIII. 6. Sic שׁוֹר, שְׁוָרִים.

חָח, masc. *hamus*, *uncus*, *fibula*: הֵבִיאוּ חָח, *attulerunt fibulas*, Exod. XXXV. 22. Hebræi volunt esse ornamentum aureum brachiorum vel auris. Aff. חַחִי, *hamum meum*, Ies. XXXVII. 29. Plur. חַחִים, *hami*, Ezech. XXIX. 4. בַּחַחִים, *uncis*, Ezech. XIX. 4. ubi Chaldæus, שֵׁלְשְׁלָן, *catenis*. Hæc forma possit esse a singulari חַח formæ פַּח, פַּשׁ.

חוט m. *filum*, *funiculus*: חוּט הַשָּׁנִי, *filum coccineum*, *funiculum fili dibaphi*, Jos. II. 18. וְהַחוּט הַמְשֻׁלָּשׁ, *et filum triplicatum*, Eccles. IV. 12. אִם־מִחוּט, *si a filo usque ad corrigiam calcei*, Gen. XIV. 23.

אַחִיט, Chald. in Aphel *consuere*: metaphorice, *conjungere*, *componere*, quovis modo: futur. וְאֻשַּׁיָּא יַחִיטוּ, *et fundamenta ipsa component*, Esr. IV. 12. cum Kametz sub Iod ad formam hebraicam, sicut est תְּסֵף, *consumet*, Dan. II. 44. unde mendose in quibusdam exemplaribus videtur scribi Pathach. In Targum חָטַם est *consuere*, ex defectivorum genere: חַיָּט, *sartor*: מַחַט, *acus sartoria*, apud Rabbinos.

חול *parturivit*, *doluit*: *timuit*, *contremuit*, atque ita, ut alia verba *metus*, construitur cum præpos. מִן. Item, *mansit*, *permansit*, *resedit*, quomodo construitur cum עַל vel בְּ. Confunduntur hic formæ diversorum thematum, nempe, חוּל, חָלָה, חָלַל, et יָחַל, unde varia significata concurrunt, quæ accurate juxta suas radices distinguenda sunt. Præt. לֹא חַלְתִּי, *non parturio*, Ies. XXIII. 4. חָלוּ בָהּ, *manserunt in ea*, Thren. IV. 6. וְלֹא־חָלוּ, *et non dolent*, Jerem. V. 3,

וְחָלוּ מִפָּנֶיךָ, *et contremiscent a facie tua*, Deut. II. 25. חָלָה לְטוֹב, *dolebit propter bonum*, Mich. I. 12. וְחָלָה חֶרֶב, *et residebit gladius in urbibus ejus*, Hos. XI. 6. estque acutitonum propter Vau hippuch. Inf. חוּל תָּחוּל, *dolendo dolebit*, Ezech. XXX. 16. לָחוּל, vide in חָלַל. Imper. חוּלִי וָגֹחִי, *parturi et edito partum*, Mich. IV. 10. *a facie Domini*, חוּלִי הָאָרֶץ, *intreme terra*, Psalm. CXIV. 7. Futur. עַל רֹאשׁ רְשָׁעִים יָחוּל, *super caput impiorum permanebit*, Jer. XXIII. 19. וַתָּחֹל, *et indolescet*, Jerem. LI. 29. יָחֻלוּ עַל־רֹאשׁ, *maneant super caput*, 2 Sam. III. 29. Pih. חוֹלֵל, *genuit*, *peperit*, *enixa est*, *parere fecit*: metaphorice, *formavit*, et Deo tribuitur, cujus partus sunt rès creatæ omnes: *dolere fecit*, *dolore affecit*: item, *solicite exspectavit*, et ita construitur cum dativo. Præter. חוֹלֵל אַיָּלוֹת, *enititur cervæ*, id est, *cerva quæque*, Job XXXIX. 4. חוֹלְלָה יָדוֹ, *formavit manus ejus*, Job XXVI. 13. Particip. רַב מְחוֹלֵל־כֹּל, *magister format omnia*, Prov. XXVI. 10. Variant hebræi. מְחוֹלֲלֶךָ, *formatoris tui*, Deut. XXXII. 18. Fœm. מְחוֹלֶלֶת תַּנִּין, *dolore afficiens balænam*, Ies. LI. 9. Futur. תְּחוֹלֵל גָּשֶׁם, *parturit* vel *gignit pluviam*, Prov. XXV. 23. Sic Chaldæus בָּטְנָא, *concipit*; græci ἐξεγείρει, *suscitat*. Quidam reddunt, *avertit*, *fugat*, respicientes ad significatum vocis derivatæ חֲלִילָה (de qua in חלל), cujus meminit Aben Esra. תְּחוֹלֵל אֶרֶץ, *formasses terram*, Psalm. XC. 2. וּתְחוֹלֵל לוֹ, *et exspecta eum*, Job XXXV. 14. Pyh. præt. חוֹלָלְתָּ, *formatus es*, Job XV. 7. Particip. מְחוֹלָל מִפְּשָׁעֵינוּ, *dolore afficitur propter defectiones nostras*, Ies. LIII. 5. Futur. יְחוֹלָלוּ, *reformabuntur*, Job XXVI. 5. Hiph. imperat. חִילוּ מִפָּנָיו, *contremiscite a conspectu ejus*, Psalm. XCVI. 9. ubi deficit ה characteristicum, cui simile fuit in דוּג. Futurum יָחִיל מִדְבָּר, *dolore afficit desertum*, id est, *deserti feras*, Psalm. XXIX. 8. vel *parturire facit*, ut sequitur versu sequenti. לִבִּי יָחִיל, *animus meus dolet intra me*, Psalm. LV. 5. לֹא יָחִיל טוּבוֹ, *non permanet bonum ejus*, Job XX. 21. Aben Esra, *exspectat*, *præstolatur*: R. Levi, *prosperatur*. טוֹב וְיָחִיל, *bonum est ut exspectet*, Thren. III. 26. ubi וְיָחִיל, id est, שֶׁיָּחִיל, *ut exspectet*, ut R. Sal. notat: וַיָּחֶל, *timuitque*, 1 Sam. XXXI. 3. Hoph. futur. הֲיוּחַל, *an efficeretur ut pariat*, Ies. LXVI. 8. Hithp. particip. מִתְחוֹלֵל, *doloribus conficit se*, Job XV. 20. וְסַעַר מִתְחוֹלֵל, *et turbo permanens*, Jerem. XXIII. 19. Imperat. הִתְחוֹלֵל לוֹ, *exspecta eum*, Psal. XXXVII. 7. Et geminatis duabus radicalibus literis, futur. וַתִּתְחַלְחַל, *et dolore affecta est*; *dolens intremuit*, Esth. IV. 4.

חִיל, m. *dolor*, Exod. XV. 14. Fœm. חִילָה, idem, Job VI. 10.

חוֹל, m. *arena*, sic dicta, quod *dolorem* et *molestiam* ambulantibus afferat: חוֹל הַיָּם, *arena maris*, Jer. XXXIII. 22.

חוֹלָה, f. *dolorificum*, nomen adjectivum instar טוֹבָה: unde רָעָה חוֹלָה, *malum dolorificum*, *dolorem afferens*, Eccl. V. 12. קוֹל כְּחוֹלָה, *vocem quasi parturientis audivi*, Jer. IV. 31.

חַלְחָלָה, fœmin. *dolor vehemens*, *cruciatus*, Nah. II. 10.

מְחוֹלָה, f. vide in חָלַל.

*חוּם, *nigrum*, vide in radice חמם.

חוּס *pepercit*, *misertus fuit*. Construitur cum præpos. עַל, et sæpius adjunctum habet nomen עַיִן, *oculus*. Præt. חַסְתָּ עַל־הַקִּיקָיוֹן, *pepercisti super ricinum*, Jon. IV. 10. לֹא־חָסָה עָלַיִךְ עַיִן, *non pepercerat tibi oculus*, Ezech. XVI. 5. Futur. וַתָּחָס עָלֶיךָ, *et pepercit tibi*, sc. עֵינִי, *oculus meus*, 1 Sam. XXIV. 11.

חוּץ *foris*, *foras*, *extra*: *præter*, *præterquam*: *platea*, *vicus*, sic dicta, quod sint locus *exterior* respectu ædium. עַל־פְּנֵי־חוּץ, *in superficie plateæ*, *in plateis*, Job XVIII. 17. חוּץ מִמֶּנִּי, *præter me*, *præterquam ego*, Eccles. II. 25. Pleonasmum varium admittit: מִן־הַחוּץ, *de foris*; הַחוּצָה, *foras*, Jud. XII. 9. הַחוּץ, *foras*, Jud. XIX. 25. מֵהַחוּץ, (*de*) *foris*, Ezech. XLI. 25. אֶל־הַחוּץ, *ad extra*, *extrinsecus*, ver. 9. בַּחוּץ, (*in*) *foris*, Gen. IX. 22. לַחוּץ, (*ad*) *foras*, Psal. XLI. 7. Eleganter post se regit ל: אֶל־מִחוּץ לַמַּחֲנֶה, (*ad de*) *extra castra*, Lev. IV. 12. מִחוּץ לָעִיר, *extra civitatem*, Gen. XIX. 16. לַחוּצָה הַחוֹמָה, *extra murum*, 2 Par. XXXII. 5. Plur. בְּרֹאשׁ כָּל־חוּצוֹת, *in capite omnium platearum*, Ies. LI. 20. Aff. בְּחוּצֹתָיו, *in plateis ejus*, Ies. XV. 3.

חִיצוֹן, m. *exterior*, *exterius*, Ezech. XLIV. 1. בַּפְּנִימִי וּבַחִיצוֹן, *in interno et externo*, Ezech. XLI. 17. Fœmin. הַחִיצוֹנָה, *exterius*, Ezech. XL. 17.

חָוַר *albescere*, estque proprie chaldæum: futur. יֶחֱוָרוּ, *albescent*, *expallescent*, Ies. XXIX. 22.

חִוָּר, m. Chald. *album*, *candidum*, Dan. VII. 9.

חוּר, m. *albus*, *candidus*, Esth. I. 6. et VIII. 15. In priori loco quidam intelligunt *aulæa alba*, *candida*: alii *foraminosa* (a חֹר, *foramen*) *plena foraminibus*, *perspicua*. Hinc apud Talmudicos: מאי חור רב אמר חרי חרי ושמואל אמר מלת לבנה *quid* chur? *Rabh dixit*, *foramina*, *foramina*, id est, aulæa foraminosa: *Samuel autem respondit*, *esse vocabulum candoris*, id est, candida aulæa significare.

חֹרִי, חֹרָי, חֹרִים, חָר, חֹר, vide in חָרַר.

חוּשׁ *festinavit*: præterit. חָשׁ, *festinavit*, Ies. VIII. 1. חַשְׁתִּי, *festinavi*, *et non tardavi*, Psal. CXIX. 60. Particip. כְּנֶשֶׁר חָשׁ, *sicut aquila festinans* vel *celer*, Hab. I. 8. Imper. חוּשָׁה לְעֶזְרָתִי, *festina ad auxilium meum*, Psal. XXXVIII. 23. Futurum irregulare, וַתַּחַשׁ, *et festinavit*, Job XXXI. 5. quasi a חָשָׁה, per apocopam. Hiph. הֵחִישׁ, *præfestinavit*, *acceleravit*, *maturavit*: præt. הֵחִישׁוּ, *festinabant*, Jud. XX. 37. Fut. אָחִישָׁה מִפְלָט לִי, *maturabo effugium mihi*, Psalm. LV. 9. אֲחִישֶׁנָּה, *accelerabo istud*, Ies. LX. 22.

חִישׁ, *cito*, *festine*, *celeriter*; Psalm. XC. 10.

חָשִׁים, m. pl. *celeres*, *festini*, Num. XXXII. 17.

חָזָה *vidit*, *intuitus*, *contemplatus est*, *aspexit*, *prospexit*, *respexit*. Construitur cum accusativo, et præpos. ב: præt. חֲזִיתִיךָ, *videbam te*, Psal. LXIII. 3. חָזוּ בוֹ, *viderunt in eo*, id est, *illud*, Job XXXVI. 25. חָזוּ לָךְ שָׁוְא, *vident tibi vanum*, Thren. II. 14. Part. אֲשֶׁר־הוּא חֹזֶה, *quam ipse*

videt, Ezech. XII. 27. Sæpe transit in nomen, et dicitur de *prophetis*, qui חֹזִים, *videntes* dicti sunt, quia Deus *per visiones* ipsis res futuras et occultas patefaciebat : vide 1 Sam. IX. 9. Infin. לַחֲזוֹת בְּנֹעַם, *ut videam amœnitatem*, Psal. XXVII. 4. Futur. per apocopam, אָחַז, *videbo*, Job XXIII. 9. pro אֶחֱזֶה et Kametz est propter pausam : בֵּית אֲבָנִים יֶחֱזֶה, *domum lapidum respicit*, Job VIII. 17.

חֲזָה, חֲזָא, Chald. *vidit*, Dan. IV. 20. דִּי חֲזַיְתָ, *quod vidisti*, ver. 17. דִּי חֵלֶם חֲזֵית, *somnium vidi*, ver. 2. דִּי חֲזֵיתוּן, *quod videtis*, Dan. II. 8. Part. חָזֵה הֲוַיְתָ, *videns eras*, Dan. II. 31. Plur. חָזַיִן לְגֻבְרַיָּא, *aspicientes viros istos*, Dan. III. 27. Particip. Pehil, עַל דִּי חֲזֵה, *supra quam visum fuit*, scil. *dignum*, vel *conveniens*, Dan. III. 19. pro חֲזֵי sumiturque ut hebræum רָאוּי, de quo in רָאָה. Inf. לְמֶחֱזֵא, *videre*, Esr. IV. 14.

חֹזֶה, masc. *videns*, *propheta*, ut in Kal dictum : *provisio* : עָשִׂינוּ חֹזֶה, *fecimus provisionem, prospeximus, provide egimus*, Ies. XXVIII. 15: Chald. vertit שְׁלָמָא, *pacem*.

חָזֶה, m. *pectus*, Exod. XXIX. 26. Constr. חֲזֵה הַתְּנוּפָה, *pectus agitationis*, Ex. XXIX. 27. Plur. עַל הֶחָזוֹת, *super pectora*, Lev. IX. 20.

חָזוֹן, masc. *visio*, Ezech. VII. 26. Constr. חֲזוֹן, Ies. I. 1.

חִזָּיוֹן, mascul. *visio*, Ies. XXII. 1. constr. חֶזְיוֹן לַיְלָה, *visio noctis*, Job XXXIII. 15. Affix. מֵחֶזְיֹנוֹ, *a visione sua*, Zach. XIII. 4. Plural. חֶזְיֹנוֹת יִרְאוּ, *visiones videbunt*, Joel III. 1.

חֵזֵו, חֶזְוָא, Chald. *visio*, Dan. II. 19. חֶזְוֵהּ, *aspectus, species ejus*, Dan. VII. 20. בְּחֶזְוִי, *in visione mea*, ver. 2. Plur. constr. בְּחֶזְוֵי לֵילְיָא, *in visionibus noctis*, ver. 7.

חָזוּת, f. *visio*, *provisio*, קֶרֶן חָזוּת *cornu visionis*, id est, *conspicuum, illustre et insigne*, Dan. VIII. 5. R. Saadia, *cornu magnum et altum*, *eminus aspectui patens* : affix. וְחָזוּתְכֶם, *provisio vestra*, Ies. XXVIII. 18. ut antea in חֹזֶה.

חֲזוֹת, fœm. *visio*, 1 Par. IX. 29. Chald. cum aff. וַחֲזוֹתֵיהּ, *et species, aspectus ejus*, Dan. IV. 8, 17.

מַחֲזֶה, masc. *visio*, Genes. XV. 1. Constr. מַחֲזֵה שַׁדַּי יֶחֱזֶה, *visionem omnipotentis videt*, Num. XXIV. 4.

מֶחֱזָה, fœm. *aspectus*, *prospectus*, *fenestra*, sic dicta, quod per eam *prospiciamus*, 1 Reg. VII. 5.

חזז חֲזִיז, m. *fulgetrum, coruscatio*, *nubes*, *nubilum* : constr. לַחֲזִיז קֹלוֹת, *fulgetro tonitruum*, Job XXVIII. 26. Sic Job XXXVIII. 25. Plur. עֹשֶׂה חֲזִיזִים, *facit nubes*, Zach. X. 1. Juxta R. Sal. Inde legitur in Bereschith rabba sect. 13, » Quinque nominibus nubes appellatur, אֵד, עָב, חֲזִיז, נָשִׂיא, עָנָן. » Notandum, prave in Aruch in voce אֵד citari Parascham 12. Et in codice Talmudico Taanith, cap. 1. fol. 9. Quid sunt חֲזִיזִים? R. Juda dixit : *nubes cursitantes*. In Targ. חֲזִיזָא קַלִּילָא, *nubes levissima*, Cant. II. 9. Dicitur sic, quia facit חֶזְיוֹנוֹת, *visiones* sive *aspectus varios*, puta virides, flavos, aut rubentes in firmamento, ut scribitur dicto loco in Bereschith rabba.

חָזַק *invaluit*, *prævaluit*, *validus*, *fortis fuit; roboratus, confirmatus*, *obfirmatus fuit*. Præt. חָזַק הָרָעָב, *in-*

valuerat fames, Gen. XLI. 57. חָזְקוֹ *prævaluit ipsi*, pro חָזַק מִמֶּנּוּ, 2 Par. XXVIII. 20. חֲזַקְתַּנִי, *fortior fuisti me*, Jerem. XX. 7. Infin. לְחָזְקָה, *ut confirmetur illud*, Ezech. XXX. 21. Imper. חֲזַק וַחֲזָק, *confirmare et confirmare*, id est, *etiam atque etiam confirmare et recolligere*, Dan. X. 19. Pih. חִזֵּק, *firmavit*, *confirmavit*, *obfirmavit*, *obduravit*, *fortificavit*, *roboravit*, *restauravit*: præt. חִזַּק בְּרִיחֵי, *confirmat vectes portarum tuarum*, Ps. CXLVII. 13. חִזְּקוּ פְנֵיהֶם, *obfirmant facies suas*, Jer. V. 3. Particip. מְחַזֵּק אֶת־לֵב, *obfirmo cor* (*ægyptiorum*) Exod. XIV. 17. Infin. לְחַזֵּק הַבָּיִת, *ad confirmandum* sive *restaurandum domum*, 2 Par. XXXIV. 10. Hiph. הֶחֱזִיק, idem, atque ita cum accusativo construitur; sed frequentius est, *apprehendit*, *comprehendit*, *tenuit*, *detinuit*, *retinuit firmiter*, *et per vim*, et sæpius construitur cum præp. בְּ. Præt. לֹא הֶחֱזִיק לָעַד אַפּוֹ, *non retinet in æternum iram suam*, Mich. VII. 18. Fœmin. וְהֶחֱזִיקָה בּוֹ, *et prehendit eum*, Prov. VII. 13. Part. מַחֲזִיק בָּם, *vi detinens eos*, Exod. IX. 2. Infin. בְּיוֹם הַחֲזִיקִי בְיָדָם, *in die apprehendere me manum eorum*, Jer. XXXI. 32. quod præter morem paroxytonon est, et cum Sægol loco Pathach. Futur. וַתַּחֲזֶק־בּוֹ, *et prehendit eum*, 2 Reg. IV. 8. Hithp. הִתְחַזֵּק, *firmum* vel *fortem se exhibuit*, *fortificavit* aut *confirmavit se*, *confirmatus fuit*: præt. וְלֹא הִתְחַזַּק, *et non confirmavit se*, 2 Par. XIII. 7. Imper. הִתְחַזְּקוּ וִהְיוּ לַאֲנָשִׁים, *confirmate vos et estote viri*, 1 Sam. IV. 9.

חָזֵק, m. *invalescens*, Exod. XIX. 19. הוֹלֵךְ וְחָזֵק, *vadens et invalescens*, 2 Sam. III. 1. id est, *pergebat invalescere*.

חָזָק, m. *validus*, *valens*, *fortis*, *robustus*, *vehemens*: חָזָק הוּא מִמֶּנּוּ, *fortior est nobis*, Numer. XIII. 31. Plur. חֲזָקִים, Jud. XVIII. 26. Constr. חִזְקֵי־מֵצַח, *fortes frontis*, id est, *obfirmata fronte*, Ezech. III. 7. Fœm. בְּיָד חֲזָקָה, *manu forti*, Exod. XIII. 9.

חֵזֶק, m. *firmitas*: affix. חִזְקִי, *firmitas mea*, Psal. XVIII. 2.

חֹזֶק, m. *robur*, Hag. II. 22. בְּחֹזֶק יָד, *in robore manus*, *robusta manu*, Exod. XIII. 14. Affix. הֲלֹא בְחָזְקֵנוּ, *nonne robore nostro*, Amos VI. 13. fœm. בְּחָזְקָה, *cum vehementia*, id est, *vehementer*, *fortiter*, *violenter*, Jud. VIII. 1. Ezech. XXXIV. 4.

חֶזְקָה, f. idem: construct. כְּחֶזְקַת הַיָּד, *secundum robur manus*, Ies. VIII. 11. Aff. וּבְחֶזְקָתוֹ, *et in robore suo*, 2 Par. XXVI. 16.

חזר חֲזִיר, masc. *porcus*, *sus*: חֲזִיר מִיַּעַר, *porcus de sylva*, id est, *sylvestris*, Psalm. LXXX. 14. בְּשַׂר הַחֲזִיר, *carnem porci*, Ies. LXV. 4. A *redeundo ad sordes* sic dici videtur: nam חֲזַר, *redire*, *reverti*, in Targum. Inde illud, *sus lota* (redit) *ad volutabrum luti*, 2 Pet. II. 22.

* חַח, vide supra in חוֹחַ.

חטא חָטָא *peccare*: proprie est *errare* vel *aberrare a scopo*, ut in Hiphil videre est; unde et *error* ipsi tribuitur, Levit. V. 15. *et Deus reducit* חַטָּאִים, *peccatores in viam*, Psalm. XXV. 8. *et* חַטָּאִים *peccatores redeunt* (*in viam ad Deum*), Ps. LI. 15. Hinc Kimchi pueritiæ tribuit, quando cognitio hominis adhuc imperfecta est. Ultra vigesimum annum, quando peccat scienter et contumaciter, tunc dicitur פֶּשַׁע, id est, *defectio*, vel מֶרֶד,

rebellio. Construitur cum ב, et ל. Præt. מִי אֲשֶׁר חָטָא־לִי, *is qui peccaverit mihi* vel *adversus me*, Exod. XXXII. 33. חֲטָא חֲטָאָה, *peccatum peccavit*, Thren. I. 8. Particip. אֲשֶׁר חֹטֵא, *qui peccat*, Eccles. VIII. 12. ubi Sægol est ex forma quiescentium tertia radicali ה, ut sæpe hæc duo genera formas inter se permutant. Sic infin. מֵחֲטוֹ־לִי, *a peccando mihi*, Gen. XX. 6. ubi ו est loco ה; cui simile fuit in הָגֹה. Futur. אַל־תֶּחֶטְאוּ בַיֶּלֶד, *ne peccate in puerum istum*, Genes. XLII. 22. Pih. חִטֵּא, *mundavit*, *purgavit a peccato*, *expiavit*: præter. וְחִטֵּא אֶת־הַבַּיִת, *et mundabit domum istam*, Lev. XIV. 52. Part. הַכֹּהֵן הַמְחַטֵּא, *sacerdos expians*, id est, *expiationis sacrificium offerens*, Levit. VI. 19. Futur. אָנֹכִי אֲחַטֶּנָּה; *ego expiabam illud*, id est, *luebam pro illo*, Genes. XXXI. 39. וַיְחַטְּאֵהוּ, *et expiavit*, id est, *in expiationis sacrificium obtulit eum*, Levit. IX. 15. Hiph. הֶחֱטִיא, *peccare fecit* vel *sivit*, *ad peccandum induxit*: præt. הֶחֱטִיא אֶת־יִשְׂרָאֵל, *ad peccandum induxit Israelem*, 1 Reg. XIV. 16. Et per apocopam הֶחֱטִי, 2 Reg. XIII. 6. הֶחֱטִיאָם חֲטָאָה גְדוֹלָה; *induxit eos ad peccandum peccato magno*, 2 Reg. XVII. 21. Futur. וְלֹא יַחֲטִא, *et non sinebat aberrare* vel *peccare* scil. *lapidem*, *dum funda eum mitteret*, Jud. XX. 16. Quidam intransitive vertunt, *et non aberrabat*, ex quo loco propria verbi significatio perspicitur. Hithp. fut. יִתְחַטָּא, *purgaverit se*, Numer. XIX. 13. יִתְחַטָּאוּ, *purificant se*, Job XLI. 16. תִּתְחַטְּאוּ, *purgatote vos*, Num. XXXI. 19.

חֵטְא, (pro חֲטָא) m. *peccatum*, Deut. XV. 9. Aff. בְּחֶטְאוֹ מֵת, *in peccato suo mortuus est*, Numer. XXVII. 3. Plur. חֲטָאִים גְּדוֹלִים, *peccata magna*, Eccles. X. 4. Constr. חֶטְאֵי גִלּוּלֵיכֶן, *peccata stercoreorum idolorum vestrorum*, Ezech. XXIII. 49. Aff. אֶת־חֲטָאַי, *peccata mea*, Gen. XLI. 9.

חַטָּאָה, f. *peccatum*, Ies. V. 18. *sacrificium pro peccato*, Ezech. XLV. 23. מַמְלָכָה הַחַטָּאָה, *regnum peccati*, Amos IX. 8. Chald. לְחַטָּאָה, *in sacrificium pro peccato*, Esr. VI. 17. per metonymiam. Et contractum in ת, חַטָּאת, Mich. I. 5. חַטָּאת רֹבֵץ, *peccatum cubat*, Gen. IV. 7. id est, *pœna peccati*, per metonymiam. Constr. מִדַּם חַטַּאת: *e sanguine peccati*, id est, *sacrificii pro peccato*, Exod. XXX. 10. חַטַּאת עַמִּי, *peccatum populi mei*, Hos. IV. 8. Sic etiam usurpatur quandoque tamquam absolutum, ut, לְחַטָּאת, *pro peccato*, Zach. XIII. 1. Aff. עַל־חַטָּאתוֹ, *propter peccatum suum*, Levit. IV. 3. plur. כֶּסֶף חַטָּאוֹת, *pecunia pro peccatis*, 2 Reg. XII. 17. Constr. חַטֹּאת, 2 Reg. XIII. 2. Aff. עַל־חַטֹּאתָיו, *propter peccata sua*, 1 Reg. XVI. 19.

חֲטָאָה, f. *peccatum*, Exod. XXXII. 31. לַחֲטָאָה, *in peccatum*, Psalm. CIX. 7. Chald. plur. masc. וַחֲטָיָךְ, *et peccata tua*, Dan. IV. 24.

חַטָּאִים, m. pl. *peccatores*, Numer. XXXIII. 14. Constr. חַטָּאֵי עַמִּי, *peccatores populi mei*, Amos IX. 10.

חטב *cecidit*, *putavit*, et de *lignis* proprie dicitur, ut חָצַב, de *lapidibus*. Particip. מֵחֹטֵב עֵצֶיךָ, *a cæsore lignorum tuorum*, *cædente* vel *putante ligna tua*, Deut. XXIX. 10.

Plurale, לְחֹטְבִים, *putatoribus istis*, 2 Par. II. 11. Constr. חֹטְבֵי עֵצִים, *putatores lignorum*, Jos. IX. 21. Part. præteritum sive Pahul חֲטֻבוֹת, *excisorum, segmentorum spondam*, Prov. VII. 16. id est, *segmentatam, tessellatam, affabre et artificiose excisam et exsculptam*, juxta Kimchi. Inf. לַחְטֹב, *ad cædendum ligna*, Deut. XIX. 5. Fut. יַחְטְבוּ מִן הַיְּעָרִים, *cædent e sylvis*, Ezech. XXXIX. 10. Pyh. particip. כְּזָוִיּוֹת מְחֻטָּבוֹת, *sicut anguli, antarii lapides excisi*, Psal. CXLIV. 12.

* חִטָּה, *triticum*, vide in חנט.

חטם *distulit, protraxit, prolongavit:* futur. אֶחֱטָם־לָךְ, *differam tibi*, scil. *furorem meum*, Ies. XLVIII. 9. ut Kimchi et Aben Esra explicant, ut idem sit quod אַאֲרִיךְ in præcedenti versus membro. Rabbi Salomon Jarchi: *nares meas obstruam* vel *obturabo tibi*, ne scil. egrediatur fumus iræ meæ: deducit enim a חוטם quod Rabbinis est *nasus, nares, ira*, ut אף hebraice. Quidam, *obsignabo*, id est, *concludam, neque exseram iram meam propter laudem meam*, quasi idem sit quod חתם.

חטף *rapuit, diripuit:* præter. וַחֲטַפְתֶּם לָכֶם, *et rapiatis vobis*, Jud. XXI. 21. Infin. לַחְטֹף עָנִי, *ad diripiendum pauperem*, Psalm. X. 9.

חטר חֹטֶר, m. *virga, virgula, baculus:* וְיָצָא חֹטֶר, *et prodibit virgula*, Ies. XI. 1. חֹטֶר גַּאֲוָה, *baculus superbiæ*, Prov. XIV. 3.

חיה *vixit, revixit, revaluit:* præt. וְחָיָה, *et is vivet*, Esth. IV. 11. וְחָיִיתָ וְרָבִיתָ, *et vivas et crescas* vel *augearis*, Deut. XXX. 16. qua phrasi Judæi uti solent in fine suarum epistolarum, pro eo quod nos dicimus, *vive et vale*. Infin. חָיוֹ יִחְיֶה, *vivendo vivet*, Ezech. XVIII. 28. Futurum per apocopam יְחִי הַמֶּלֶךְ, *vivat rex*, pro יִחְיֶה, 1 Sam. X. 24. Chald. imper. חֱיִי, *vive*, Dan. II. 4. Pih. חִיָּה, *vivere fecit* vel *sivit, vivificavit, vitæ restituit; vivum, in vita conservavit:* metaphorice, *restauravit*. Præter. וְנַפְשׁוֹ לֹא חִיָּה, *et animam suam in vita non conservavit*, Psalm. XXII. 30. Futur. יְחַיֶּה אֶת שְׁאָר הָעִיר, *instauravit reliquium civitatis*, 1 Par. XI. 8. הַיְחַיּוּ אֶת־הָאֲבָנִים, *an vivificabunt lapides?* Nehem. III. 34. id est, *redivivos statuent*. Hiph. הֶחֱיָה, idem: præt. הֶחֱיָה יְהוָה אֹתִי, *vivum Dominus conservavit me*, Jos. XIV. 10. Infin. וְהַחֲיֵה אוֹתָם, *servando eos in vita*, Jos. IX. 20. Chald. particip. præsens, הֲוָה מַחֵא, *erat vivificans, in vita conservabat*, Dan. V. 19. pro מַחְיֵא; et sic R. Saadia per מְחַיֶּה, explicat.

חַיָּה, f. *vita, vivens, vivum, animans, animal, bestia, fera:* item, *cœtus, caterva:* שֶׁרֶץ נֶפֶשׁ חַיָּה, *reptile animæ viventis*, id est, *animatum*, Gen. I. 20. כָּעֵת חַיָּה, *secundum hoc tempus vitæ*, Gen. XVIII. 10. id est, *hinc post annum:* רוּחַ חַיָּה, *spiritus vitæ*, id est, *vitalis*, Ezech. I. 20. חַיָּה רָעָה, *bestia mala*, Genes. XXXVII. 20. צֵיד חַיָּה, *venationem feræ*, Levit. XVII. 13. לַחַיָּה, *in catervam*, 2 Sam. XXIII. 11. juxta R. Salomonem: at Kimchi in com. *in villam, vicum*, et putat fuisse locum cujus mentio fit 1 Sam. XVII. 1. et 1 Paral. XI. 13. Constr. אֶת־חַיַּת הָאָרֶץ, *bestias terræ*, Gen. I. 25. חַיַּת קָנֶה, *catervam arundinis*, id est, *arundiniferam*, Psalm. LXVIII. 31. חַיַּת יָדְךָ, *cater-*

vam manus tuæ, Ies. LVII. 10. id est, Assyrios, qui tibi ad manum præsto fuerunt: R. Sal. *vitam manus tuæ*, id est, robur: Aben Esra, *vitam manus tuæ*, hoc est, necessaria tibi, ac prosperitatem in operibus tuis. Cum ו paragogico, כָּל־חַיְתוֹ שָׂדָי, *omnibus bestiis agri*, id est, *agrestibus*, Psalm. CIV. 11, 20. et Ps. LXXIX. 2. cui simile vide in עין in nomine מַעְיָן. Cum affixis חַיָּתוֹ, *caterva sua;* חַיָּתָם, *caterva ipsorum*, Ezech. VII. 13. Hebræi, *anima*. Plural. חַיּוֹת קְטַנּוֹת, *animantia parva*, Psal. CIV. 25. אַרְבַּע חַיּוֹת, *quatuor animalium*, Ezech. I. 5.

חֵיוָא, חֵיוָה, f. Chald. *bestia*, Dan. IV. 13. et VII. 5. emph. חֵיוְתָא, Dan. IV. 11. Constr. חֵיוַת בָּרָא, *bestia agri*, ver. 9. Plur. חֵיוָן רַבְרְבָן, *bestiæ magnæ*, Dan. VII. 3. emph. מִן כָּל חֵיוָתָא, *ab omnibus bestiis*, ver. 7.

חָיֶה, f. *viva, vivax, vivida:* וְחָיָה, *et viva esto*, vel *maneat*, Exod. I. 16. formæ, דָּוָה, *languida:* plur. חָיוֹת, *vivaces, vividæ*, Exod. I. 19. formæ כָּלוֹת, *defectæ*, בָּלוֹת, *detritæ*. In singulari forma explicanda interpretes hebræi valde se fatigant, ut prolixe docet Aben Esra: deducit enim a חַי, quod a fine crescens, י daghessatum habet, חַיִּים חַיָּה. Vide illic.

חַיּוּת, f. *vita:* אַלְמְנוּת חַיּוּת, *viduitate vitæ*, 2 Sam. XX. 3. quæ scilicet *per totam vitam* duret. Quidam libri habent חַיּוֹת.

חַוָּה, f. *Chavva, Eva*, nomen uxoris Adami primi, sic dictæ, quod fuit mater כָּל חַי, *omnium hominum viventium*, Genes. III. 20. Quidam Rabbinorum per lusum deducunt a חִוָּה, *loqui, indicare*, עַל שֵׁם שֶׁמְּחַוָּה, *propterea quod multum loquitur*. Inde etiam ista Rabbinorum sententia: עשרה קבין שיחה ירדו לעולם, תשעה נטלו נשים, *decem cabi colloquiorum descenderunt in mundum, et novem istorum abstulerunt mulieres:* mentio ejus in Haskuni, Genes. III. 20. in collectaneis marginalibus.

חַוּוֹת, f. pl. *villæ:* aff. חַוּוֹתֵיהֶם, *villas ipsorum*, Num. XXXII. 41.

מִחְיָה, f. *victus, sustentatio vitæ, vitalitas*, Esr. IX. 8. Constr. מִחְיַת בָּשָׂר חַי, *vitalitas carnis vivæ*, Levit. XIII. 10. Aff. מִחְיָתֶךָ, *victum tuum*, Jud. XVII. 10.

חַי, m. *vivens, vivum*. Per verbum sæpe explicatur *vivere*, *in vivis esse*, Gen. III. 22. et XI. 12. הַעוֹד אָבִי חָי, *an adhuc pater meus in vivis est?* Gen. XLV. 3. הַבָּשָׂר הַחַי, *caro viva*, id est, *sana*, *non putrida* aut *mortua*, Lev. XIII. 16. בְּאֵר לַחַי, *puteus viventis*, Gen. XVI. 14. est autem illic tanquam proprium nomen. לֶחָי, *viventi*, *integro et incolumi isti*, 1 Sam. XXV. 6. Desinit etiam in Tzere, quasi formam constructam: ut וְחֵי אָחִיךָ, *et vivat frater tuus*, Lev. XXV. 36. חֵי נַפְשְׁךָ, *vivit anima tua*, 1 Sam. I. 26. quæ asseverandi et jurisjurandi formula est, *ut vivit anima tua, per vitam tuam, quam vivis:* sic 2 Sam. XIV. 19. Item, חַי אֱלֹהֶיךָ, *ut vivit Deus tuus*, Amos VIII. 14. חַי יְהוָה וְחֵי נַפְשְׁךָ, *ut vivit Dominus et vivit anima tua*, 2 Reg. II. 2. ubi notant hebræi, de vero Deo dici חַי, alias חֵי. Vide 1 Sam. XX. 3. et 1 Sam. XXV. 26. 2 Sam. XV. 21. Plural. חַיִּים כֻּלְּכֶם הַיּוֹם, *vivi ne estis omnes vos hodie?* Deut. IV. 4. מַיִם חַיִּים, *aquæ vivæ*, Num. XIX. 17. Fœmin. נֶפֶשׁ חַיָּה,

animam viventem, Genes. I. 21, 24. וָחָיָה, *et viva sit, viva maneat;* hinc deducunt per varias anomaliæ rationes, ut Aben Esra prolixe docet: vide id paulo ante. Plural. שְׁתֵּי־צִפֳּרִים חַיּוֹת, *duos passeres viventes*, Levit. XIV. 4. vel *duas aviculas*, est enim generis et speciei. Chald. לְחַי, *viventium*, Dan. IV. 31. אֱלָהָא חַיָּא, *Dei viventis*, Dan. VI. 21. Plurale emph. מִן־כָּל־חַיַּיָּא, *præ omnibus viventibus*, Dan. II. 30. Absolutum plurale בְּחַיִּין, *in vita*, Dan. VII. 12. Constr. לְחַיֵּי מַלְכָּא, *pro vita regis*, Esr. VI. 10.

חַיִּים, m. pl. *vita*, ut alia ætatum nomina, plurale est, quasi *dies* vel *tempora vitæ* dicas: חַיִּים וָחֶסֶד, *vitam et benignitatem*, Job X. 12. נִשְׁמַת חַיִּים, *halitum vitæ*, Genes. II. 7. Et cum ן ad formam chald. בַּחַיִּין, *vitæ, in vitam*, Job XXIV. 22. Construct. לְחַיֵּי עוֹלָם, *ad vitam æternam*, Dan. XII. 2. Aff. שְׁנֵי חַיָּיו, *anni vitæ ejus*, Genes. XLVII. 28. חַיָּיְכִי, *vitam tuam*, Psal. CIII. 4. cum affixo chaldaico pro חַיַּיִךְ.

חיל חַיִל m. *robur, virtus, vires, strenuitas: præmunitio, propugnaculum, antemurale, acies, exercitus, copiæ: opes, facultates, opulentia:* אַנְשֵׁי חַיִל, *homines roboris*, id est, *robusti, strenui*, Genes. XLVII. 6. אִישׁ חַיִל, *vir potens robore*, aut *valens facultatibus*, Ruth II. 1. חַיִל גָּדוֹל, *copiæ magnæ, exercitus magnus*, Ezech. XXXVII. 10. Construct. חֵיל פַּרְעֹה, *exercitus Pharaonis*, Exod. XIV. 28. Usurpatur etiam hoc modo tamquam absolutum, בְּחַיִל כָּבֵד, *cum copiis gravibus*, id est, *numerosis*, 2 Reg. XVIII. 17. et absque י interdum, הַחֵל הַזֶּה, *exercitus hujus, copiarum istarum*, Obad. ver. 20. חוֹמוֹת וָחֵל *muris et præmunitioni*, Ies. XXVI. 1. Sic Thren. II. 8. אֲשֶׁר־חֵיל יָם, *cujus præmunitio est mare*, Nah. III. 8. Aff. וּבְכָל־חֵילוֹ, *et in omni exercitu ejus*, Exod. XIV. 17. כָּל־חֵילָם, *omnem substantiam, omnes opes eorum*, Gen. XXXIV. 29. בְּחֵילֵךְ, *in præmunitione tua*, Psalm. CXXII. 7. Chald. חַיִל, *robur*, Dan. III. 20. בְּאֶדְרָע וְחָיִל, *cum brachio et robore*, Esr. IV. 23. Constr. בְּחֵיל שְׁמַיָּא, *in exercitu cœli*, Dan. IV. 32. Aff. בְּחַיְלֵהּ, *in copiis ipsius*, Dan. III. 20.

* חִין, *gratia*, vide in חָנַן.

חיץ חַיִץ m. *paries luteus:* בֹּנֶה חַיִץ, *exstruit parietem luteum*, Ezech. XIII. 10. Rabbinis satis usitatum, et in Targum מְחִיצָא.

חיק חֵיק m. *sinus, gremium:* אֶל־חֵיק הָרֶכֶב, *in sinum currus*, 1 Reg. XXII. 35. Et defective, בְּחֵק, *in sinu*, Prov. XXI. 14. מֵחֵק, *e sinu*, Prov. XVII. 23. Affix. אֶל־חֵיקֶךָ, *in sinum tuum*, Exod. IV. 7.

חכה חִכָּה *exspectavit, præstolatus est:* construitur cum ל. Part. plur. constr. חוֹכֵי לוֹ, *exspectantes eum*, Ies. XXX. 8. Pih. חִכָּה, idem, et construitur quandoque cum accusativo: præter. חִכָּה אֶת־אִיּוֹב, *exspectavit Jobum*, Job XXXII. 4. Participiale, לִמְחַכֵּה־לוֹ, *præstolanti ipsum*, Ies. LXIV. 4. Infin. וּכְחַכֵּי, *et secundum præstolari, cum præstolantur*, Hos. VI. 9. Futur. וְלֹא תְחַכֶּה, *neque præstolaberis*, 2 Reg. IX. 3.

חכך חֵךְ, masc. *palatum*, Job XII. 11. Affix. חִכּוֹ מַמְתַקִּים, *pala-*

lum ejus dulcedines, id est *dulcissimum est*, Cant. V. 16.

חַכָּה, f. *hamus*, Ies. XIX. 8. Job XL. 25.

חכל חַכְלִילִי, m. *rubicundus*, Gen. XLIX. 12. Targum, יִסַּמְקוּן, *rubicundi erunt.*

חַכְלִילוּת, f. *rubedo* : חַכְלִלוּת, עֵינָיִם, *rubedo oculorum*, Proverb. XXIII. 29.

חָכַם *sapiens fuit*, *sapuit*. Præter. אִם־חָכַם לִבֶּךָ, *si sapit animus tuus*, Prov. XXIII. 15. Fœmin. כִּי חָכְמָה מְאֹד, *quamvis sapiens sit valde*, Zach. IX. 2. Fut. הוֹלֵךְ אֶת־חֲכָמִים יֶחְכָּם, *ambulans cum sapientibus fit sapiens*, Prov. XIII. 20. Pih. חִכֵּם, *sapientem reddere, informare*. Futur. וּזְקֵנָיו יְחַכֵּם, *et senes ejus sapientes reddit*, *informat*, Psal. CV. 22. יְחַכְּמֵנוּ, *sapientes nos facit*, Job XXXV. 11. Pyh. part. מְחֻכָּם, *peritissimus*, *sapientissimus*, Psalm. LVIII. 6. plural. מְחֻכָּמִים, *apprime sapientia*, Proverb. XXX. 24. Hiph. partic. מַחְכִּימַת פֶּתִי, *sapientiam afferens simplici*, Psal. XIX. 8. Hithp. futurum, וְאַל־תִּתְחַכַּם יוֹתֵר, *ne sapiens sis*, vel *sapere tibi videtor nimium*, Eccles. VII. 16. נִתְחַכְּמָה לוֹ, *sapienter nos geramus ipsi*, id est, *adversus ipsum*, Exod. I. 10. *astute illum opprimamus.*

חָכָם, m. *sapiens, peritus*, Proverb. III. 7. Construct. חֲכַם־לֵב, *sapiens animo*, Prov. X. 8. Plur. הוֹי חֲכָמִים, *væ sapientibus*, Ies. V. 21. Construct. חַכְמֵי־לֵב, *sapientes animo*, Exod. XXVIII. 3. Affix. חֲכָמָיו, *sapientes ejus*, Esth. VI. 13. Chald. חַכִּימִין, *sapientes*, Dan. II. 21. emph. חַכִּימַיָּא ver. 13. Construct. חַכִּימֵי בָבֶל, *sapientes Babyloniæ*, ver. 12. Fœmin. אִשָּׁה חֲכָמָה, *mulier sapiens*, 2 Sam. XX. 16. Plur. אֶל־הַחֲכָמוֹת, *ad sapientes*, Jer. IX. 17. Constr. חַכְמוֹת נָשִׁים, *sapiens quælibet mulierum*, Prov. XIV. 1.

חָכְמָה, f. *sapientia*, Prov. III. 13. Constr. אֶת־חָכְמַת שְׁלֹמֹה, *sapientiam Salomonis*, 1 Reg. V. 14. Affix. אֶת־חָכְמָתוֹ, *sapientiam ejus*, ibid. Plur. יְדַבֵּר חָכְמוֹת, *eloquetur sapientias*, Psal. XLIX. 4. Chald. שָׂכְלְתָנוּ וְחָכְמָה, *intelligentia ac sapientia*, Dan. V. 11. Emphaticum חָכְמְתָא וּגְבוּרְתָא, *sapientiam et potentiam*, Dan. II. 23. Constr. כְּחָכְמַת אֱלָהָךְ, *pro sapientia Dei tui*, Esr. VII. 25.

חַכְמוֹנִי, m. *Chachmonæus*, nomen gentile, 1 Paral. XI. 11. idem etiam appellatus fuit תַּחְכְּמֹנִי, *Tachkemonita*, 2 Sam. XXIII. 8. Quidam, *sapiens*, *sapientiæ doctor*, quasi sit nomen supremum quemdam sapientiæ gradum designans.

חלא חֶלְאָה, *spuma*. Aff. אֲשֶׁר חֶלְאָתָה בָהּ, *cujus spuma est in ea*, Ezech. XXIV. 6. ubi deficit Mappik: וְחֶלְאָתָה, *et spuma ejus*, ver. 11. Rabbi Salomon scribit : *est excrementum*, *quod educitur ex ore ollæ per ebullitionem*, *quod vocant* אֶשְׁקֻמֵא, *escume*, (italice *schiuma*) id est, *spuma*. Quidam *æruginem* reddunt. Sic quoque Kimchius explicat.

חָלָב masc. *lac*, Exod. III. 8. גְּמוּלֵי מֵחָלָב, *depulsi a lacte*, Ies. XXVIII. 9. Constr. חֲלֵב עִזִּים, *lac caprarum*, Prov. XXVII. 27. Affix. חֲלָבֵךְ, *lac tuum*, Ezech. XXV. 4.

חֵלֶב, m. *adeps, pinguedo, optimum*

cujusvis rei. אֶת־חֵלֶב הָאָרֶץ, *pinguedinem hujus terræ*, Gen. XLV. 18. עִם חֵלֶב כָּרִים, *cum adipe agnorum*, Deut. XXXII. 14. עִם חֵלֶב כִּלְיוֹת חִטָּה, *cum adipe renum tritici*, ibid. חֵלֶב יִצְהָר, *adipem* vel *pinguedinem olei*, חֵלֶב תִּירוֹשׁ וְדָגָן, *pinguedinem musti et frumenti*, id est, *opimum oleum, opimum et optimum mustum et frumentum*, Num. XVIII. 12. Affix. וְאֶת־חֶלְבָּם, *adipem earum*, Num. XVIII. 17. Plur. וְאֶת־הַחֲלָבִים, *et adipes*, Levit. IX. 19. Aff. מֵחֶלְבֵהֶן, *et de adipibus eorum*, Genes. IV. 4. id est, *pinguissimis*. Deest י signum numeri pluralis: possit et singulare esse.

חֶלְבּוֹן, m. *Chælbon*, nomen proprium loci, in Syria, ubi optimum vinum crevit: Kimchius in Ezech. XXVII. 18.

חֶלְבְּנָה, f. *galbanum*, Exod. XXX. 34. *Resina* est vel *pinguedo*, cujus meminit Plinius lib. 12. cap. 25. in fine: odoris mali, ut a priscis sapientibus hebræorum traditum in codice Talmudico כְּרִיתוּת, *kerithuth*, cap. I. fol. 6. R. Salomon notat, galbanum odoris tetri fuisse, odoramento aromatico immixtum, ut admonerentur, patienter esse infirmos et peccatores Israelis inter pios tolerandos.

חָקַק *descripsit*, *exaravit*, *expressit*: *incidit*, *sculpsit*, *insculpsit*, *exsculpsit*: *statuit*; *decrevit*: præter. וְחַקּוֹתָ עָלֶיהָ, *et describes super eum*, vel *incides in eum*, Ezech. IV. 1. Particip. cum י paragogico, חֹקְקִי בַסֶּלַע, *statuens* vel *describens in petra*, Ies. XXII. 16. Vide simile in חָצַב. Infinit. cum Schurek, בְּחוּקוֹ, *quum statueret* vel *describeret*, Prov. VIII. 27, 29. Vide simile in עָתַת. Pih. particip. מְחֹקֵק, *decernens*, *legislator*, Deut. XXXIII. 21. Gen. XLIX. 10. Pyh. מְחֻקָּק, *statutum*, Prov. XXXI. 5. Futur. בַּסֵּפֶר וְיֻחָקוּ, *in libro describantur*, Job XIX. 23. absque Daghesch, quasi a חוק; unde et infinitivus paulo ante formam habuit.

חֹק, m. *statutum*, *constitutio*, *decretum*, *demensum*, *præscriptum*, *portio*, *pars statuta*, *pensum*: *modus*, *ratio*: לִבְלִי חֹק, *præter modum*, *immodice*, Ies. V. 14. וְחֹק, *et pensum*, Proverb. XXXI. 15. לְחֹק, *in statutum*, Psalm. CV. 10. אֲסַפְּרָה אֶל־חֹק, *enarrabo in decretum* vel *ad decretum*, Psalm. II. 7. hoc est, *ut sit in statutum*, et *memoriale*, Messiam verum Davidis filium, certo venturum, ut explicatur in codice Talmudico Succah cap. 5. fol. 52. Aut אֶל idem est quod articulus אֶת, ut Kimchi scribit in libro Radicum. Affix. חֻקּוֹ, *statutum suum*, Prov. VIII. 29. et aliter, חָקְךָ וְחָק־בָּנֶיךָ, *in statutam partem tuam*, vel *demensum tuum et demensum filiorum tuorum*, Lev. X. 14. Daghesch ejecto. Plur. חֻקִּים, *statuta*, *decreta*, Deut. IV. 5. Construct. חֻקֵּי אֱלֹהִים, *statuta Dei*, Exod. XVIII. 16. Affix. וְשָׁמַרְתָּ אֶת־חֻקָּיו, *et observabis statuta ejus*, Deut. IV. 40.

חֻקָּה, fœm. idem, Num. IX. 14. Construct. לְחֻקַּת עוֹלָם, *in statutum perpetuum*, Num. X. 8. Plur. בְּחֻקּוֹת הַגּוֹי, *in statutis gentis*, Lev. XX. 23. Aff. כְּכָל־חֻקֹּתָיו, *secundum omnia statuta ejus*, Num. IX. 3.

חִקְקֵים, m. pl. *statuta*: constr.

חֻקְקֵי־אָוֶן, *statuta iniquitatis*, id est, iniqua, Ies. X. 1.

חָקַר *investigavit*, *pervestigavit*, *scrutatus*, *perscrutatus est*: præterit. וְדָרַשְׁתָּ וְחָקַרְתָּ, *et inquires et pervestigabis*, Deuter. XIII. 15. Particip. חֹקֵר לֵב, *scrutans cor*, Jer. XVII. 10. Niph. præterit. לֹא־נֶחְקַר, *non pervestigatum est*, 1 Reg. VII. 47. Fut. כִּי לֹא יֵחָקֵר, *quia non pervestigabitur*, Jerem. XLVI. 23. Pih. præter. וְחִקֵּר, *et scrutatus est*, Eccles. XII. 9.

חֵקֶר, m. *perscrutatio*, *pervestigatio*: אֵין חֵקֶר לִתְבוּנָתוֹ, *non est pervestigatio prudentiæ ejus*, Ies. XL. 28. Phrasis in inscriptionibus epistolarum apud Judæos usitatissima, pro *prudentissimo*. Plurale constr. גְּדוֹלִים חִקְרֵי־לֵב, *magni scrutationibus animi*, Jud. V. 16. id est, *mente sagacissimi*.

מֶחְקָרִים, m. pl. *scrutationes*: constr. מֶחְקְרֵי־אָרֶץ, *pervestigationes terræ*, Psal. XCV. 4. id est, תַּחְתִּיּוֹת, *ima*, *infima fundamenta* vel *penetralia terræ*, ut Aben Esra explicat, quæ sciri nequeunt nisi exquisita perscrutatione; vel potius quod homini minime sunt perscrutabilia, Deo autem in propatulo.

חָרֵב *siccatus*, *exsiccatus fuit*: *vastatus*, *devastatus*, *desolatus*, *in solitudinem redactus fuit*. Præter. חָרְבוּ הַמַּיִם, *exsiccatæ sunt aquæ*, Genes. VIII. 13. Infin. חָרֹב יֶחֱרָבוּ, *desolando desolabuntur*, Ies. LX. 12. Imp. חֲרֹב, *devasta*, vel juxta Kimchi in Commentario *gladio cæde*, vel *tolle*, a nomine חֶרֶב, *gladius*, Jerem. L. 21. et sic, חִרְבוּ כָּל־פָּרֶיהָ, *gladio tollite omnes juvencos ejus*, ver. 27. Niph. præter. הַחֲרֵב נֶחֶרְבוּ, *desolando desolarunt se reges isti*, vel *digladiando digladiati sunt*, id est, mutuis gladiis se sustulerunt, ut Kimchi et R. Levi Gerson interpretantur, 2 Reg. III. 23. Participium, עִיר נֶחֱרֶבֶת, *civitas desolata*, Ezech. XXVI. 19. Pyh. præt. אֲשֶׁר לֹא־חֹרָבוּ, *quæ nondum exsiccatæ fuerint*, Jud. XVI. 7. Hiph. הֶחֱרִיב, *exsiccavit*, *vastavit*, *desolavit*: præter. וְעָרֵיהֶם הֶחֱרִיב, *et civitates ipsorum desolavit*, Ezech. XIX. 7. Particip. הַמַּחֲרֶבֶת יָם, *exsiccans mare*, Ies. LI. 10. Hoph. præterit. הָחֳרָבָה, *vastata est*, Ezech. XXVI. 2. Chald. הָחָרְבַת, *devastata est*, Esr. IV. 15. Partic. עָרִים מָחֳרָבוֹת, *civitates vastatæ*, Ezech. XXIX. 12. Infin. הַחֲרֵב 2 Reg. III. 23.

חָרֵב, m. *siccus*, *vastus*, *desolatus*: חָרֵב הוּא מֵאֵין אָדָם, *vastus est absque homine*, *ut nullus homo ibi supersit*, Jerem. XXXIII. 10. fœmin. פַּת חֲרֵבָה, *buccella sicca*, Proverb. XVII. 1. Plural. הֶעָרִים הֶחֳרֵבוֹת, *urbes desolatæ*, Ezech. XXXVI. 35. et Chateph kametz est pro Chateph pathach.

חֹרֶב, m. *siccitas*, *desolatio*, *vastitas*: *æstus*, metonymice sic dictus, quod *siccitatis* causa est: בַיּוֹם אֲכָלַנִי חֹרֶב, *interdiu consumebat me æstus*, Genes. XXXI. 40. יְהִי־נָא חֹרֶב, *sit quæso siccitas*, Jud. VI. 39. עָרֵי חֹרֶב, *civitates desolationis*, id est, *desolatæ*, Ies. LXI. 4.

חֶרֶב, f. *gladius*, a *vastando* dictus, ut tradit Aben Esra, Exod. XX. 25. Sumitur autem late, ut latinis *ferrum*: unde est *culter*, Jos. V. 2. *cælum*, sculpendi instrumentum, vel *malleus* aut *scalprum* ad expoliendum, Exod. XX. 25. *rutrum*, 2 Par. XXXIV. 6. בְּחֶרֶב חַדָּה, *sicut gladi-*

um acutum, Ies. XLIX. 2. אִישׁ חַרְבּוֹ, *quisque gladium suum*, Gen. XXXIV. 25. Plur. מִפְּנֵי חֲרָבוֹת, *propter gladios*, Ies. XXI. 15. Constr. חַרְבוֹת צֻרִים, *gladios* sive *cultros acierum*, id est, acutos, Jos. V. 2. Aff. בְּחַרְבוֹתָיו, *cultris suis dirutoriis*, Ezech. XXVI. 9. id est, *ferramentis mucronatis*, quibus muri destruuntur: Kimchi in Com. *malleis acuminatis*, quibus lapides diffringuntur.

חָרָבָה, f. *siccitas*, *siccum*, *locus siccus*, estque formæ בַּקָּשָׁה, et primum Kametz est propter Daghesch ejectum: בֶּחָרָבָה, *in sicco*, Genes. VII. 22. לֶחָרָבָה, *in siccum*, Exod. XIV. 21.

חָרְבָּה, f. *vastitas*; pl. עַל־חֳרָבוֹת נוֹשָׁבוֹת, *contra vastitates seu loca vasta habitata*, Ezech. XXXVIII. 12. quæ scilicet antea fuerunt *vasta*, nunc rursum a quibusdam *inhabitantur*, ut Kimchi et R. Salomon interpretantur. בֶּחֳרָבוֹת, *in locis vastis*, Ezech. XIII. 4. הֶחֳרָבוֹת, *vastitates istæ*, *loca vasta ista*, Ezech. XXXVI. 35. Kimchi hoc vult esse adjectivum, idem quod הֶחֲרֵבוֹת quod ante in חָרֵב positum.

חָרְבָּה, fœm. *vastatio*, *desolatio*: לְשַׁמָּה וְחָרְבָּה, *in desolationem et vastitatem*, Ezech. XXIX. 9. Plurale scribitur semper cum ב leni sive aspirato: חָרְבוֹת יְרוּשָׁלִָם, *vastitates Jerusalem*, Ies. LII. 9. לְחָרְבוֹת חֹרֶב, *in vastitates desolationis*, id est, *desolatissimas*, Ezech. XXIX. 10. Plural. כָּל־חָרְבוֹתֶיהָ, *omnes vastitates ejus*, Ies. LI. 3.

חַרְבוֹנִים, m. pl. *siccitates*: constructum, בְּחַרְבוֹנֵי קַיִץ, *in siccitates æstatis*, id est, *æstivas*, Psalm. XXXII. 4.

חָרַג *horruit*, *contremuit*: futur. וְיַחְרְגוּ, *et horrescunt*, *contremiscunt*, *cum tremore prodeunt* vel *prospiciunt e clausuris suis*, Psal. XVIII. 46 pro hoc legitur, 2 Sam. XXII. 46. וַיַּחְגְּרוּ, *et accingent se*, vel *accincti excurrent*, quasi a חָגַר; sed videtur idem esse cum hoc חָרַג, ita ut internus animi tremor, voce externa literis transposita, significatus sit. Hinc chaldaice חַרְגָּא, *horror*, *trepidatio*: חַרְגַת מוֹתָא, *horror mortis*, Deut. XXXII. 25. חַרְגַת כַּפְנָא, *horror famis*; Thren. I. 20.

• חַרְגֹּל, m. *cantharus*, juxta quosdam, *locustæ* species, *ophiomachus*, Levit. XI. 22. De quatuor locustæ speciebus hoc loco ad esum concessis, prolixe disputatur a sapientibus Talmudicis, codice Cholin, cap. 3. fol 65. et seqq.

חָרַד *tremuit*, *contremuit*, *trepidavit*, *perterritus*, *exterritus fuit*: *solicitus fuit*, *trepide accurrit*, atque sic construitur cum præpos. אֶל et אַחַר. Præter. וְחָרַד וּפָחַד, *trepidabitque et pavebit*, Ies. XIX. 16. חָרְדוּ אַחֲרָיו, *trepidi currunt post eum*, 1 Sam. XIII. 7. חָרַדְתְּ אֵלֵינוּ, *solicita fuisti erga nos*, 2 Reg. IV. 13. Hiph. הֶחֱרִיד, *deterruit*, *exterruit*, *perterruit*, *perterrefecit*, *perculit*: præter. וְהַחֲרַדְתִּי אֹתוֹ, *perterrefaciam eum*, 2 Sam. XVII. 2.

חָרֵד, m. *trepidus*: לִבּוֹ חָרֵד, *animus ejus erat trepidus*, 1 Sam. IV. 13. Plural. הַחֲרֵדִים אֶל־דְּבָרוֹ, *qui trepidi estis* vel *trepidatis ad verbum ejus*, Ies. LXVI. 5.

חֲרָדָה, f. *tremor*, *trepidatio*, *solicitudo*, ac frequenter additur verbo suo: וַיֶּחֱרַד יִצְחָק חֲרָדָה גְּדֹלָה, *et contremuit Isaac tremore magno*, Gen.

XXVII. 33. אֶת־כָּל־הַחֲרָדָה הַזֹּאת, *tota solicitudine ista*, 2 Reg. IV. 13. Constr. לְחֶרְדַּת אֱלֹהִים, *in trepidationem Dei*, 1 Sam. XIV. 15. id est, *maximam*: quidquid enim in suo genere summum, id hebræi *divinum* appellant: vide Jon. III. 3. Psalm. XXXVI. 7. et infra in פָּתַל. Plur. חֲרָדוֹת, *trepidationes*, Ezech. XXVI. 16.

חָרָה *arsit, exarsit ira, ira accensus fuit*, et *iræ* vocabulum fere semper adjunctum habet; ubi autem desideratur, subaudiendum est. Regit accusativum personæ, communiter cum præposit. בְּ: impersonaliter vel reciproce usurpatum, construitur cum dativo. Præt. וְאַף יְהוָה חָרָה בָעָם, *ira Domini accensa est in populum*, Num. XI. 33. הַהֵיטֵב חָרָה־לָךְ, *an bene* vel *juste accenditur tibi* sc. אַף, *ira; satisne recte irasceris?* Jon. IV. 9. Futurum per apocopam אַל־נָא יִחַר לַאדֹנָי, *ne quæso accendatur* (ira) *Domino meo*, ne ægre ferat Dominus meus, Gen. XVIII. 30. Niph. præt. נִחֲרוּ־בִי, *accensi sunt ira contra me*, Cantic. I. 6. quod et a חָרַר esse potest. Part. הַנֶּחֱרִים בָּךְ, *qui exardescunt* (ira) *contra te*, Ies. XLI. 11. Hiph. præter. הֶחֱרָה, *exarsit* vel *accendit*, scil. *animum suum*, Neh. III. 20. hic in bonum sumitur, et est studii ardentis, non iræ. Futur. per apocopam וַיִּחַר עָלַי אַפּוֹ, *et accendit contra me iram suam*, Job XIX. 11. Hithp. fut. per apocopam, אַל־תִּתְחַר, *ne ira accendaris*, Prov. XXIV. 19. sic Psal. XXXVII. 1, 8.

חֳרִי, masc. *æstus*: מֶה חֳרִי הָאַף הַגָּדוֹל הַזֶּה, *quid* (sibi vult) *æstus iræ istius maximæ?* Deut. XXIX. 23. בָּחֳרִי־אָף, *in æstu iræ*, Exod. XI. 8.

חָרוֹן, m. *æstus iræ, ardens ira*; constr. חֲרוֹן אַפּוֹ, *æstum iræ suæ*, Psal. LXXVIII. 49. Aff. חֲרֹנְךָ, *ardentem iram tuam*, Exod. XV. 7. at כְּמוֹ חַי כְּמוֹ חָרוֹן, *sicut vivum, sic adustum*, vel *siccum* aut *aridum perdet*, Psalm. LVIII. 10. juxta quosdam.

חרז unde nomen plur. חֲרוּזִים, m. *torques*, Cant. I. 10. Proprie sic hebræis vocantur *margaritæ et similia monilia* filo indita: nam חָרַז, *filo indere* apud Rabbinos, germanice *anreyhen, anfassen*; unde illud Rabbinorum: » אִית דְּיָדַע לְמִחְרוֹז וְלָא יָדַע לְמִקְדַּח, *est qui novit filo indere, et non novit perforare*, scil. *margaritas*: alius novit perforare, et non novit filo indere, etc. » item: vidi quod filius Assai sedebat, וְחוֹרֵז, *et colligebat* (sc. torquem plucre dictorum) ex Lege, Prophetis et Hagiographis, etc. Exstant hæc in præfatione libri עֲקֵדַת יִצְחָק. Et apud Talmudicos priscos: מַחֲרוּזוֹת שֶׁל דָּגִים, *fasciculi piscium*, pisces ordine in vimen collecti, in codice Bava Metzia, cap. 2. in principio cap. et fol. 23. Hinc intelligitur quare apud grammaticos dicatur חָרוּז, *versus rhythmicus*; plur. חֲרוּזִים.

חֶרֶט m. *cælum, sculptorium instrumentum*, Exod. XXXII. 4. *stylus scriptorius*, Ies. VIII. 1. Plural. *loculi*: בִּשְׁנֵי חֲרִטִים, *in duobus loculis*, 2 Reg. V. 23. Item *aciaria*, Ies. III. 22. ornamenta muliebria, quæ *aciculis* affiguntur: aut *loculi*, juxta præcedentem significationem: nam et cum his mulieres superbiunt.

• חַרְטֹם, m. Chald. *magus*, Dan. II. 10. Plur. חַרְטֻמִּין, *magi*, ver. 2. et חַרְטֻמַּיָּא, Dan. IV. 4. Aben Esra, Dan. II. scribit esse חַכְמֵי הַתּוֹלָדוֹת, *genethliacos*. Et sic hebraice חַרְטֻמִּים *magi*, Dan. I. 20. et II. 2. Construct. חַרְטֻמֵּי, Genes. XLI. 8.

חֲרַךְ Chald. *adussit*, *ambussit*, *inussit*, in Targum frequens: Hithp. præt. לָא הִתְחָרַךְ, *non fuit adustus*, Dan. III. 27. Hebraice futurum ex Kal לֹא־יַחֲרֹךְ, *non aduret*, scilicet *assando*, Prov. XII. 27.

חֲרַכִּים, m. pl. *clathri*, *cancelli*, Cant. II. 9. Significatio etiam chaldaica; est nam חֲרַכָּא, *fenestra*, idem quod hebraice חַלּוֹן.

חרל חָרוּל, m. *urtica*, Soph. II. 9. תַּחַת חָרוּל, *sub urticis*, Job XXX. 7. Aben Esra et R. Levi, *sub spinis*. Plural. חֲרֻלִּים, *urticæ*, Prov. XXIV. 31.

חרם Hiph. הֶחֱרִים, *anathematizavit*; *anathemate* vel *anathemati*, *internecioni*, *perditioni devovit*, *disperdidit*: *consecravit*, *devotum effecit*. Præter. הֶחֱרִים אוֹתָם, *internecioni devovit eos*, Jos. XI. 12. וְהַחֲרַמְתִּי לַיהוָה בִּצְעָם, *et anathemate devovebo quæstum eorum Domino*, Mich. IV. 13. fut. כָּל־חֵרֶם אֲשֶׁר יַחֲרִם אִישׁ לַיהוָה, *omne devotum*, *quod devoverit quis Domino*, Levit. XXVII. 28. פֶּן־תַּחֲרִימוּ, *ne anathematizate*, id est, *ne rapite* vel *attingite anathema*, ut Kimchi explicat, Jos. VI. 18. Alii passive, *ne fiatis anathema*, vel *ne efficiatis vos ipsos anathema*. Hoph. futur. יָחֳרָם, *ut anathema perditor*, Exod. XXII. 19.

חֵרֶם, vel חֶרֶם, m. *devotum*, *res devota*, *anathema*: כָּל־חֵרֶם, *omne devotum*, Num. XVIII. 14. וְחֵרֶם לֹא יִהְיֶה עוֹד, *et anathema non erit amplius*, Zach. XIV. 11. Cum quinque punctis est etiam *sagena*, *plagæ*, *rete*: יָצוּדוּ חֵרֶם, *venantur plagis*, Mich. VII. 2. Aff. בְּחֶרְמוֹ, *plagis suis*, Hab. I. 15. עַל־עַם חֶרְמִי, *super populum anathematis mei*, quem scil. *internecioni devovi*, Ies. XXXIV. 5. Plural. מְצוֹדִים וַחֲרָמִים, *retia et plagæ*, Eccl. VII. 27.

חָרוּם, m. *curtus membris*, Levit. XXI. 18. et opponitur ipsi שָׂרוּעַ, *superfluus membris* aut *habens unum altero majus*, ut Aben Esra notat. R. Salomon et alii exponunt, *simum*, qui nasum habet *nimis depressum*; sed generalius est.

* חֶרְמֵשׁ, m. *falx messorum*; מֵהָחֵל חֶרְמֵשׁ בַּקָּמָה, *ex quo cœperit esse falx in segete*, Deut. XVI. 9.

חֶרֶס m. *sol*: sic dictus quod calore suo exsiccet terram, instar חֶרֶשׂ *testæ*, juxta illud, *aruit* כַּחֶרֶשׂ *tamquam testa virtus mea* Psal. XXII. 16. מִלְמַעֲלֵה הֶחָרֶס, *a supra solem*, Jud. VIII. 13. id est, *ante ortum* vel *ascensum* solis. Cum ה paragogico, בְּטֶרֶם יָבוֹא הַחַרְסָה, *antequam occumberet sol*, Jud. XIV. 18. Item *prurigo*: scabiei species, Deuter. XXVIII. 27.

חַרְסִית, f. *solaris*: שַׁעַר הַחַרְסוּת, *porta solaris*, id est, *orientalis*, Jer. XIX. 2. Scribitur cum ו, sed legitur per י.

חָרַף *exprobravit*, *probris affecit*, *probro exposuit*. Semel est *hiemare*, ex significatione nominis derivati. Particip. חֹרְפִי, *probris afficienti me*, vel *exprobranti mihi rem aliquam*, Prov. XXVII. 11. Futur. לֹא יֶחֱרַף, *non probrose habebit*, vel probro exponet me, aut probrose aget, Job XXVII. 6. עָלָיו תֶּחֱרַף, *super eum hiemabit*, Ies. XVIII. 6. Niph. particip. fœm. שִׁפְחָה נֶחֱרֶפֶת לְאִישׁ, *ancilla despecta alicui*, probro cujusque exposita, Lev. XIX. 20. Plerique hebræorum idem volunt

esse quod *desponsata:* inde et Talmudicis חרופה *desponsata.* Aben Esra eam expositionem improbat, ac probat priorem. Pih. præt. חֵרֵף נַפְשׁוֹ לָמוּת, *probrose exponit animam suam ad moriendum*, id est, vitam periculo mortis exponit, eam quasi nihili æstimans, Jud. V. 18. אֲשֶׁר חֵרַפְתָּ, *quem probris affecisti*, 1 Sam. XVII. 45. Infinit. בְּחָרְפָם בַּפְּלִשְׁתִּים, *quum probra conjicerent in Philistæos*, 2 Sam. XXIII. 9. illis scilicet insultando, pugnam offerendo. Vel בְּחָרְפָם, id est, בְּחָרֵף נַפְשָׁם, *quum probrose exponerent vitam suam*, ut in præcedenti loco. Vel, *quum acuerent se in Philistæos*, ex usu verbi chaldaico. Est ex hac conjugatione, quia Kametz sub ח accentu junctum longum est, indicatque compensationem Daghesch. Accentu absente, potest esse ex Kal; et tum Kametz est breve, id est, Kametz chatuph.

חֹרֶף, m. *hiems*, quasi *probrum terræ* dicta; nam dehonestat et *quasi probro afficit* terram, virorem et splendorem omnem ab illa auferendo. Item *juventus*, *adolescentia*, quasi ætas *præcox;* nam חֲרָפַי, *præcocia*, Eccl. XI. 2. in Targum veneto: aut quod multa *probrose committit.* וְקַיִץ וָחֹרֶף, *et æstas et hiems:* Gen. VIII. 22. מֵחֹרֶף, *propter hiemem*, Prov. XX. 4. Aff. juxta aliam significationem בִּימֵי חָרְפִּי, *in diebus pueritiæ* vel *juventutis meæ*, Job XXIX. 4. juxta plerosque hebræos: quidam, *in diebus hibernorum meorum*, dum scil. in hibernis stationibus quiescerem, Deo tamquam duce meo mihi de omnibus necessariis prospiciente.

חֶרְפָּה, f. *probrum*, *opprobrium:* חֶרְפָּה הִוא לָנוּ, *probro hoc nobis est*, Genes. XXXIV. 14. Construct. וְחֶרְפַּת עַמּוֹ, *et probrum populi sui*, Ies. XXV. 8. Affix. אֱסֹף חֶרְפָּתֵנוּ, *aufer probrum nostrum*, Ies. IV. 1. Plural. וַתְּהִי לַחֲרָפוֹת לִי, *et fuit in probra mihi*, Psal. LXIX. 11. id est, *in summum probrum.* Constructum, וְחֶרְפּוֹת חוֹרְפֶיךָ, *et opprobria probris afficientium te*, ver. 10.

חָרַץ *movit*, *motus fuit;* vel *movit se: decidit*, *præcidit*, *concidit*, *exscidit; statuit, decrevit:* præt. לֹא־חָרַץ, *non moverat*, Jos. X. 21. אַתָּה חָרַצְתָּ, *tu decidisti, definivisti*, 1 Reg. XX. 40. Partic. Pahul, כִּלָּיוֹן חָרוּץ, *consummatio præcisa*, *decisa*, Ies. X. 22. Plur. חֲרוּצִים יָמָיו, *præcisi, definiti sunt dies ejus*, Job XIV. 5. Futur. יֶחֱרַץ כֶּלֶב לְשֹׁנוֹ, *movebit canis linguam suam*, Ex. XI. 7. אָז תֶּחֱרָץ, *tunc movebis te*, 2 Sam. V. 24. Niph. part. fœm. וְנֶחֱרָצָה, *et quidem præcisam*, Ies. X. 23. נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת, *decisum* vel *præcisum desolationum erit*, id est, *decisa summa desolatio*, Dan. IX. 26.

חָרוּץ, m. *excisus: sedulus*, *industrius*, *strenuus*, *solicitus: tribula: fossa: aurum:* nunc adjectivum, nunc substantivum est. לְמוֹרַג חָרוּץ חָדָשׁ, *in tribulam excisam recentem*, *habentem multa ora*, id est, multas cæsuras, Ies. XLI. 15. לֹא בֶחָרוּץ יוּדַשׁ, *non tribula trituratur nigella*, Ies. XXVIII. 27. Intelligenda autem tribula antiqua, quæ trabæ quædam species erat, alligatis ipsi bobus, juxta illud: *non obturabis os bovi trituranti*, Deut. XXV. 4. Generale est מוֹרַג, speciale חָרוּץ, a *cæsuris.* Fuit enim tribula, ut scribit R. Salomon Jarchi, Ies. XLI. 15. חֲרִיצִים חֲרִיצִים, id est, *plena cæsuris* sive *incisionibus*, instar instrumenti fabrorum ferrariorum, quod dicitur lima, et trahebatur super trituram, donec abscinde-

rentur spicæ, ac stramen ejus fieret palea. Apud Talmudicos legitur, fuisse instrumentum ligneum ex tigillis factum, plenum clavis sive dentibus inferne obtusis, cui imponebatur massa ferrea gravandi causa: trahebatur a bobus super trituram, atque ita frumentum excutiebatur, stramenque redigebatur in paleam; cod. Menachoth cap. 3. fol. 22. et cod. Sebhachim, cap. 14. fol. 116. בְּעֵמֶק הֶחָרוּץ, *in valle decisa* vel *definita*, Joel IV. 14. nempe ad judicium exercendum, pro populo Dei, et in excidium impiorum; vel *valle tribulæ*, id est in qua triturandi impii; aut, *valle excidii*. רְחוֹב וְחָרוּץ, *platea et fossa*, Dan. IX. 25. sic Rabbinis חֲרִיצָה, *fossa*. מֵחָרוּץ נִבְחָר, *præ auro selecto*, Prov. VIII. 10. ab *effodiendo*, quia e terræ penetralibus exscinditur: vide זָהָב supra. וְהוֹן־אָדָם יָקָר חָרוּץ, *et substantia hominis strenui pretiosa est*, Proverb. XII. 27. per transpositionem verborum. Cohærent enim אָדָם חָרוּץ, ut Kimchi in libro Rad. notat; aut secundum R. Levi, *substantia hominis pretiosi* (non scil. dolosi aut ignavi) *aurum est*, id est, *optima*, *solida* et *durabilis*. יִרְפַּד חָרוּץ עֲלֵי־טִיט, *substernit excisum* vel *exacutum quodque in luto*, Job XLI. 22. nempe in abysso et profundo maris, ubi lutum est: vult dicere, exacutæ petræ sunt balænis ut testa; acuminata sunt ipsis ut obtusa; substernunt ea sibi, et secure illis in profundo maris incumbunt; ut Aben Esra et R. Levi enarrant. Plur. וְיַד חָרוּצִים, *et manus sedulorum ditat*, Proverb. X. 4. et sic XIII. 4. Est formæ daghessatæ תַּנּוּר: ideo retinet Kametz.

חֲרִיצִים, m. pl. *tribulæ: casei*, quasi [illegible] *e lacte* dicas: constr. חֲרִיצֵי הֶחָלָב, *caseos lactis*, 1 Sam. XVII. 18. וּבַחֲרִיצֵי הַבַּרְזֶל, *et tribulis ferreis*, 2 Sam. XII. 31. quæ ad supplicia sontium adhibitæ fuerunt. Et forma fœmin. בַּחֲרֻצוֹת הַבַּרְזֶל, *in tribulis ferreis*, Amos I. 3.

חַרְצִין, Chald. *lumbi*: aff. קִטְרֵי חַרְצֵהּ, *cingula lumborum ejus*, Dan. V. 6. pro חַרְצוֹהִי; sic enim ה aliquando pluralibus additur: vide Grammaticam nostram chaldaicam.

• חַרְצֹב pl. f. חַרְצֻבּוֹת, *nexus*, *vincula*, *colligationes*: חַרְצֻבּוֹת לְמוֹתָם, *vincula ad mortem ipsorum*, Psalm. LXXIII. 4. פַּתֵּחַ חַרְצֻבּוֹת רֶשַׁע, *solvendo nexus improbitatis*, Ies. LVIII. 6.

• חַרְצָן: חַרְצַנִּים, m. pl. *nuclei acinorum*, Num. VI. 4.

חָרַק *frenduit*, *striduit*: præter. חָרַק עָלַי בְּשִׁנָּיו, *frendit contra me dentibus suis*, Job XVI. 9.

חָרַר *exarsit*, *exustus*, *adustus*, *ustulatus fuit*. Præt. חָרָה מִנִּי חֹרֶב, *exarsit præ siccitate*, Job XXX. 30. וְחָרָה נְחֻשְׁתָּהּ, *et exuratur ærugo ejus*, Ezech. XXIV. 11. quæ hinc sunt propter accentum in penultima. עַל כֵּן חָרוּ, *idcirco exardescent*, Ies. XXIV. 6. Niph. præter. נָחַר מַפֻּחַ, *exardescit follis*, Jer. VI. 29. vel, *exsiccatur*, *exarescit*; nam *ardorem* et *æstum* sequitur *siccitas*. Et cum Chirek sub Nun, נִחַר גְּרוֹנִי, *exsiccatur guttur meum*, Psalm. LXIX. 4. Fut. וַיֵּחָר, *et ustulatus est*, Ezech. XV. 5. Pih. ex geminata prima radicali; infinit. לְחַרְחַר, *ad accendendum*, Prov. XXVI. 21.

חַרְחֻר, m. *adustio*, *inflammatio*: *febris ardens*, Deut. XXXVIII. 22.

חֲרֵרִים, m. pl. *siccitates*, *loca sicca*, Jer. XVII. 6.

חֹרִים, חוֹרִים, m. pl. *liberi*, *ingenui*, *nobiles*, *illustres*: בֶּן־חוֹרִים,

filius ingenuorum, Eccles. X. 17. וָאֹמַר אֶל הַחֹרִים, *et dixi ad nobiliores*, Neh. IV. 8. sic V. 7. Constr. חֹרֵי יְהוּדָה, *liberi, clarissimi Jehudæ*, Neh. VI. 17. Aff. חֹרֶיהָ, *liberos, nobilissimos ejus*, Ies. XXXIV. 12. Huc revocamus, quia חָרַר Chaldæis et Syris est, *liberum efficere, libertate donare*: חַרְרָךְ, *liberavit te*, Rom. VIII. 32. נְחַרַרְכוֹן, *in libertatem asseret vos*, Job VIII. 32. אָרֵי לָא אִתְחָרָרָה, *non enim libertate donata est*, Levit. XIX. 20.

חֹר, *foramen, caverna*. Huc pertinet; nam chaldaice dicitur חוֹרָא et חֲרוּרָא; syre חֲרוּרָא, Matth. XIX. 24. Apud Talmudicos, מחט שניטל חרירה, *acus cujus ablatum est foramen*. Vulgo referunt ad חוּר, ex quiescentibus secunda. Hinc ergo וַיִּקֹּב חֹר, *et perforavit foramen*, 2 Reg. XII. 10. עַל חֹר, *super foramen*, Ies. XI. 8. Plur. מִן הַחֹרִים, *ex foraminibus*, 1 Sam. XIV. 11. אֹרְגִים חֹרִי, *texentes foraminosa opera*, id est, *retia sive aulæa reticulata*, Ies. XIX. 9. sic R. Salomon et Chaldæus: Aben Esra, *candidam telam*, et sic est a חָוַר. Est autem חֹרִי pro חֹרִים, cui simile infra in חָשֹׁךְ. Irregulare et illud, סַלֵּי חֹרִי, *canistra foraminum*, Gen. XL. 16. id est *foraminosa*, pro חֹרִים: aut חֹרִי, *foraminosum opus, foraminosus*, ut חָפְשִׁי, *liber*. R. Salomon explicat, *canistra candida*, ex decorticatis virgulis, in quibus placentæ et crustulata lautiora deferri solent. Aben Esra, *canistra candida*, scil. *panis*. Hoc usu esset a חָוַר, ut antecedens. Constr. חֹרֵי עָפָר, *in foraminibus* vel *cavernis terræ*, Job XXX. 6. Aff. חֹרָיו, *foramina sua*, Nah. II. 13. בְּחֹרֵיהֶן, *in foraminibus suis*, Zach. XIV. 12. Et cum Schurek, הָפֵחַ בַּחוּרִים, *illaqueando in foraminibus*, Ies. XLII. 22. Porro חֹר per synecdochen speciei est *podex*, foramen ventris posterioris, unde excrementa exeunt: inde per metonymiam, חֹרִים, *excrementa*, appellatione obscœna. Ubi ergo hoc sensu vocabulum hoc occurrit, ibi scribæ legendum substituerunt aliud vocabulum in auribus honestius, cujus vocales præcedenti voci subjecerunt: ut, לֶאֱכֹל אֶת־חֹרָאֵיהֶם, *ad comedendum excrementa sua*, Ies. XXXVI. 12. quod legendum צוֹאָתָם, *egesta sua*, quæ vox in margine posita est. Juxta consonas autem legendum fuisset חֹרָאֵהֶם vel חֹרֵיהֶם, nam א adventitium. Vide infra in מחר.

מַחֲרוֹת, f. pl. *latrinæ*, loca ubi excrementa deponuntur. Et hæc vox pronunciatu obscœna: unde alienæ vocales ipsi adjectæ, et alia vox, cujus vocales istæ propriæ, pro ea legitur, quæ idcirco ad marginem posita: ut, וַיְשִׂימֻהוּ לְמַחֲרָאוֹת, *et disponebant illud in latrinas*, 2 Reg. X. 27. legendum, לְמוֹצָאוֹת, quæ vox נקיה יותר, *honesta* et *pura* magis, ut hebræi ajunt. Singulare esset מַחוֹר, formæ מָעוֹן.

חֲרְיוֹנִים, m. pl. *excrementa columbarum*, 2 Reg. VI. 25. Vox composita, et similiter obscœna. Juxta consonas essent duæ voces, חֹרֵי יוֹנִים *excrementa columbarum*: at quia et hic חֹרִים obscœnum, ut in antecedentibus, ideo legendum substituerunt in margine דִּבְיוֹנִים, de qua voce vide דָּב. Ita prisci hebræorum, honestati in legendo et pronunciando verbo Dei sancto, consulere voluerunt; ut quæ vocabula in communi et profano usu obscœna, in re sacra

aures cujusquam non offenderent. Hinc traditio, quæ legitur in codice Talmudico Meghilla, cap. 3. in fine. כל המקראות הכתובין בתורה לגנאי קורין אותן לשבח, id est, *omnes voces, quæ scriptæ sunt in lege obscœne, legunt eas honeste.* Vide טחר.

חָרַשׁ *aravit: metaphorice exaravit, expressit, impressit, insculpsit; fabricavit* vel *fabricatus est, machinatus est:* item *surdum agere, obsurdescere, tacere, conticescere, silere,* sed id in futuro tantum, quando in Pathach desinit. Præterit. חָרְשׁוּ חֹרְשִׁים, *araverunt aratores,* Psalm. CXXIX. 3. Partic. חֹרֵשׁ נְחֹשֶׁת, *fabricans æs,* id est, *faber ærarius,* 1 Reg. VII. 14. חֹרֵשׁ רָע, *fabricatur malum,* Proverb. VI. 14. Plur. חֹרְשֵׁי טוֹב, *fabricantibus bonum,* Proverb. XIV. 22. Partic. præterit. חֲרוּשָׁה, *exaratum,* id est, inscriptum, insculptum, Jer. XVII. 1. Fut. אַל־תֶּחֱרַשׁ, *ne surdum agas,* Psalm. XXVIII. 1. Niph. futur. שָׂדֶה תֵחָרֵשׁ, *ut ager arabitur,* Jerem. XXVI. 18. Hiph. præter. כִּי־הֶחֱרִשׁ לָהּ, *cum tacuerit ei,* Num. XXX. 15. Particip. ex prima significatione, מַחֲרִישׁ הָרָעָה, *tacite fabricans malum,* 1 Sam. XXIII. 9. Hithp. futur. וַיִּתְחָרְשׁוּ, *et tacuerunt,* Jud. XVI. 2.

חָרָשׁ, m. *faber, artifex:* מַעֲשֵׂה יְדֵי חָרָשׁ, *opus manuum artificis,* Deut. XXVII. 15. Constr. חָרַשׁ בַּרְזֶל, *faber ferri,* id est, *ferrarius,* Ies. XLIV. 12. חָרַשׁ עֵצִים, *faber lignorum, lignarius,* ver. 13. et Kametz manet, quia est loco ejecti Daghesch, formæ גַּנָּב. Plur. חָרָשִׁים, *artifices.* Constr. וְחָרָשֵׁי עֵץ וְחָרָשֵׁי אֶבֶן, *fabros lignarios et fabros lapidum,* id est, latomos, 2 Sam. V. 11. Cum est ex forma non daghessata, ut דָּבָר, tum primum Kametz mutatur: ut, וַחֲכַם חֲרָשִׁים, *et sapientem artificum,* id est, *peritum artificem,* Ies. III. 3.

חֵרֵשׁ, masc. *surdus:* כְּחֵרֵשׁ לֹא אֶשְׁמָע, *tamquam surdus non audio,* Psal. XXXVIII. 14. Plur. הַחֵרְשִׁים שְׁמָעוּ, *o surdi, audite,* Ies. XLII. 18.

חֶרֶשׁ, m. *silentium;* et adverbialiter, *silenter, clam,* pro בַּחֶרֶשׁ, ut Jos. II. 1.

חָרִישׁ, m. *aratio,* Genes. XLV. 6. Aff. לַחֲרֹשׁ חֲרִישׁוֹ, *ad arandum arationem suam,* 1 Sam. VIII. 12.

חֹרֶשׁ, m. *sylva, saltus, virgultum,* densum et implexum faciendæ umbræ commodum, ut Kimchi scribit in Com. Ezech. XXXI. 3. הַחֹרֶשׁ וְהָאָמִיר, *virgulti et rami summi,* Ies. XVII. 9. quod per Tzere scribitur. Cum ה locali, חֹרְשָׁה, *in sylvam,* 1 Sam. XXIII. 16. Plural. וּבֶחֳרָשִׁים, *et in saltibus,* 2 Par. XXVII. 4.

חֲרִישִׁית, f. *silens:* רוּחַ קָדִים חֲרִישִׁית, *ventum orientalem silentem,* Jon. IV. 8. sic chaldaice שְׁתִיקָא, *silentem,* id est, subtilissimum et tenuissimum, qui æstum solis subtilitate sua magis augebat, quam ut perspirando corrigeret.

חֲרֹשֶׁת, f. *artificium, fabrefactura,* Exod. XXXI. 5. Est et proprium nomen loci, Jud. IV. 13.

מַחֲרֵשָׁה, f. *rutrum* vel *sarculum:* Aff. וְאֶת מַחֲרַשְׁתּוֹ, *et rutrum suum,* 1 Sam. XIII. 20. Plur. לַמַּחֲרֵשׁוֹת, *pro rutris,* ver. 21.

מַחֲרֶשֶׁת, fœm. *vomer:* Aff. אֶת־מַחֲרַשְׁתּוֹ, *vomerem suum,* 1 Sam. XIII. 20.

חֶרֶשׂ m. *testa:* וּכְלִי חֶרֶשׂ, *et vas testæ,* id est, *testaceum,* Lev. VI.

28. Plur. constr. אֶת־חַרְשֵׂי, *cum testis*, Ies. XLV. 9. Aff. וְאֶת־חַרְשֶׂיהָ, *et testas ejus*, Ezech. XXIII. 34.

חָרַת *exaravit*, *exsculpsit*. Part. Pahul, חָרוּת עַל־הַלֻּחֹת, *insculpta tabulis*, Exod. XXXII. 16.

חָשַׁב *cogitavit*, *excogitavit*, *existimavit*, *putavit*, *imputavit*, *reputavit*, *æstimavit*. Construitur sæpe cum præp. אֶל, עַל, et לְ. Præter. וְחָשַׁב עֲלֵיהֶם מַחֲשָׁבָה, *cogitat contra vos cogitationem*, Jerem. XLIX. 30. ubi scribitur עֲלֵיהֶם, *contra vos*, sed legendum juxta Masorethas, עֲלֵיכֶם. *contra vos*: חָשַׁב אֶל־יוֹשְׁבֵי תֵימָן, *cogitavit contra habitatores Theman*, ver. 20. Chald. part. Pehil חֲשִׁיבִין, *reputantur*, Dan. IV. 32. Futurum, אַל־יַחֲשָׁב־לִי אֲדֹנִי עָוֹן, *ne imputet mihi dominus meus iniquitatem*, 2 Sam. XIX. 20. וַיַּחְשְׁבֶהָ לְשִׁכֹּרָה, *et reputabat eam pro ebria*, id est, *esse ebriam*, 1 Sam. I. 13. Similem locutionem vide Genes. XXXVIII. 15. Niph. נֶחְשַׁב, *imputari*, *reputari*, *æstimari*, *annumerari*. Præter. וְנֶחְשַׁב לָכֶם, *et imputabitur vobis*, Numer. XVIII. 27. Futur. וַתֵּחָשֶׁב לוֹ, *et reputatum est ei ad justitiam*, Psalm. CVI. 31. Pih. חִשֵּׁב, *cogitare*, *excogitare*: *reputare*, *supputare*, *numerare*: præter. וְחִשַּׁב עִם קֹנֵהוּ, *et supputabit cum emptore suo*, Levit. XXV. 50. Futur. יְחַשְּׁבוּ רָע, *cogitant malum*, Hos. VII. 15. Hithp. futur. יִתְחַשָּׁב, *annumerabitur*, *annumerabit seipsum*, Num. XXIII. 9.

חֹשֵׁב, m. *cogitans*, *artifex*, quasi *cogitabundus*: *artificium*. מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב, *opere artificis* vel *artificii*, id est, *artificiosissimo*, Exod. XXVI. 1, 31. Apud priscos legitur: « רוֹקֵם, est *opus acus*, hoc est, *acupictoris*, ideoque habet tantum faciem unam: מַעֲשֵׂה חוֹשֵׁב, est *textoris* sive *textile*, ideoque habet duas facies, utrinque scilicet eamdem faciem referens » codice Talmudico Ioma, cap. 7. fol. 72. Hinc R. Salomonis et Aben Esræ glossæ habent *textæ sunt*.

חֵשֶׁב, m. *cingulum*, quo ephod induebatur et applicabatur sacerdoti, et ornabat ipsum, scribit R. Salomon, Exod. XXVIII. 8. a singulari *artificio* nomen habens.

חֶשְׁבּוֹן, m. *cogitatio*, *supputatio*, *ratio*, *ratiocinium*: Eccles. VII. 27. חִשְּׁבֹנוֹת, pl. in forma fœm. חִשְּׁבֹנוֹת רַבִּים, *ratiocinia plurima*, Eccles. VIII. 1. חִשְּׁבֹנוֹת מַחֲשֶׁבֶת חוֹשֵׁב, *excogitata cogitatione artificis*, 2 Par. XXVI. 15. Est formæ קִלְּשׁוֹן.

מַחֲשָׁבָה vel מַחֲשֶׁבֶת, f. *cogitatio*, *excogitatio*, Exod. XXXV. 33. Affix. מַחֲשַׁבְתּוֹ, *cogitatio ejus*, Esth. IX. 25. Plur. חָשְׁבוּ מַחֲשָׁבוֹת, *excogitaverunt cogitationes*, Jerem. XI. 19. Constr. מַחְשְׁבוֹת רָע, *cogitationes mali*, Proverb. XV. 26. Affix. עָמְקוּ מַחְשְׁבוֹתֶיךָ, *profundæ sunt cogitationes tuæ*, Psalm. XCII. 6.

חָשָׁה *siluit*, *tacuit*, *mutus fuit*. Infin. עֵת לַחֲשׁוֹת, *tempus silendi*, Eccles. III. 7. Hiph. הֶחֱשֵׁיתִי, *silui*, Psalm. XXXIX. 3. Et active, part. plur. מַחְשִׁים לְכָל־הָעָם, *silentium indixerunt omni populo*, *silere jusserunt*, *represserunt universum populum*, Neh. VIII. 11.

חֲשַׁח Chald. *opus*, *necesse habuit*: part. plur. לָא חַשְׁחִין אֲנַחְנָא, *non est necesse nobis*, id est, לֹא צְרִיכִין, ut hebræi exponunt; vel

לא חַשְׁחִין, *non sumus soliciti*, Dan. III. 16. Plur. fœm. וּמָה חַשְׁחָן, *et quæ opus sunt*, Esr. VI. 9.

חַשְׁחוּת, f. Chald. *necessarium*, Esr. VII. 20.

חָשַׁךְ *obscurus*, *obscuratus fuit*, *tenebrosus*, *obtenebratus fuit*: præter. חָשַׁךְ הַשֶּׁמֶשׁ, *tenebrosus erit sol*, Ies. XIII. 10. Hiph. הֶחְשִׁיךְ, *obtenebravit*, *tenebras attulit*, *tenebras effecit* vel *induxit*: præt. וְהַחֲשַׁכְתִּי לָאָרֶץ, *tenebras obducam terræ*, *obtenebrabo terram*, Amos VIII. 9. Partic. מַחְשִׁיךְ עֵצָה, *obtenebrans consilium*, Iob XXXVIII. 2. Futur. בְּטֶרֶם יַחְשִׁךְ, *antequam tenebras efficiat*, Jer. XIII. 16. cum defectu Jod.

חֹשֶׁךְ, m. *tenebræ*, Gen. I. 2. Affix. יַגִּיהַּ חָשְׁכִּי, *illustrat tenebras meas*, 2 Sam. XXII. 29. Chald. יָדַע מָה בַחֲשׁוֹכָא, *novit quæ in tenebris sunt*, Dan. II. 22.

חֲשֻׁכִּים, m. pl. *obscuri*, *ignobiles homines*, *quos fama obscura recondit*, ut Virgilius loquitur; Prov. XXII. 29.

חֲשֵׁכָה, fœm. *tenebræ*, *obtenebratio*, חֲשֵׁכָה גְדוֹלָה, *tenebræ magnæ*, Gen. XV. 12. Constr. חֶשְׁכַת־מַיִם, *tenebras aquarum*, Psalm. XVIII. 12. id est, *atras nubes* quæ obscuritatem efficiunt. Plur. masc. הָלַךְ חֲשֵׁכִים, *ambulat in tenebris*, Ies. L. 10.

מַחְשָׁךְ, m. *tenebræ*, *tenebrosus* vel *tenebricosus locus*: מְיֻדָּעַי מַחְשָׁךְ, *noti* vel *familiares mei sunt mihi tenebræ*, Psalm. LXXXVIII. 19. R. Salomon, *obscuratus sum et desertus a familiaribus meis*: plur. בְּמַחֲשַׁכִּים *in tenebrosissimis locis*, ver. 7. Construct. מַחֲשַׁכֵּי אֶרֶץ, *obscura loca terræ*, Psal. LXXIV. 20.

חָשַׂךְ *cohibuit*, *subtraxit*: וְלֹא־חָשַׂךְ מִמֶּנִּי, *et non subtraxit a me quidquam*, Genes. XXXIX. 9. Niph. futur. יֵחָשֶׂךְ רָע, *subtrahitur malus*, Job XXI. 30.

חֲשַׁל Chald. *debilitavit*: part. מְהַדֵּק וְחָשֵׁל, *comminuens et debilitans*, Dan. II. 40. Niph. hebr. part. הַנֶּחֱשָׁלִים, *qui debiles* vel *debilitate affecti erant*, Deut. XXV. 18.

חַשְׁמַל m. *pruna* summe ignita, adeoque ardentissima, quasi חָשׁ מַל, *festinanter excidens et consumens*. כְּעֵין חַשְׁמַל, *velut color prunæ ignitissimæ*, Ezech. I. 4, 27. Cum ה paragogico הַחַשְׁמַלָה, Ezech. VIII. 2.

חַשְׁמַן masc. *magnas*, *primas*: חַשְׁמַנִּים, *magnates*, *optimates*, Psal. LXVIII. 32. Notat Elias in suo Thischbi, *Cardinales* in Italia a judæis vocari *Chaschmannim*.

חֹשֶׁן masc. *pectorale*, ornamentum sacrum summi sacerdotis, e regione cordis adhibitum, Exod. XXVIII. 4. חֹשֶׁן מִשְׁפָּט, *pectorale judicii*, ver. 15. quia de jure responsurus, eo induebatur, et per *Urim* et *Tummim*, quæ ei inclusa fuerunt, responsa cognovit, Num. XXVII. 21. Græcis λόγιον vel λογεῖον, *rationale*.

חָשַׂף *nudavit*, *denudavit*: metaphorice *hausit*, *exhausit*, *deprompsit*: præt. חָשַׂף יְהוָה אֶת־זְרוֹעַ קָדְשׁוֹ, *nudat Dominus brachium sanctitatis suæ*, Ies. LII. 10. Partic. anomalum, חֲשׂוּפַי שֵׁת, *denudatos natibus*, Ies. XX. 4. pro חֲשׂוּפִים, et est loco constructi. Vide simile in יד. Infinitivus, וְלַחְשׂף מַיִם, *et ad hauriendum aquam*, Ies. XXX. 14.

חֲשִׂיפִים, m. pl. *greges*: construct.

חֲשִׂפֵי עִזִּים, *parvi greges caprarum*, 1 Reg. XX. 27. id est, *rari;* quasi *nudi* dicti, quod præ paucitate et raritate ipsorum, terra *quasi nuda* appareret; cum hostis sua multitudine terram oppleret.

מַחְשֹׂף, m. *denudatio*, Gen. XXX. 37.

חָשַׁק *amavit, amore propendit* vel *propensus fuit*, *desideravit*. Construitur cum accus. et præpositione בְּ. Præter. בַּאֲבֹתֶיךָ חָשַׁק, *in majores tuos propensus fuit*, Deuter. X. 15. חָשַׁק לִבְנוֹת, *desideravit ædificare*, 1 Reg. IX. 19. חָשְׁקָה נַפְשׁוֹ בְּבִתְּכֶם, *amore propendet animus ejus erga filiam vestram*, Genes. XXXIV. 8. Pih. חִשֵּׁק, *cingere:* præter. וְחִשַּׁק אֹתָם, *et cinxit* vel *fasciis redimivit eas*, Exod. XXXVIII. 28. Pyh. particip. מְחֻשָּׁקִים כֶּסֶף, *cinctæ erant argento*, id est, *fasciis argenteis*, Ex. XXVII. 17.

חֵשֶׁק, m. *desiderium*, 1 Reg. IX. 19. Aff. אֵת־נֶשֶׁף חִשְׁקִי, *crepusculum desiderii mei*, Ies. XXI. 4. id est, *desideratissimum*, *suavissimum*.

חֲשׁוּקִים, m. pl. *fasciæ*, *cincturæ*, *orbes:* aff. וַחֲשֻׁקֵיהֶם, *et fascias illarum*, Exod. XXVII. 10.

חִשֻּׁקִים, m. pl. *canthi*, exterior rotæ cinctura. Affix. וְחִשֻּׁקֵיהֶם, *et canthi earum*, 1 Reg. VII. 33.

חשר חִשֻּׁרִים, m. pl. *radii rotarum*. Aff. וְחִשֻּׁרֵיהֶם, *et radii ipsarum*, 1 Reg. VII. 33. Kimchi in libro Rad. putat convenire cum קָשַׁר, *ligare*, et radii dicuntur quasi *ligamenta* rotarum.

חַשְׁרָה, fœm. *colligatio*. Constr. חַשְׁרַת־מַיִם, *colligationem aquarum*, 2 Sam. XXII. 12. id est, *nubium densarum*, quæ aquas effundunt, ut Kimchi explicat in commentario. Pro eo legitur, Ps. XVIII. 12. חֶשְׁכַת־מַיִם, *obscuritatem aquarum*, id est, atras nubes aquis plenas.

חָשַׁשׁ masc. *quisquiliæ*, *gramen torridum*, *gluma*, cremium ignem facile concipiens, Ies. V. 24. et XXXIII. 11.

חָתָה *cepit*, *accepit:* particip. גֶּחָלִים אַתָּה חֹתֶה, *prunas tu capis*, Prov. XXV. 22. Infinit. לַחְתּוֹת אֵשׁ, *ad capiendum ignem*, Ies. XXX. 14. Fut. הֲיַחְתֶּה אִישׁ, *an accipiet quisquam?* Prov. VI. 27. יַחְתְּךָ, *accipiet te*, Ps. LII. 7. id est *abripiet celeriter*, ut pruna removeri solet.

מַחְתָּה, fœm. *thuribulum*, *acerra*, quasi *receptaculum ignis et carbonum* ad faciendum suffitum: item *forceps: trulla*. מְלֹא הַמַּחְתָּה, *plenum thuribulum*, Levit. XVI. 12. Aff. מַחְתָּתוֹ, *thuribulum suum*, Lev. X. 1. Plural. וְאֶת־הַמַּחְתֹּת, *et forcipes*, juxta R. Salomonem, Num. IV. 14. Aff וּמַחְתֹּתֶיהָ, *et forcipes ejus*, ver. 9. וּמַחְתֹּתָיו, *et trullas ejus*, Ex. XXV. 38. R. Salomon scribit esse instrumentum instar parvi cochlearis, quo capiebant cinerem et sordes ellychnii tota nocte in lucernis collectas, quum mane rursus incenderent eas.

חָתַךְ *concidere*, *incidere;* apud Rabbinos frequens. Niph. נֶחְתַּךְ, *decisum est*, Dan. IX. 24. impersonaliter, pro *decisæ sunt*.

חָתַל *fasciis involvit*, ut infantes involvi solent. Pyh. præt. et infinit. ex Hophal, הָחְתֵּל לֹא חֻתָּלְתְּ, *fasciando non fuisti fasciata*, Ezech. XVI. 4. id est, *fasciis involuta*.

חִתּוּל, m. *fascia*, Ezech. XXX. 21.

חֲתֻלָּה, f. idem: aff. חֲתֻלָּתוֹ, *fasciam ejus*, Job XXXVIII. 9.

חתם חָתַם *signavit, consignavit, obsignavit.* Particip. præsens, חֹתֵם תָּכְנִית, *obsignans summam*, Ezech. XXVIII. 12. Particip. Pahul, חָתוּם בְּאוֹצְרֹתָי, *obsignatum in thesauris meis*, Deut. XXXII. 34. Infin. וְלַחְתֹּם, *et ad obsignandum*, Dan. IX. 24. et וּלְחָתֵם ibidem, vide in radice תָּמַם. Chald. præt. וְחַתְמַהּ, *et obsignavit eam*, Dan. VI. 18. Niph. præter. וְנַחְתּוֹם, *et obsignata fuerat*, Esth. 8. VIII. et est in Cholem, cui simile vide in עָתַר. Part. נֶחְתָּם, *obsignata*, Esth. III. 12. Pih. præter. חִתְּמוּ לָמוֹ, *designarunt sibi*, Job XXIV. 16. Hiph. præter. הֶחְתִּים בְּשָׂרוֹ, *obstruxerit carnem ejus*, Levit. XV. 3. scil. *semen sua crassitie*, ut R. Salomon explicat.

חוֹתָם, m. *sigillum*, Ex. XXVIII. 11. סָגוּר חוֹתָם צָר, *clausa sigillo arctissimo*, Job XLI. 7. Affix. וַתַּחְתֹּם בְּחֹתָמוֹ, *et obsignavit anulo ejus*, 1 Reg. XXI. 8.

חוֹתֶמֶת, f. idem, Gen. XXXVIII. 25.

חתן Hithp. הִתְחַתֵּן, *affinitatem iniit, contraxit* vel *junxit; affinitate se junxit* vel *conjunxit; affinitate junctus fuit*: construitur sæpius cum præpos. בְּ, quandoque cum אֶת et dativo. Præter. וְהִתְחַתַּנְתֶּם בָּהֶם, *et affinitatem contraxeritis cum eis*, Jos. XXIII. 12. Imper. וְהִתְחַתְּנוּ אֹתָנוּ, *et affinitatem inite nobiscum*, Genes. XXXIV. 9. Futur. וַיִּתְחַתֵּן לְאַחְאָב, *et affinitatem junxit se Achabo*, 2 Par. XVIII. 1.

חֹתֵן, m. *socer*, respectu generi, Exod. XVIII. 1. nurus enim suum *socerum* appellat חָם, ut Kimchi vult, etsi apud Rabbinos confundatur. Aff. לְחֹתְנוֹ, *ad socerum suum*, Exod. XVIII. 15. Fœm. חֹתֶנֶת, *socrus, uxoris mater*. Affix. עִם־חֹתַנְתּוֹ, *cum socru sua*; Deut. XXVII. 23.

חָתָן, m. *gener*, ratione soceri et socrus, 1 Sam. XVIII. 18. *sponsus*, ratione sponsæ: וּמְשׂוֹשׂ חָתָן עַל־כַּלָּה, *et (juxta) gaudium sponsi de sponsa*, Ies. LXII. 5. Constr. וַחֲתַן הַמֶּלֶךְ, *sponsus regis*, 1 Sam. XXII. 14. Aff. אֶל־חֲתָנוֹ, *ad generum suum*, Jud. XIX. 5. Plurale cum aff. אֶל־חֲתָנָיו, *ad generos suos*, Gen. XIX. 14.

חֲתֻנָּה, f. *desponsatio, sponsalia*: aff. בְּיוֹם חֲתֻנָּתוֹ, *in die sponsaliorum ejus*, Cant. III. 11.

חתף חָתַף *rapuit*, et convenit cum חָטַף. Fut. הֵן יַחְתֹּף, *si rapuerit*, Job IX. 12.

חֶתֶף, m. *rapina, præda*: כְּחֶתֶף תֶּאֱרֹב, *tamquam prædæ insidiatur*, Prov. XXIII. 28. id est, כְּאִישׁ חֶתֶף, *sicut vir prædæ*, hoc est, *prædator*, ut R. Levi explicat.

חתר חָתַר *fodit, effodit, perfodit, foramen fecit*: metaphorice, *sulcavit, remigavit*: præter. חָתַר בַּחֹשֶׁךְ, *perfodit in tenebris*, Job XXIV. 16. Imp. חֲתָר־לְךָ, *perfode tibi*, Ezech. XII. 5. Futur. וַיַּחְתְּרוּ, *et foderunt sc. remis*, id est, *sulcarunt, remigarunt*, Jon. I. 13.

מַחְתֶּרֶת, f. *effossio*, Exod. XXII. 1.

חתת חָתַת *fractus, attritus, contritus, territus, consternatus fuit*: præt. חַת מְרֹדָךְ, *conteretur Merodach*, Jer. L. 2. חַתּוּ, *territi sunt*, 2 Reg. XIX. 26. Partic. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים, *arcus fortium fracti sunt*, 1 Sam. II. 4.

id est, *potentes fracti sunt et arcus ipsorum*, ut Kimchi explicat in Com. Verbum respondet propiori, non cum קֶשֶׁת; nam tunc dicendum fuisset חַתָּה. Similem locutionem vide Job XXIX. 10. Niph. נִחַת הוּא, *contritus fuit*, Mal. II. 5. Fœm. וְנִחֲתָה, *et frangitur*, Psal. XVIII. 35. absque Daghesch in Thau: similem formam vide in סָבַב in Niphal. Fut. יֵחַתּוּ הֵמָּה, *terreantur ipsi*, וְאַל־אֵחַתָּה אָנִי, *et non terrear ego*, Jerem. XVII. 18. Pih. præter. וְחִתְּתַנִי, *et consternas me*, Job VII. 14. חִתְּתָה קַשְּׁתוֹתָם, *contrivit* (scil. *Babel*) *arcus ipsorum*, Jer. LI. 56. juxta Kimchium in Com. at in libro Rad. dicit Chirek esse pro Kibbutz, ut sit ex Pyhal pro חֻתְּתָה, *contritus est quisque arcuum ejus*: simile vide in פִּתַּח in Pihel. Hiph. *contrivit*, *consternatum reddidit*, *exterruit*, *terrefecit*: præter. הַחִתֹּתָ, *contrivisti*, Ies. IX. 3. et ex forma analoga וְהַחְתַּתִּי, *et consternatum reddam*, Ies. XLIX. 37. ubi Scheva sub Cheth est loco Chateph pathach. Fut. יְחִיתַן, *terrefaciet eas*, Hab. II. 17. cum vocali longa loco Daghesch, pro יְחִתַּן.

חַת. m. *terror*: לִבְלִי־חָת, *absque terrore*, Job XLI. 24. id est, *intrepide*: aff. וְחִתְּכֶם, *et terror vester*, Gen. IX. 2.

חִתָּה, f. idem: construct. חִתַּת אֱלֹהִים, *terror Dei*, Gen. XXXV. 5.

חֲתַת, m. *consternatio*, Job VI. 21.

חִתִּית, m. idem, Ezech. XXXII. 27. Aff. חִתִּיתִי, *terrorem meum*, ver. 32. Scribitur cum ו, sed legitur per י.

מְחִתָּה, f. *terror*, *consternatio*, *contritio*: constr. מְחִתַּת דַּלִּים, *terror tenuium*, Prov. X. 15.

חַתְחַתִּים, masc. plur *contritiones*, Eccles. XII. 5.

ט

מְאַב, vide infra in טוֹב.

טאט. unde geminata media radicali in Pihel, טֵאטֵא, *everrit*: præt. וְטֵאטֵאתִיהָ, *et everram eam*, Ies. XIV. 23.

מַטְאֲטֵא, m. *everriculum*, *scopæ*, ibidem. Apud Rabbinos טֵיאוּם, *everritio*, *expurgatio*, quod legitur apud R. Salomonem, Ies. XXVIII. 17. Apud Talmudicos: » nesciebant quid esset וְטֵאטֵאתִיהָ, donec audirent famulam quamdam arabicam dicentem sociæ suæ, שְׁקָלִי טָאטִיתָא וְטָאטֵי בֵּיתָא, *accipe scopas et scopato domum*. » Meghilla fol. 18.

טבח *mactavit*: præterit. אֲשֶׁר טָבַחְתִּי, *quam mactavi*, 1 Sam. XXV. 11. Partic. שׁוֹרְךָ טָבוּחַ, *ubi bos tuus mactatus fuerit*, Deut. XXVIII. 31. Aben Esra, Prov. IX. 2. scribit, טבח pro diversa punctatione, in lingua arabica esse *mactare*, vel *coquere*. Hinc, quæ sequitur, nominis significatio.

טַבָּח, m. *coquus*, 1 Sam. IX. 23, 24. Plur. טַבָּחִים, *satellites*, quasi *mactatores hominum* dicti, quod in son-

tes animadvertere solerent. שַׂר הַטַּבָּחִים, *principi* vel *præfecto satellitum*, Gen. XXXVII. 36. et XL. 3. רַב טַבָּחִים, *præfectus satellitum*, Jer. XXXIX. 9. Chald. רַב טַבָּחַיָּא, *præfectum satellitum*, Dan. II. 14. Fœm. hebr. טַבָּחוֹת, *coquæ*, 1 Sam. VIII. 13.

טֶבַח, m. *mactatio, animal mactandum*, ut Gen. XLIII. 16. וְטֶבַח גָּדוֹל, *et mactatio magna*, Ies. XXXIV. 6. Aff. טִבְחָהּ, *mactationem suam*, Prov. IX. 2. id est, *animalia sua*.

טִבְחָה, f. *mactatio*, Jerem. XII. 3. Affix. טִבְחָתִי, *mactationem meam*, id est, *animalia mactata*, 1 Sam. XXV. 11.

מַטְבֵּחַ, m. idem, Ies. XIV. 21.

טָבַל *tinxit, intinxit, demersit, immersit:* præt. וְטָבַל אֶצְבָּעוֹ, *et intinget digitum suum*, Lev. IV. 6, 17. Partic. Pahul טְבוּלִים, *intincta, infecta*, Ezech. XXIII. 15. Niph. præter. נִטְבְּלוּ, *intincti sunt*, Jos. III. 15.

טָבַע *immersus, demersus, submersus, fixus, infixus fuit:* præterit. טָבַעְתִּי, *demersus sum*, Psal. LXIX. 3. Futur. וְאַל־אֶטְבָּעָה, *et ne immergar*, ver. 15. Pyh. טֻבְּעוּ בְיַם, *submersi sunt in mari*, Exod. XV. 4. Hoph. præt. בְּטֶרֶם הָרִים הָטְבָּעוּ, *antequam montes figerentur*, Proverb. VIII. 25.

טַבַּעַת, fœmin. *anulus*, sic dictus, quod digitus vel aliud *ei infigatur*. הַטַּבַּעַת הָאֶחָת, *anulum unum*, Exod. XXVI. 24. בְּטַבַּעַת הַמֶּלֶךְ, *anulo regis*, Esth. III. 12. Affix. וַיָּסַר אֶת־טַבַּעְתּוֹ, *et amovit* vel *detraxit anulum suum*, Gen. XLI. 42. Plur. וּשְׁתֵּי טַבָּעוֹת, *et duos anulos*, Exod. XXV. 12. Constr. טַבְּעוֹת זָהָב, *anulos auri*, id est, *aureos*, ibidem. Aff. וְאֶת־טַבְּעֹתָם, *et anulos earum*, Exod. XXXVI. 34.

טבר טַבּוּר, m. *umbilicus*, apud Rabbinos frequens: metaphorice *editus locus:* מֵעִם טַבּוּר הָאָרֶץ, *ex edito* vel *editiore loco terræ*, Jud. IX. 37. id præcedente versu dixit, מֵרָאשֵׁי הֶהָרִים, *e verticibus montium:* vide et Ezech. XXXVIII. 12.

טֵבֵת m. *Tebheth*, nomen mensis decimi, qui lunationi *decembris* nostri respondet, Esth. II. 16.

טָהֵר *mundus, purus fuit:* præt. וְטָהֵר בָּעָרֶב, *et mundus erit vespere*, Num. XIX. 19. טָהַרְתִּי מֵחַטָּאתִי, *mundus sum a peccato meo*, Prov. XX. 9. Pihel, טִהַר, *mundavit, purgavit, purificavit:* præt. וְטִהַר אֹתוֹ, *et mundabit eum*, Levit. XIII. 34. id est, *mundum pronunciabit:* part. מְטַהֵר כֶּסֶף, *purgans argentum*, Mal. III. 3. Hithp. præterit. הִטַּהֲרוּ הַכֹּהֲנִים, *mundaverant se sacerdotes*, Esr. VI. 20. pro הִתְטַהֲרוּ, et sic per totam conjugationem.

טָהוֹר, m. *mundus, purus:* constructum per Kametz chatuph in fine propter ablatum accentum, וּטְהָר־יָדַיִם, *et mundus manibus*, Job XVII. 9. ubi perperam quædam exemplaria habent וְטָהֹר. Plurale, מַיִם טְהוֹרִים, *aquas mundas*, Ezech. XXXVI. 25. Fœm. וּטְהֹרָה הִוא, *et munda est*, Numer. V. 28. Plurale, אֲמָרוֹת טְהֹרוֹת, *eloquia munda*, Psalm. XII. 7.

טֹהַר, m. *mundicies, nitor, purgatio:* כְּעֶצֶם הַשָּׁמַיִם לָטֹהַר, *sicut*

corpus ipsum cæli nitore, Exod. XXIV. 10. Aff. יְמֵי טָהֳרָה, *dies purgationis ejus*, Levit. XII. 6

טָהֳרָה, fœm. idem, estque formæ חָכְמָה. Constr. טָהֳרַת לְכָל־קֹדֶשׁ, *purgationi cujusque rei sanctæ*, 1 Par. XXIII. 28. Affix. בְּיוֹם טָהֳרָתוֹ, *die purgationis suæ*, Levit. XIV. 2.

מְטֹהָר, fœm. idem. Affix. הִשְׁבַּתָּ מִטְּהָרוֹ, *fecisti cessare nitorem ejus*, Psalm. LXXXIX. 45. pro מִטְהָרוֹ, formæ מִשְׁפָּט: Daghesch euphonicum, ut et in מִקְּדָשׁ, Exod. XV. 17. Biblia regia habent מְטֻּהָרוֹ.

טוֹב *bonum esse*: præteritum מַה־טֹּבוּ, *quam bona sunt*, Numer. XXIV. 5. מַה־טֹּבוּ דֹדַיִךְ מִיַּיִן, *quam boni sunt amores tui præ vino*, Cant. IV. 10. Inf. כְּטוֹב לֵב־הַמֶּלֶךְ בַּיָּיִן, *cum bonum esset cor regis vino*, Esth. I. 10. id est, *hilare*. Chaldaice טְאֵב, mutato ו in א, quod sæpius in his verbis accidit, ut et בּוֹשׁ et בְּאֵשׁ. *malum esse*. Præt. שַׂגִּיא טְאֵב עֲלוֹהִי, *valde bonus fuit super eo*, Dan. VI. 24. id est, *lætus*. Hiph. הֵטִיב, *benefecit*: præt. הֱטִיבוֹתָ, *benefecisti*, 1 Reg. VIII. 18. וְהֵטִבֹתִי, *et benefaciam*, Ezech. XXXVI. 11. quod hinc et a יָטַב formam compositam habet.

טוֹב, m. *bonus, elegans, præstans*: טוֹב מִמֶּנּוּ, *elegantior illo*, 1 Sam. IX. 2. כִּי טוֹב הוּא, *quod elegans esset*, Exod. II. 2. *bonus sc. aspectu et forma*, ut Aben Esra explicat. Usurpatur et substantivè, *bonum*: לְטוֹב לָנוּ, *in bonum nobis*, Deut. VI. 24. id est, *ut bene sit nobis*: מִטּוֹב עַד־רָע, *a bono ad malum*, Genes. XXXI. 24. id est, *sive bonum sive malum*: aff. טוֹבָם, *optimus eorum sive inter ipsos*, Mich. VII. 4. Chald. דִּי דְהַב טָב, *auri optimi*, Dan. II. 32. Plur. וּבָתִּים טוֹבִים, *et domos bonas*, Deuter. VIII. 12. Construct. שְׂמֵחִים וְטוֹבֵי לֵב, *læti et boni animo*, 1 Reg. VIII. 66. id est, *gaudentes animisque læti*: וְטוֹבֵי מַרְאֶה, *et elegantes aspectu*, Dan. I. 4. Fœmin. טוֹבָה, *bona*, et substantive *bonum*, *bonitas*: אֶל־אֶרֶץ טוֹבָה, *in terram bonam*, Exod. III. 8. חֲשָׁבָהּ לְטֹבָה, *cogitavit illud in bonum*, Gen. L. 20. Constr. טוֹבַת מַרְאֶה, *pulcra aspectu*, 2 Sam. XI. 2. Aff. שְׁנַת טוֹבָתֶךָ, *annum bonitatis tuæ*, Psal. LXV. 12. Plur. טוֹבוֹת מַרְאֶה, *pulcræ vel elegantes aspectu*, Esth. II. 2. Affix. גַּם טוֹבֹתָיו, *etiam bona ejus*, id est, *benefacta ejus prædicabant coram me*, Neh. VI. 19.

טוּב, masc. *bonitas*, *bonum*: טוּב הָאָרֶץ, *bonum terræ*, Ies. I. 19. בְּשִׂמְחָה וּבְטוּב לֵבָב, *in lætitia et in bonitate cordis*, Deut. XXVIII. 47. id est, *læto et hilari animo*. Affix. מַה־טּוּבוֹ וּמַה־יָּפְיוֹ, *quanta bonitas ejus, et quanta pulcritudo ejus*, Zach. IX. 17.

טָוָה *nevit*: præter. טָווּ אֶת־הָעִזִּים, *neverunt capras*, id est, *lanam caprinam*, Exod. XXXV. 26.

מַטְוֶה, m. *netum*, Exod. XXXV. 25. טָוֶת vide infra suo loco.

טוּחַ *levit, oblevit, induxit, obduxit*: cæmentariorum verbum. Præt. כִּי טַח, *quia obduxit oculos eorum, ne videant*, Ies. XLIV. 18. in Pathach, cui simile in בּוּז; vide illic. וְטָח אֶת־הַבַּיִת, *et obducet domum istam*, Lev. XIV. 42. Infin. לָטוּחַ קִירוֹת, *ad obducendum parietes*, 2 Par. XXIX. 4.

Niph. infin. אַחֲרֵי הִטּוֹחַ אֶת־הַבָּיִת, *posteaquam inducta fuerit domus ista*, Lev. XIV. 48.

טִיחַ, masc. *tectorium:* הַטִּיחַ אֲשֶׁר טַחְתֶּם, *tectorium illud quod obduxistis*, Ezech. XIII. 12.

טֻחוֹת, f. pl. *præcordia: renes*, sic dicti, quod adipe *sunt obducti* velut *tectorio*. מִי־שָׁת בַּטֻּחוֹת, *quis posuit in præcordiis* vel *renibus sapientiam?* Job XXXVIII. 36.

טול Hiph. הֵטִיל, *jecit, dejecit, ejecit, injecit, projecit:* præt. הֵטִיל רוּחַ גְּדוֹלָה, *injecit ventum magnum*, Jon. I. 4. וְהֵטַלְתִּי אֹתְךָ, *et ejiciam te*, Jer. XXII. 26. Imper. וַהֲטִילֻנִי, *et projicite me (in mare,)* Jon. I. 12. Hoph. præt. מַדּוּעַ הוּטְלוּ, *cur ejecti sunt?* Jer. XXII. 28. Futurum, יוּטַל אֶת־הַגּוֹרָל, *projicitur sors*, Proverb. XVI. 33. Pih. ex geminatis literis טִלְטֵל, *transtulit, deportavit, migrare, vagari fecit*. Part. מְטַלְטֶלְךָ טַלְטֵלָה גָּבֶר, *deportabit te deportatione viri*, id est, *virili, forti, vehementi*, Ies. XXII. ver. 17. טלטול אחר טלטול, *migratione una post alteram*, ut hebræi exponunt: vide etiam טלל.

טור masc. *ordo, series:* הַטּוּר הָאֶחָד, *ordo primus*, Exod. XXVIII. 17. Plural. אַרְבָּעָה טוּרִים, *quatuor ordines*, ibidem. Constr. טוּרֵי, 1 Reg. VII. 2.

טִירוֹת, fœm. plur. idem: מִתַּחַת הַטִּירוֹת, *sub ipsis ordinibus*, Ezech. XLVI. 23. Vide et infra טִיר.

טוּר, m. Chald. *mons:* לְטוּר רַב, *in montem magnum*, Dan. II. 35. מִטּוּרָא, *de monte*, ver. 45.

טוש *volavit, avolavit, involavit:* כְּנֶשֶׁר יָטוּשׂ, *ut aquila involat*, Job IX. 26. Chaldæum est, ubi per ס scribitur: עוֹף דָּטָיִס, *avis volans*, Genes. I. אָטוּס וְאֶשְׁכֹּנָה, *avolarem et habitarem*, Psal. LV. 7.

טְוָת Chald. *jejunus, incœnatus:* וּבָת טְוָת, *et pernoctavit incœnatus*, Dan. VI. 19. Eodem sensu apud Talmudicos legitur, לא הוה לן חמרא אייתינא ליה שיכרא ולא אבדיל ובת טוות, *non erat nobis vinum: attulimus ipsi cerevisiam, et non separavit, ideoque dormivit incœnatus:* Pesachim fol. 107. 1. Vino consecrato solent Judæi sabbathum exiens separare a die communi septimanæ, gratias Deo agentes, quod concesserit sabbathum ipsis celebrare. Cum Rabbi iste consecrationem instituturus, vino careret, et cerevisia esset inepta ad talem usum sacrum, maluit omittere consecrationem, et dormire incœnatus. Nam ante consecrationem illam et separationem sabbathi a septimana, non est licitum ipsis cœnare. Arabice etiam hunc usum habere, Aben Esra annotat.

טחה Pih. *jaculari*. Part. plur. construct. כִּמְטַחֲוֵי קֶשֶׁת, *uti jaculantes arcu*, Genes. XXI. 16. id est, quantum est *jactus teli* vel *sagittæ:* et ו est loco tertiæ radicalis ה, ut et in aliis pluribus fit.

טחן *moluit, commoluit:* præter. וְטָחֲנוּ בָרֵחַיִם, *et molebant molis*, Num. XI. 8. Infin. טָחוֹן הֵיטֵב, *molendo bene*, Deuter. IX. 21. Imperat. וְטַחֲנִי קָמַח, *et mole farinam*, Ies. XLVII. 2.

טַחֲנָה, f. *molitio*, Eccles. XII. 4.

טֹחֲנוֹת, f. pl. *molitrices, molares dentes*, Eccles. XII. 3.

טחר טְחֹרִים, m. pl. *mariscæ, hæmorrhoides, morbus ani:* construct.

טְחֹרֵי הַזָּהָב, *mariscæ aureæ*, 1 Sam. VI. 17. id est, Imagines aureæ mariscarum : affix. טְחֹרֵיהֶם, *mariscarum suarum*, ver. 11. In eum sensum apud Davidem, וַיַּךְ צָרָיו אָחוֹר, *et percussit hostes suos retro*, Psalm. LXXVIII. 66. id est, juxta Chaldæum paraphrasten, בִּטְחֹרַיָּא בַּאֲחֹרֵיהוֹן, *mariscis in posterioribus ipsorum* sive *occultis corporis partibus*. Hæc vox, quasi pronunciatu honestior, substituta est legenda a Masorethis pro voce עֳפָלִים. Vide עפל.

טטף טֹטָפוֹת, f. pl. *frontalia*, Ex. XIII. 16. Deut. VI. 8. et XI. 18. Scribitur autem Deut. VI. טֹטָפֹת, alias טוֹטָפֹת, super quo Talmudici disputant. *Schedæ memoriales* fuerunt, unde et זִכָּרוֹן, *monimentum* (scil. *custodiendæ legis*) vocantur, Exod. XIII. 9. In novo Testamento appellantur *phylacteria*. Chaldæus et Rabbini vocant תְּפִלִּין, quasi *precum monimenta*.

טִיט m. *cœnum*, *lutum*, יִרְמָס־טִיט, *calcat lutum*, Ies. XLI. 25.

עַבְטִיט vide in עבה.

טִין Chald. *lutum*, *cœnum* : בַּחֲסַף טִינָא, *cum luto cœni*, Dan. II. 41.

טיר טִירָה, f. *palatium*, *castellum*, *arx* : constr. טִירַת כָּסֶף, *palatium argenteum*, Cant. VIII. 9. id est, *magnificentissimum*, ut R. Jona interpretatus est, teste Kimchio in libro Radicum. Aff. טִירָתָם נְשַׁמָּה, *sit castellum eorum desolatum*, Ps. LXIX. 26. Plurale cum affixo כָּל־טִירֹתָם, *omnes arces eorum*, Num. XXXI. 10. Huc nonnulli referunt הַטִּירוֹת, Ezech. XLVI. 23., de quo vide et in טוּר.

טלא טָלוּא, *maculosum*, *maculis latis respersum*, Gen. XXX. 32. Plurale, וְהַטְּלֻאִים, *et maculis latis respersos* ; et fœm. וְהַטְּלֻאֹת, *et maculis latis respersas*, ver. 35. בָּמוֹת טְלֻאוֹת, *excelsa latis maculis interstincta*, Ezech. XVI. 16. id est, *latis plagis* et *tesseris colorata*. Ex Pyhal מְטֻלָּאוֹת, *resarta*, Jos. IX. 5. Hæc significatio Rabbinis usitata est : רָאוּי לִיטְלָאֵי, *opus est resarcire* : טִלָּה עֲלֵיהֶן עוֹר, *assuit ipsis corium* : טְלָאֵי, *frustula ad resarciendum* : מַטְלֵית, idem, apud Talmudicos. Hinc forsan per metaphoram טָלוּא, *maculosum* ; *maculis latis respersum*, sicut vestis varia frustula assuta habens. טְלָאִים vide in sequente radice.

טָלֶה m. *agnus*, Ies. LXV. 25. Constr. טְלֵה חָלָב אֶחָד, *agnum lactis unum*, id est, *lacteum* sive *lactentem*, 1 Sam. VII. 9. Plurale cum א, יְקַבֵּץ טְלָאִים, *congregabit agnellos*, Ies. XL. 11. Est et nomen loci, 1 Sam. XV. 4.

טִלֵּל Pih. *tegere*, *obtegere* ; est proprie chaldaicum. Fut. וַיְטַלְלֶנּוּ, *et contexit eam*, Neh. III. 15. Participium ex geminata prima radicali, וּמְטַלְטֶלְךָ טַלְטֵלָה גָּבֶר, *et obtegit te obtectione* vel *tegumento viri* ; *et amicit te amiciendo*, Ies. XXII. 17. id est, ad dignitatem te evehit, ac præstat et subministrat ea, quæ ad dignitatem conservandam spectant, ut est *honorificus* et *magnificus vestitus*. Ita quidam interpretantur. Hebræi aliter, ut supra in טוּל dictum. R. Salomon Jarchi explicat : *et transportabit te*, *sicut aliquis transportat gallum gallinaceum*. Explicatio ex Talmudicis petita, quibus גֶּבֶר, *gallum gallinaceum* significat. Hinc gallus iste in Vulgatam versionem latinam involavit. Chald. *obumbrare*, *umbram facere* : futurum Aphel תַּטְלֵל, *umbram fecit*, Dan. IV. 9. ab

hebræo צָלַל, primis literis inter se pro more permutatis.

טַלְטֵלָה, f. *contectio, integumentum*, Ies. XXII. 17. Hebræis est *migratio*, *vagatio*.

טַל, m. *ros*, sic dictus quod herbas et gramina *obtegat*: יַעַרְפוּ־טַל, *stillabunt rorem*, Deut. XXXIII. 28. Aff. יִתְּנוּ טַלָּם, *dabunt rorem suum*, Zach. VIII. 12. Chald. וּבְטַל שְׁמַיָּא, *et rore cæli*, Dan. IV. 12. וּמִטַּל, *et de rore*, Dan. V. 21.

טָמֵא *immundus, impurus, pollutus fuit*: præt. וְטָמֵא, *et immundus erit*, Lev. XV. 16. Inf. לְטָמְאָה־בָהּ, *ut impuretur eo*, Levit. XXII. 8. Niph. נִטְמָא, *immundum*, *pollutum fieri; impurare*, *polluere se*: præter. וְנִטְמֵתֶם, *ut polluti sitis*, Lev. XI. 43. א eliso: נִטְמִינוּ, *sordemus*, *polluti reputamur*, Job XVIII. 3. ad formam quiescentium tertia ה. Particip. plurale, אַתֶּם נִטְמְאִים, *vos ipsos impuratis*, Ezech. XX. 30. Pih. טִמֵּא, *impurare, polluere, vitiare, immundum reddere*: præt. טִמֵּא אֶת־דִּינָה, *vitiavit Dinam*, Gen. XXXIV. 5. טִמֵּא אתוֹ, *immundum reddet*, id est, *pronunciabit eum*, Levit. XIII. 25. Pyh. partic. נַפְשִׁי לֹא מְטֻמָּאָה, *anima mea non est impurata*, Ezech. IV. 14. Hithp. futur. לֹא־יִטַּמָּא, *ne polluito se*, Lev. XXI. 1. et præterit. ex Hophal et Hithpahel compositum, אַחֲרֵי אֲשֶׁר הֻטַּמָּאָה, *posteaquam factum est ut pollueretur*, Deuter. XXIV. 4.

טָמֵא, m. *pollutus, immundus, impurus*: *pollutum*: construct. טְמֵא שְׂפָתַיִם, *immundus labiis*, Ies. VI. 5. Plur. טְמֵאִים הֵם לָכֶם, *immunda sunt vobis*, Levit. XI. 26. Fœmin. עִם־טְמֵאָה, *cum immunda*, Levit. XV. 33. Constr. טְמֵאַת הַשֵּׁם, *impura nomine*, Ezech. XXII. 5.

טֻמְאָה, f. *immundities, impuritas, res immunda*: constr. בְּטֻמְאַת אָדָם, *immunditiem hominis*, Levit. V. 3. Aff. טֻמְאָתוֹ, *immunditiem ejus*, Levit. XXII. 3. Pl. מִטֻּמְאוֹת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, *ab immunditiis filiorum Israel*, Lev. XVI. 16. Aff. מִכֹּל־טֻמְאֹתֵיכֶם, *ab omnibus immunditiis vestris*, Ezech. XXXVI. 25.

טָמַן *abdidit*, *abscondit, recondidit*, *occultavit*: præt. טָמַן עָצֵל יָדוֹ, *abdit piger manum suam*, Prov. XIX. 24. Niph. imperat. וְהִטָּמֵן בֶּעָפָר, *et absconde te in pulvere*, Ies. II. 10. Hiph. futur. וַיַּטְמִנוּ, *et absconderunt*, 2 Reg. VII. 8.

טָמוּן, m. *absconditus, absconditum*, בַּטָּמוּן, *in abscondito*, Job XL. 13. Plur. construct. וּשְׂפֻנֵי טְמוּנֵי חוֹל, *et occulta absconditorum arenæ*, Deut. XXXIII. 19. id est., *occultos thesauros in arena* vel *fundo maris*.

מַטְמוֹן, m. *thesaurus*, Gen. XLIII. 23. a *recondendo*. Plural. יֶשׁ־לָנוּ מַטְמֹנִים, *sunt nobis thesauri*, Jerem. XLI. 8 Constr. וּמַטְמֻנֵי מִסְתָּרִים, *et thesauros latebrarum*, Ies. XLV. 3. id est, repositas opes *abstrusissimas*.

טֶנֶא m. *corbis*, Deut. XXVI. 4. Affix. בָּרוּךְ טַנְאֲךָ, *benedictus corbis tuus*, Deut. XXVIII. 5.

טִנֵּף Pih. *inquinavit*: futurum, אֵיכָכָה אֲטַנְּפֵם, *quomodo inquinarem illos?* Cant. V. 3.

טָעָה *erravit*. Hiph. הִטְעוּ אֶת־עַמִּי, *fecerunt ut erraret populus meus* Ezech. XIII. 10.

טָעַם *gustavit* ; præterit. טָעַם כָּל־הָעָם לֶחֶם, *gustavit omnis populus panem*, 1 Sam. XIV. 24. טָעַמְתִּי מְעַט דְּבַשׁ, *gustavi parum mellis*, ver. 29. Chald. futurum ex Pahel, לָךְ יְטַעֲמוּן, *tibi gustandum dabunt*, Dan. IV. 22. עִשְׂבָּא כְתוֹרִין יְטַעֲמוּנֵהּ, *herbam ut bobus gustandam dederunt ei*, Dan. V. 21.

טַעַם, m. *gustus*, *sapor* : metaphorice *ratio*, *consilium*, *judicium*, *sententia*, *species*, *sensus* : טוּב טַעַם וָדַעַת, *præstantiam rationis et scientiæ*, Psalm. CXIX. 66. אִשָּׁה יָפָה וְסָרַת טָעַם, *mulier pulcra et aversa rationis*, sive *a ratione*, Proverb. XI. 22. id est, socors, ratione et consilio carens: וְטַעַם זְקֵנִים, *et consilium* sive *judicium senum*, Proverb. XII. 20. מִטַּעַם הַמֶּלֶךְ, *ex sententia* vel *edicto regis*, Jon. III. 7. אֶת־טַעְמוֹ, *sensus suos*, 1 Sam. XXI. 14. עָמַד טַעְמוֹ בּוֹ, *mansit sapor ejus in eo*, Jerem. XLVIII. 11. בָּרוּךְ טַעְמֵךְ, *benedictum consilium tuum*, 1 Sam. XXV. 33. Chald. בִּטְעֵם חַמְרָא, *pro gustu vini*, *ad gustandum vinum*, Dan. V. 2. מִן־טַעַם אֱלָהּ יִשְׂרָאֵל, *de sententia Dei Israelis*, וּמִטְּעֵם כּוֹרֶשׁ, *et de sententia Cyri*, Esr. VI. 14. בְּעֵל טְעֵם, *dominus* vel *magister consilii*, *præses consilii*, Esr. IV. 8. עַד־טַעְמָא לְדָרְיָוֶשׁ יְהָךְ, *dum causa ad Darium perveniret*, Esr. V. 5.

מַטְעַמִּים, m. pl. *cupediæ*, Genes. XXVII. 4. Fœm. cum aff. לְמַטְעַמּוֹתָיו *cupedias ejus*, Prov. XXIII. 3.

טָעַן *oneravit* : imperat. טַעֲנוּ אֶת בְּעִירְכֶם, *onerate jumentum vestrum* Genes. XLV. 17. Item *fixit*, *transfixit*, *confodit*, *perfodit*, ex usu chaldaico. Participium Pyhál מְטֹעֲנֵי חָרֶב, *confossi gladio*, Ies. XIV. 19. Sic in Targum, גֻּבְרִין מְטַעֲנִין, *viri confossi*, Jer. XXXVII. 10. מְטַעֲנֵי חַרְבָּא, *confossi gladio*, Jer. XVIII. 21. Ezech. XXVIII. 8.

טפח טוֹפַח, m. *palmus*, mensura quatuor digitorum conjunctorum : מִסְגֶּרֶת טֹפַח, *clausura palmi*, id est, *tænia palmaris*, Exod. XXV. 25.

טֶפַח, masc. idem : וְעָבְיוֹ טֶפַח, *et crassitudo ejus erat palmus*, id est, *palmaris*, 1 Reg. VII. 26. Plurale, טְפָחוֹת, *palmos* vel *palmorum*, id est, *palmares* dedisti dies meos, Psal. XXXIX. 6. hoc est, *paucissimos*, ut Aben Esra explicat. מִמַּסָּד עַד־הַטְּפָחוֹת, *a fundamento usque ad palmas*, 1 Reg. VII. 9. id est, *circumferentias*, sive præcinctiones, quibus laquearia et tectum innituntur, quæ fere palmares esse solent. Locus, scribit Kimchi in Commentario, ubi trabes ponuntur, appellatur טְפָחִים, *palmæ*, quia lapides quibus capita trabium incumbunt, egrediuntur extra parietem mensura palmi extrinsecus et intrinsecus.

טִפַּח, Pih. *palmis distendere* aut *explanare*, *palmis ducere* vel *gestare*, ut infantes gestari solent, id est, ut Kimchi unico verbo dicit, *educare*. Præter. אֲשֶׁר־טִפַּחְתִּי, *quos palmis explanavi* vel *gestavi*, Thren. II. 22. id est, a teneris formavi et educavi : וִימִינִי טִפְּחָה שָׁמָיִם, *et dextera mea palmavit cælos*, Ies. XLVIII. 13. id est, *palmo extendit* vel *metata est cælos*, ut Aben Esra explicat : vel *palma distendit*, explanavit et æquavit cœlos, ut essent instar veli et expansi.

טִפֻּחִים, m. pl. *educationes*, quasi *palmationes* dicas : עוֹלְלֵי טִפֻּחִים, *parvulos educationum*, Thren. II. 20. id est, *qui manibus adhuc gestantur*

et educantur, ut R. Salomon explicat.

מִטְפַּחַת, f. *ventrale*, juxta quosdam, Ruth III. 15. Kimchi in libro Radicum *peplum* exponit, et sic in Majemone, part. 2. fol. 27. מטפחת שבראשׁה, *peplum quod est in capite ejus*. Plur. מִטְפָּחוֹת, *ventralia*, Ies. III. 22.

טָפַל *concinnavit, assuit, consuit.* Præter. טָפְלוּ עָלַי שֶׁקֶר, *concinnant, connectunt contra me falsitatem*, Psal. CXIX. 69. Partic. præsens. טֹפְלֵי־שֶׁקֶר, *concinnatores falsi*, Job XIII. 4. Futur. וַתִּטְפֹּל עַל־עֲוֹנִי, *assuis ad iniquitatem meam*, Job XIV. 17.

טִפְסָר m. *imperator, dux, princeps:* פִּקְדוּ עָלֶיהָ טִפְסָר, *constituite super eam principem*, Jerem. LI. 27. Plurale cum Pathach וְטַפְסְרַיִךְ, *et principes tui*, Nah. III. 17.

טפף טַף, m. *parvulus, parvuli*, et dicitur tam de maribus quam de fœmellis: וְטַף וְנָשִׁים, *parvulosque et fœminas*, Ezech. IX. 6. Aff. וְאֶת־כָּל־טַפָּם, *omnesque parvulos ipsorum*, Gen. XXXIV. 29. Hinc verbum הָלוֹךְ וְטָפוֹף, *eundo et parvulando* (ut sic dicam), Ies. III. 16. id est, gressibus suis *parvulos agendo*; ingressu molli, minutis passibus, *instar parvulorum*, utendo. Et sic Aben Esra rejectis aliorum interpretationibus, הלכות מַהֲלַךְ טַף, *incedentes incessu parvulorum*, exponit.

טְפַר Chaldaice, *unguis*. Cum affixo וְטִפְרוֹהִי, *et ungues ejus*, Dan. IV. 30. וְטִפְרַיהּ, idem, Dan. VII. 19. Ex hebræo צִפֹּרֶן, literis צ et ט pro more commutatis.

טָפַשׁ *obesari, pinguefieri:* טָפַשׁ כַּחֵלֶב לִבָּם, *obesatum est quasi adipe cor eorum*, Psal. CXIX. 70. Chaldæum est; unde אִטְפַּשׁ, *impinguatum est*, habet hic Chaldæus. טַפֵּישׁ, *pingue reddito*, Ies. VI. 10. Apud Rabbinos טִפֵּשׁ, *stultus*, cujus cor fatuitate impinguatum est. טִפְשׁוּתָא, *fatuitas, stultitia.*

טָרַד *assiduum, continuum esse in opere, jugiter occupari:* partic. וְדֶלֶף טֹרֵד, *et stillatio continuans*, Proverb. XIX. 13. et XXVII. 15. *quæ stillat in domo* בְּהַתְמָדָה *cum continuatione*, ut R. Levi loquitur. טָרוּד, *assidue occupatus*, apud Rabbinos.

טְרַד, Chald. *ejecit, extrusit, expulit, depulit:* particip. וְלָךְ טָרְדִין, *te autem depulsuri sunt*, Dan. IV. 22. Partic. præter. sive Pehil, טְרִיד, *depulsus*, Dan. IV. 30.

טרה טְרִיָּה, f. *humens, humidum, recens*, Jud. XV. 15. וּמַכָּה טְרִיָּה, *et plaga humida*, id est, *purulenta*, Ies. I. 6. R. Salomon inquit: inveni in libris medicorum, quod humorem, qui exit in plaga, vocant טְרִי, id est, *pus.*

טָרַח *laboravit, fatigavit se*, apud Rabbinos frequens. Hiph. fut. יַטְרִיחַ עָב, *laborare facit densam nubem*, Job XXXVII. 11. id est, *urget, fatigat*, eam huc illuc impellendo et dissipando.

טרח, m. *fatigatio, labor:* הָיוּ עָלַי לָטֹרַח, *sunt mihi labori*, Ies. I. 14. id est, *laboriosæ*, vel *oneri*. Affix. טָרְחֲכֶם, *laborem vestrum*, sive *molestias vestras*, Deut. I. 12.

טֶרֶם *ante, antequam, priusquam, quum nondum, necdum, nondum:* fere semper post se verbum habet: הֲטֶרֶם תֵּדַע, *an nondum*

cognoscis? num prius cogniturus es vel *cognoscere cupis?* Exod. X. 7. בְּטֶרֶם יָבוֹא, *antequam ingrediatur*, Lev. XIV. 36. מִטֶּרֶם שׂוּם, *ab antequam poni*, id est, *quum nondum positus esset*, Hag. II. 15. R. Salomon in Genes. II. 5. non vult esse קֶדֶם *ante*, sed tantum עַד לֹא.

טָרַף *rapuit, prædatus est, discerpsit, dilaceravit rapiendo*. Est proprium ferarum. Præter. וְטָרַף זְרוֹעַ, *et rapiet brachium*, Deuter. XXXIII. 20. Particip. אַרְיֵה טֹרֵף, *leo rapiens*, Nah. II. 12. Niph. futur. אִם־טָרֹף יִטָּרֵף, *si discerpendo discerptum fuerit*, Exod. XXII. 12. Pyh. præter. טָרֹף טֹרַף, *discerpendo discerptus est*, id est *plane, omnino*, Genes. XXXVII. 33. Hiph. הִטְרִיף, *aluit, cibavit*: præt. הַטְרִיפֵנִי לֶחֶם חֻקִּי, *ale me cibo statuti mei*, Prov. XXX. 8. id est, *stato victu*.

טָרָף, m. *raptum, decerptum, avulsum*, Gen. VIII. 11. Item *folium*, quia a vento *rapitur*. Plur. constr. טַרְפֵּי צִמְחָהּ, *folia* vel *frondes germinis ejus*, Ezech. XVII. 9. Sic Chaldæis frequens: unde טְרַף זֵיתָא, *folium olivæ*, Genes. VIII. 11. טַרְפֵי תְאֵנִין, *folia ficuum*, Gen. III. 7.

טֶרֶף, m. *raptum, rapina, præda*, qua cum feræ vivant; inde generaliter est *esca, cibus, victus*, ut Psalm. CXI. 5. Prov. XXXI. 15. Mal. III. 10. Affix. עַל־טַרְפּוֹ, *super prædam suam*, Ies. XXXI. 4.

טְרֵפָה, f. *discerptum, laceratum, raptum*, Gen. XXXI. 39. Lev. XXII. 8.

י

יָאַב *desideravit, cupidus fuit*: præter. לְמִצְוֹתֶיךָ יָאַבְתִּי, *præceptorum tuorum cupidus fui*, Ps. CXIX. 131.

יָאָה *pulcrum esse, convenire, decere; congruum, dignum esse*. Præt. fœm. כִּי לְךָ יָאָתָה, *nam tibi convenit*, Jerem. X. 7. Kametz in penultima propter pausam, pro יָאֲתָה, formæ גָּלְתָה. Chaldæis et Rabbinis tritissimum verbum est, immo et Syris, ut יָאֵא לָן, *decet nos*, Matth. III. 15. Nec ad sequens יָאַת referendum.

יָאַל Hiph. הוֹאִיל, *voluit, acquievit*: fere semper habet post se verbum. Præter. הוֹאִיל מֹשֶׁה בֵּאֵר, *voluit Moses exponere*, Deut. I. 5. Imper. הוֹאֵל וּבָרֵךְ, *velis et benedic*, 2 Sam. VII. 29. id est, *placeat tibi benedicere*. הוֹאִילוּ פְנוּ־בִי, *velitis, respicite* (*respicere*) *ad me*, Job VI. 28. Futur. וַיּוֹאֶל מֹשֶׁה, *et acquievit Moses*, ut habitaret cum viro isto, Exod. II. 21. וַיֹּאֶל לָלֶכֶת, *et noluit ire*, 1 Sam. XVII. 39. ex contraria significatione, ut in aliis, juxta Chald. Vide ibi R. Salomonem. Niph. נוֹאַל, *stulte agere*, vel *velle*, *stultescere*: præter. נוֹאֲלוּ שָׂרֵי צֹעַן, *stultescunt principes Tzoan*, Ies. XIX. 13. נוֹאַלְנוּ, *stulte egimus*, Numer. XII. 11. Possit quoque irregulare esse pro נֶאֱוַלְנוּ ab אֱוִיל *stultus*.

יְאֹר m. *rivus*: עַל־פִּי יְאֹר, *juxta os rivi*, Ies. XIX. 7. Cum ה locali, הַיְאֹרָה תַּשְׁלִיכֻהוּ, *in rivum projicite eum*, Exod. I. 22. Defective כַּאֹר, *velut*

rivus, Amos VIII. 8. pro כִּיאֹר, ut mox scribitur eodem versu. Aff. לִי יְאֹרִי, *mihi est rivus meus*, Ezech. XXIX. 3. Plur. נְהָרִים יְאֹרִים, *fluvii rivi*, Ies. XXXIII. 21. Constr. כָּל־יְאֹרֵי מָצוֹר, *omnes rivos obsidionis*, 2 Reg. XIX. 24. Cum affixo דְּגַת־יְאֹרֶיךָ, *pisces rivorum tuorum*, Ezech. XXIX. 4.

יָאשׁ Niph. נוֹאַשׁ, *desperavit, spem, animum abjecit*: præt. וְנוֹאַשׁ מִמֶּנִּי שָׁאוּל, *et spem abjiciat de me Saul*, 1 Sam. XXVII. 1. Sumitur etiam quasi impersonaliter, *desperatum, actum est*, Jerem. II. 25. Ies. LVII. 10. Part. אִמְרֵי נוֹאָשׁ, *verba hominis animi abjectissimi, spe destituti*, Job VI. 26. Pih. יֵאֵשׁ, *spe destituit*: Infin. לְיַאֵשׁ אֶת לִבִּי, *spe destituendo animum meum*, Eccl. II. 20.

יָאַת *acquievit, consensit*. Præter. יָאֲתָה vide paulo ante in יָאָה. Fut. בְּזֹאת נֵאוֹת לָכֶם, *in hoc acquiescimus vobis*, Genes. XXXIV. 15. אַךְ נֵאֹתָה לָהֶם, *tantum acquiescamus eis*, ver. 23. וַיֵּאֹתוּ, *et acquieverunt*, 2 Reg. XII. 9. Est ut אֲבוֹשׁ a יָבֵשׁ.

יָבַב Pih. *vociferatus est*: futur. וַתְּיַבֵּב אֵם סִיסְרָא, *et vociferata est mater Siseræ*, Jud. V. 28. Chaldaicum est.

יבל Hiph. הוֹבִיל, *attulit, apportavit, adduxit, abduxit: deduxit, reduxit*. Futur. אוֹבִילֵם, *reducam eos*, Jer. XXXI. 9. יוֹבִילוּ מְלָכִים שָׁי, *afferent reges donarium*, Ps. LXVIII. 30. Chald. præter. וְהֵיבֵל הִמּוֹ, *et deportaverat, abduxerat ea*, Esr. V. 14. Infinit. וּלְהֵיבָלָא כְּסַף, *et ad deferendum argentum*, Esr. VII. 15. Hoph. futur. לְקֶבֶר אוּבָל, *ad sepulcrum eductus vel elatus fuissem*, Job X. 19. יוּבַל שַׁי, *adducetur munus*, Ies. XVIII. 7.

יְבוּל, masc. *proventus*; אֶת־יְבוּל הָאָרֶץ, *proventum terræ*, Jud. VI. 4. וְאֵין יְבוּל בַּגְּפָנִים, *et nullus fuit proventus in vitibus*, Hag. III. 17. יִגֶל יְבוּל בֵּיתוֹ, *demigrat proventus domus ejus*, Job XX. 28. Aff. יְבוּלָם, *proventum eorum*, Psalm. LXXVIII. 46. Hinc per aphæresin, בּוּל הָרִים יִשְׂאוּ־לוֹ, *proventum montes proferent ei*, Job XL. 20. לְבוּל עֵץ, *proventui arboris incurvabo me*, Ies. XLIV. 19. id est, *coram ramo*, qui ex arbore provenit; et metonymice, *coram idolo* ex ramo facto. Sic Kimchi in libro Radicum.

יוּבַל, m. *fluvius, aquæductus, processus aquarum*: וְעַל־יוּבַל, *et juxta fluvium*, Jer. XVII. 8.

אוּבַל, m. idem, Dan. VIII. 2, 3.

יָבָל, m. idem: plur. constr. יִבְלֵי־מָיִם, *processus aquarum*, Ies. XXX. 25. et XLIV. 4.

יוֹבֵל, c. sed f. sæpius, *aries*: בְּקֶרֶן הַיּוֹבֵל, *cornu arietis*, id est, arietino, Jos. VI. 5. sic Chaldæus reddit, בְּקֶרֶן דִּכְרָא. Apud Talmudicos « cum iter facerem in Arabiam, audivi quod *arietem* vocarent יובלא » Rosch haschana, cap. 3. fol. 26. Item *jubilæus annus*, id est, quinquagesimus, quod *cornu arietino* sollemniter promulgari soleret, Lev. XXV. Plural. שׁוֹפְרוֹת הַיּוֹבְלִים, *buccinæ arietum*, Jos. VI. 4. rursus Chaldæus שׁוֹפָרַיָּא דְקֶרֶן דִּכְרַיָּא.

יַבֶּלֶת, f. *fluxus* aut *fluxu affectum*, juxta quosdam, vel communiter juxta hebræos, *verruca*; et metonymice

verrucosum, Levit. XXII. 22. sic Chaldæus יַבְלָן, *verrucosum*. Disputant Talmudici, an in sabbatho יבלת, *verrucam* exscindere liceat; Pesachim c. 6. in principio.

יִבֵּם Pih. *fratris defuncti absque liberis uxorem ducere, leviri* vel *affinis proximi jus et officium præstare*: quasi *fratriare* et *levirare* dicas. Præter. וְיִבְּמָהּ, *leviri jure ducet eam sibi*, Deut. XXV. 5. Imp. וְיַבֵּם אֹתָהּ, *et fratris jure ducito eam*, Genes. XXXVIII. 8.

יָבָם, m. *levir*, *mariti frater*: affix. מֵאֵן יְבָמִי, *renuit levir meus*, Deuter. XXV. 7.

יְבֶמֶת, f. *glos*, *fratria*, *uxor fratris*. aff. וְעָלְתָה יְבִמְתּוֹ, *tunc ascendet glos ejus*, Deut. XXV. 7.

יָבֵשׁ *aruit*, *exaruit*, *arefactus*, *exsiccatus fuit*: infinitiv. עַד־יְבֹשֶׁת הַמַּיִם, *usque dum exsiccatæ fuissent aquæ*, Gen. VIII. 7. quæ forma partim perfecta, partim imperfecta est, cui similis exstat in יְכֹל. Futurum, וְיֵבוֹשׁ, *et arescet*, Hos. XIII. 15. quod formam a בּוֹשׁ habet: nam hæc duo verba formas inter se confundunt. Et forma communi, אִיבָשׁ, *arescam*, Ps. CII. 12. vel י abjecto, יִבַשׁ, *arescet*, Ies. XIX. 7. Pih. יִבֵּשׁ, *arefacere*, *exsiccare*: futur. וַיַּבְּשֵׁהוּ, *et arefacit ipsum*, Nah. I. 4. contractum pro וַיְיַבְּשֵׁהוּ: simile vide infra in יִחֵל. Hiph. præt. אֲשֶׁר־הוֹבִישׁ, *quod exsiccaverit*, Jos. II. 10. et intransitive, וְהוֹבִישׁוּ, *et arescent* vel *exsiccabuntur*, Zach. X. 11. Multa etiam hujus formæ et conjugationis pertinent ad בּוֹשׁ; vide illic.

יָבֵשׁ, m. *aridus*, *siccus*: עֵץ יָבֵשׁ, *lignum aridum*, Ezech. XVII. 24. Fœmin. נַפְשֵׁנוּ יְבֵשָׁה, *anima nostra arida*, Numer. XI. 6. Plur. הָעֲצָמוֹת הַיְבֵשׁוֹת, *ossa arida*, Ez. XXXVII. 4.

יַבֶּשֶׁת, יַבָּשָׁה, f. *arida*, *aridum*, *siccum*: dicitur de terra, quæ sic appellata fuit, quando aquis exundautibus liberata, *arida* in usum hominum et animalium terrestrium primum apparuit. וְתֵרָאֶה הַיַּבָּשָׁה, *appareatque arida*, Gen. I. 9. וְיַבֶּשֶׁת, *et aridam*, Psalm. XCV. 5. Chald. עַל־יַבֶּשְׁתָּא, *super terram*, Dan. II. 10.

יְבֹשֶׁת, fœm. *exsiccatio*. Vide in principio radicis.

יָגֵב m. *ager*: plural. כְּרָמִים וִיגֵבִים, *vineas et agros*, Ier. XXXIX. 10.

יֹגֵב, m. *agricola*: plur. לְכֹרְמִים וּלְיֹגְבִים, *vinitoribus et agricolis*, 2 Reg. XXV. 12.

יגה Hiph. הוֹגָה, *mærore*, *mæstitia affecit*, *afflixit*: præterit. אִם־הוֹגָה, *si mæstitia affecerit*, Thren. III. 32. Aliam significationem hujus formæ vide in הָגָה. Particip. בְּיַד מוֹגַיִךְ, *in manu affligentium te*, Ies. LI. 23. Fut. עַד־אָנָה תּוֹגְיוּן, *usquequo mærore afficietis*, Job XIX. 2. Niph. particip. plural. constr. נוּגֵי מִמּוֹעֵד, *mæstos propter sollemnes conventus*, Soph. III. 18. ut Aben Esra et Talmudici explicarunt in codice Berachoth, cap. 4. fol. 28. R. Salomon et Chaldæus longius discedunt a vocis proprietate, respicientes ad הָגָה, *removendi* significatione. Fœm. plur. בְּתוּלֹתֶיהָ נוּגוֹת, *virgines ejus mæstæ*, Thren. I. 4. est autem Schurek loco Cholem. Pih. fut. וַיַּגֶּה, *et mæstitia afficit*, Thren. III. 33. pro וַיְיַגֶּה, cui simile fuit ante in יָבֵשׁ.

יָגוֹן, masc. *mæror*, *mæstitia*: יָגוֹן וַאֲנָחָה, *mæror et gemitus*, Ies.

XXXV. 10. Aff. וְשִׂמַּחְתִּים מִיגוֹנָם, *et exhilarabo eos a mærore ipsorum*, Jer. XXXI. 13.

תּוּגָה, f. idem: וְאַחֲרִיתָהּ שִׂמְחָה תוּגָה, *exitus gaudii est mæstitia*, Prov. XIV. 13. Constr. תּוּגַת אִמּוֹ, *mæror matris suæ est*, Prov. X. 1.

יָגַע *laboravit, fatigatus, defatigatus fuit:* præt. לְרִיק יָגַעְתִּי, *frustra laboravi*, Ies. XLIX. 4. Futur. לָמָּה זֶּה הֶבֶל אִיגָע, *ut quid in vanum laborabo*, Job IX. 29 Pih. fut. אַל־תְּיַגַּע, *ne fatiges, laborare facias*, Jos. VII. 3. Hiph. præter. הוֹגַעְתַּנִי, *fatigasti me*, Ies. XLIII. 24.

יָגֵעַ, m. *lassus, defatigatus:* עָיֵף וְיָגֵעַ, *lassus et defatigatus*, Deuter. XXV. 18. Plur. כָּל־הַדְּבָרִים יְגֵעִים, *omnes res laboriosæ, labore plenæ, sunt*, Eccles. I. 8.

יָגִיעַ, m. idem: plurale construct. יְגִיעֵי כֹחַ, *defessi viribus*, Job III. 17.

יְגִיעַ, m. *labor*, metonymice *facultates*, sic dictæ, quod *labore* comparentur: וְאֶת־יְגִיעַ כַּפַּי רָאָה אֱלֹהִים, *et laborem manuum mearum vidit Deus*, Gen. XXXI. 42. יְגִיעֲךָ יֹאכַל, *laborem tuum comedet*, Deut. XXVIII. 33. Plurale cum affixo כָּל־יְגִיעָי, *omnes labores mei*, Hos. XII. 9. Fœmin. constr. יְגִעַת בָּשָׂר, *fatigatio carnis est*, Eccles. XII. 12.

יָגָע, m. idem: מֵשִׁיב יָגָע, *repetens*, vel *reddens laborem*, Job XXVIII. 18.

יָגֹר *metuit, formidavit, reformidavit:* præter. יָגֹרְתָּ מִפְּנֵיהֶם, *metuisti ab illis*, Deuter. XXVIII. 60. וַאֲשֶׁר יָגֹרְתִּי, *et quod formidabam*, Job III. 25.

יָגוֹר, mascul. *timens:* אַתָּה יָגוֹר מִפְּנֵיהֶם, *a quibus tu formidans es*, Jer. XXII. 25. id est, quos tu times vel horres.

יְגַר m. Chald. *cumulus, acervus*, יְגַר שָׂהֲדוּתָא, *cumulus testimonii*, Gen. XXXI. 47. usurpatur autem a Labane tamquam proprium nomen.

יָד c. sed f. sæpius, *manus:* late usurpatur: *ripa, latus: tractus: robur, vires, potestas: locus, spatium.* Constructum desinit in Patbach, cum affixis retinet Kametz. עַל־יַד הַיְאֹר, *juxta ripam rivi*, Exod. II. 5. Num. XIII. 29. כָּל־יַד נַחַל יַבֹּק, *ad omnem tractum torrentis Jabbok*, Deut. II. 37. כִּי־אָזְלַת יָד, *quod abiit*, vel *recessit manus*, id est, *vires manuum*, robur ac facultas omnis, Deuteron. XXXII. 36. הֲיַד יוֹאָב, *num manus Joabi?* 2 Sam. XIV. 19. id est, *opera:* בְּיַד מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן, *per manum Mosis et Aharonis*, Num. XXXIII. 1. id est, *opera* Mosis: בְּיַד פִּשְׁעָם, *in manum defectionis ipsorum*, Job VIII. 4. id est, *potestatem:* בְּיַד שְׁנֵי צַנְתְּרוֹת, *in manu duorum tuborum*, Zach. IV. 12. id est, *spatio, in medio:* כְּיַד אֱלֹהָיו הַטּוֹבָה עָלָיו, *secundum manum Dei ipsius bonam super eum*, Esr. VII. 9. id est, prout Dei *favor, gratia et auxilium* adfuit ipsi. Cum affixo, אִישׁ אֶת־יָדוֹ, *quisque locum* vel *spatium suum*, Jerem. VI. 3. Sic יָדְךָ, *manus tua*, יָדִי, *manus mea*, יָדָם, *manus ipsorum;* מִלְאוּ יֶדְכֶם, *implete manum vestram*, Exod. XXXII. 29. מִיֶּדְכֶן, *de manu vestra*, Ezech. XIII. 21. Duale, רַחֲבַת־יָדַיִם, *ampla spatiis est*, Gen. XXXIV. 21. וְלֹא הָיָה בָהֶם יָדַיִם, *et non erant in ipsis vires*, Jos. VIII. 20. et sic Tar-

guun חֵילָא, *robur*. Est et יְדֵי, *manus* pro יָדַיִם, Ezech. XIII. 18. cui simile est in שָׂדֶה. Construct. עַל־יְדֵי אַרְנוֹן, *ad spatia Arnonis*, Jud. XI. 26. id est, juxta Arnonem: מִידֵי חָרֶב, *a manibus gladii*, Job V. 20. id est, *potestate*. Aff. אַל־תֶּרֶף יָדֶיךָ, *ne remittas manus tuas*, Jos. X. 6. Terminatione fœminina semper usurpatur metaphorice: שְׁתֵּי יָדוֹת, *duo cardines*, Ex. XXVI. 17. חָמֵשׁ יָדוֹת, *quinque partibus*, Genes XLIII. 34. et XLVII. 24. et sic 2 Sam. XIX. 44. וְיָדוֹת, *et manus*, id est, *fulcra manualia* erant utrinque, 1 Reg. X. 19. Aff. לִשְׁתֵּי יְדֹתָיו, *ad duos cardines ejus*, Exod. XXVI. 19. Chaldaice, מִן־יַד אַרְיָוָתָא, *de manu*, id est *potestate leonum*, Dan. VI. 28. בִידֵהּ, *manum ejus*, Dan. IV. 32. בִּידְהוֹם, *in manibus eorum*, Esr. V. 8. בִּידַיִן, *manibus*, Dan. II. 34.

יָדַד *jecit, projecit*: præter. יַדּוּ גוֹרָל, *projecerunt sortem*, Joel IV. 3. quod vide etiam in sequenti radice.

יְדִיד, m. *dilectus*: יְדִיד יְהוָֹה, *dilectus Domini*, Deuter. XXXIII. 12. Aff. אָשִׁירָה לִידִידִי, *cantabo nunc dilecto meo*, Ies. V. 1. Plural. יֵחָלְצוּן יְדִידֶיךָ, *ut liberentur dilecti tui*, Psal. LX. 7. Fœmin. שִׁיר יְדִידֹת, *carmen dilectarum, amicarum*, Psal. XLV. 1. Hebræi, *amorum*. מַה־יְּדִידוֹת, *quam amabilia sunt tabernacula tua*, Psal. LXXXIV. 2.

יְדִידוּת, f. *dilectio*: Jer. XII. 7.

יָדָה *jecit, dejecit, projecit, jaculatus est*: imper. יְדוּ אֵלֶיהָ, *jaculamini in eam*, Jer. L. 14. Pih. infinit. לְיַדּוֹת אֶת־קַרְנוֹת, *ut dejiciant cornua gentium*, Zach. II. 4. Futur. יַדּוּ, *projecerunt sortem*, Joel IV. 3. pro וַיְדּוּ: simile fuit ante in יָגָה in Pihel: et sic quoque וַיַּדּוּ אֶבֶן בִּי, *et projecerunt lapidem in me*, Thren. III. 53. Hiph. הוֹדָה, *confiteri, celebrare, gratias agere*, construitur cum dativo: præter. הוֹדִינוּ לְךָ אֱלֹהִים, *celebramus te Deus*, Psalm. LXXV. 2. et cum accusativo: וְיוֹדוּ אֶת־שִׁמְךָ, *celebrabunt nomen tuum*, 1 Reg. VIII. 33. Particip. וּמוֹדֶה, *et qui confessus fuerit*, Prov. XXVIII. 13. Chald. particip. וּמְצַלֵּא וּמוֹדֵא, *orabat et confitebatur*, Dan. VI. 11. מְהוֹדֵא וּמְשַׁבַּח אֲנָה, *gratias ago et laudo ego te*, Dan. II. 23. et sic hebraice cum ה conjugationis, יְהוֹדֻךָ, *celebrabunt te*, Psalm. XLV. 18. Hithp. præt. וְהִתְוַדָּה עָלָיו, *et confitebitur super eo*, Levit. XVI. 21. Particip. וּמִתְוַדֶּה חַטָּאתִי, *et confitebar peccatum meum*, Dan. IX. 20. Aliam formam vide paulo post in fine radicis.

תּוֹדָה, f. *confessio, celebratio, laudatio, laus, gratiarum actio, eucharisticum sacrificium*: זֶבַח־תּוֹדָה, *sacrificium laudis*, Levit. XXII. 29. וְהַתּוֹדָה הַשֵּׁנִית, *et confessio secunda procedebat*, Nehem. XII. 38. id est, celebrantium ordo vel classis. Constr. תּוֹדַת, Levit. VII. 12. Plural. שְׁתֵּי תוֹדֹת, *duos celebrantium ordines*, Neh. XII. 31. וּבְתוֹדוֹת, *et laudationibus, gratiarum actionibus*, Nehem. XII. 27. וְתוֹדוֹת, *et eucharistica*, 2 Par. XXIX. 31.

הֻיְּדוֹת, f. pl. *celebrationes*, Nehem. XII. 8.

יְהוּדָה, *Jehudah*, filius patriarchæ Jacobi, quasi *celebrationis* filius dictus, quod mater a partu ipsius Deum

celebrasset, Genes. XXIX. 35. et eum *celebraturi essent* fratres ejus, Genes. XLIX. 8. Illud nomen post scissuram tribuum, quæ antea *Hebræi* et *Israelitæ* dicebantur, soli tribui *Jehudæ* impositum est; et quia tribus *Benjamin* ipsi postea adjuncta, una regnum judaicum constituit, inde et Benjamitæ *Judæi* dicti fuerunt; ut Mardochæus Benjamita vocatur אִישׁ יְהוּדִי, *vir judæus*, Esth. II. 5. Tandem in universos residuos nomen traductum, qui omnes vocantur *Judæi*. Impositum et terræ fuit; quam tribus Jehudæ occupavit, et Chald. דִּי יְהוּד, *terræ Judææ*, Dan. II. 25.

יְהוּדִי, m. *judæus*, Esth. III. 4. Plurale, יְהוּדִים, ver. 6. Chaldaice יְהוּדָאִין et יְהוּדָיֵא, *judæi*, Dan. III. 8.

יְהוּדִית, *judaice*, *lingua judaica*, id est, *hebraica*, 2 Reg. XVIII. 26. Hinc verbum formatum in Hithp. pro *judaizare*: partic. מִתְיַהֲדִים, *judaizabant*, *judæi fiebant*, Esth. VIII. 17.

יָדַע *scivit*, *novit*, *agnovit*, *cognovit*; *animadvertit*, *percepit*. Proprie mentis est et intellectus, quandoque etiam sensus, ut quando de concubitu dicitur: interdum operosam cognitionem denotat, pro *curare*, *curam agere*, ut Psal. I. 6. Prov. XXVII. 23. Præter. יָדַע אֶת־חַוָּה אִשְׁתּוֹ; *cognovit Evam uxorem suam*, Genes. IV. 1. nempe *concubitu maritali*, quod sic decore et honeste effertur: יָדַעְתִּי אֶת־יִצְרוֹ, *novi figmentum ejus*, Deut. XXXI. 21. id est, *mores* et *studia* ejus. Partic. אֶל־יוֹדֵעַ סֵפֶר, *ad scientem libros*, Ies. XXIX. 11. id est, *literarum peritum*: וְאָנֹכִי הַוּידֵעַ, *ego sum qui scio*, Jer. XXIX. 23. quod scriptum transpositis literis, et legendum הַיּוֹדֵעַ, ut a Masorethis notatum: יוֹדְעֵי בִינָה לָעִתִּים, *scientes intelligentiam temporum*, 1 Par. XII. 32. id est, *rationis temporum periti*. יוֹדְעֵי דַעַת, *scientes scientiam*, Dan. I. 4. id est, *præditi scientia*. Partic. præteritum sive Pahul, וִידוּעַ חֹלִי, *expertus morbos*, Ies. LIII. 3. Infinit. irregularis juxta R. D. Kimchi in libro Rad. דְּעֶה חָכְמָה, *scire sapientiam*, Prov. XXIV. 14. at Aben Esra facit Imperativum cum ה paragogico præcedente Sægol. Futurum, יֵדָע, *pernoscit*, Psal. CXXXVIII. 6. quæ forma partim perfecta, partim imperfecta est: quidam in Hiphil ponunt, alii in Pihel: at significatio hujus verbi in istis conjugationibus loco Psalmi non convenit. Chald. præter. כְּדִי יְדַע, *quum cognovisset*, Dan. VI. 10. דִּי כָּל־דְּנָה יְדַעְתָּ, *quum totum hoc cognosceres*, Dan. V. 22. דִּי אֲנָה יִדְעֵת, *quia ego novi*, Dan. IV. 6. Particip. יָדַע אֲנָא, *scio ego*, Dan. II. 8. Plural. וְלָא יָדְעִין, *neque cognoscunt*, Dan. V. 23. Construct. לְיָדְעֵי בִינָה, *scientibus intelligentiam*, Dan. II. 21. Particip. præteritum sive Pehil, יְדִיעַ לֶהֱוֵא לְמַלְכָּא, *notum ad essendum regi*, id est, *notum sit*, Esr. IV. 12. Imper. דַּע מַלְכָּא, *scito rex*, Dan. VI. 16. Futurum, וְאִנְדַּע, *et cognoscam*, Dan. II. 9. תִּנְדַּע, *cognosces*, Dan. II. 30. דִּי יִנְדְּעוּן, *ut cognoscant*, Dan. IV. 14. quæ sunt cum נ loco Daghesch, pro אֶדַּע. Niph. נוֹדַע, *notum fieri*, *agnosci*, *cognosci*, *innotescere*, *notum facere*, *animadverti*. Præt. לֹא נוֹדַע, *neque notum sit*, Deut. XXI. 1. Inf. וְאַחֲרֵי הִוָּדְעִי, *posteaquam notum factum est mihi*, Jerem. XXXI. 19. Futur. יִוָּדַע, *notus fiebat*, Psalm. LXXIV. 5. id est, *insignis*, *celebris*. Fut. וּבְקֶרֶב כְּסִילִים תִּוָּדֵעַ, *et in animo stultorum innotescit*,

cognoscendum se exhibet, Prov. XIV. 33. nempe quidquid sapientiæ reconditum est. Paucula quæ stulti, et vani scioli norunt, mire jactant et ostentant, juxta illud vetus: אַסְתִּירָא בְּלָגִינָא קִישׁ קִישׁ קָרְיָא. *stater in lagena Kis Kis clamat*. Numulus in vacuam lagenam injectus, magnum edit sonum et strepitum, si moveatur: sic est sapientia in hominibus vanis. At in sapientibus sapientia quiescit, nec profertur, nisi cum opus est, juxta illud: *parcens sermonibus novit scientiam*, Prov. XVII. 27. Sic explicatur præcedens locus a veteribus hebræorum sapientibus, codice Talmudico Bava metzia, cap. 7. fol. 85. Meminit etiam proverbii istius in hac radice Kimchi in libro Radicum. Pih. præter. יִדַּעְתָּה שַׁחַר מְקוֹמוֹ, *notum fecisti auroræ locum suum*, Job XXXVIII. 12. ubi ה in fine pertinet ad nomen sequens, et legendum juxta Masorethas, יִדַּעְתָּ הַשַּׁחַר. Pyh. particip. אַלּוּפִי וּמְיֻדָּעִי, *dux meus et notus meus*, Psalm. LV. 14. phrasis usitatissima in Judæorum epistolis, qua præcipuum et familiarem amicum compellant. Plurale, מְיֻדָּעַי, *familiares meos*, Ps. LXXXVIII. 9. Hiph. הוֹדִיעַ, *scire, experiri fecit, notum fecit, indicavit, instruxit, ostendit:* construitur cum accusativo et dativo. Præter. הוֹדַעְתָּ לָהֶם, *notum facies eis*, Exod. XVIII. 20. הוֹדַעְתִּי אוֹתָם, *scire feci eos*, Ezech. XX. 11. Hinc anomalum, יוֹדַעְתִּי אֶל־מָקוֹם, *indicavi, condixi locum talem;* et est pro הוֹדַעְתִּי, et אֶל pro אֶת. Chald. præt. הוֹדַע לְדָנִיֵּאל, *notum fecit Danieli*, Dan. II. 15. הוֹדַעְךָ, *ostendit tibi*, ver. 29. וּכְעַן הוֹדַעְתַּנִי, *nunc autem notum fecisti mihi*, ver. 23. וְהוֹדַעְנָא לְמַלְכָּא, *notum fecimus regi*, Esr. IV. 14. Particip. plurale מְהוֹדְעִין אֲנַחְנָה, *notum facimus nos*, ver. 16. Inf. לְהוֹדָעָה לְמַלְכָּא, *notam facere regi*, Dan. V. 8. לְהוֹדָעוּתָךְ, *ut nota faceremus tibi*, Esr. V. 10. לְהוֹדָעֻתַנִי, *ut notum facias mihi*, Dan. II. 26. Futur. לְמַלְכָּא יְהוֹדַע, *regi notum faciet*, Dan. II. 25. לָא תְהוֹדְעֻנַּנִי, *notum non feceritis mihi*, ver. 9. Hoph. præter. אוֹ הוֹדַע, *aut notum factum fuerit*, Levit. IV. 23. Hithp. infin. בְּהִתְוַדַּע, *quando cognoscendum præbuit se*, Gen. XLV. 1. Futur. אֵלָיו אֶתְוַדָּע, *ei notum faciam me*, Num. XII. 6.

דֵּעַ, masc. *scientia, sententia:* affix. אֲחַוֶּה דֵעִי, *indicabo sententiam meam*, Job XXXII. 10. אֶשָּׂא דֵעִי, *proferam sententiam meam*, Job XXXVI. 3. Plur. תְּמִים דֵּעִים, *perfecti scientiis*, Job. XXXVII. 16.

דֵּעָה, f. *scientia:* וְרָעוּ אֶתְכֶם דֵּעָה, *et pascent vos scientia, et intelligentia*, Jer. III. 15. Plural. אֵל דֵּעוֹת, *Deus scientiarum*, 1 Sam. II. 3.

דַּעַת, est infinitivus et inde nomen, *cognitio, notitia, scientia, sententia:* בִּבְלִי־דַעַת, *præter scientiam*, Deut. IV. 42. id est, *per imprudentiam:* בְּמִלִּין בְּלִי־דָעַת, *sermonibus absque scientia*, Job XXXVIII. 2. id est, *indoctis*, inscite prolatis. Aff. בְּדַעְתּוֹ, *scientia illius*, Prov. III. 20.

יִדְּעֹנִי, m. *ariolus, futurorum divinator*, quasi *sciolus* dictus. Apud veteres legitur: *jiddeoni* est, qui ponit os animantis, cui nomen יָדוּעַ, in os suum, et os illud postea ex sese loquitur, in codice Talmudico Sanhedrin cap. 7. fol. 65. Inde Jonathan וְתָבְעֵי גְרַם יָדוֹעַ, *et sciscitantes os jiddoa*, Lev. XX. 6. Species divinationis prohibita, Levit. XX. 27. Plur.

וְאֶל־הַיִּדְּעֹנִים, *et ad ariolos*, Levit. XIX. 31.

מַדָּע vel מַדַּע, m. *scientia:* וּמְבִינֵי מַדָּע; *et intelligentes scientiam*, Dan. I. 4. id est, *præditi scientia:* וּמַדָּע, *et scientiam*, 2 Par. I. 10. Aff. בְּמַדָּעֲךָ, *per scientiam tuam*, Eccles. X. 20. Aben Esra, *in animo et cogitationibus tuis*, quas nemo scit nisi tu, hoc est, *conscientia.*

מַנְדְּעָא, מַנְדַּע, m. Chald. idem: רוּחַ יַתִּירָא וּמַנְדַּע, *spiritus excellens et cognitio*, Dan. V. 12. וּמַנְדְּעָא, *et scientiam*, Dan. II. 21. Aff. וּמַנְדְּעִי יְתוּב עֲלַי, *et intellectus meus*, vel *mens mea reversa est ad me*, Dan. IV. 33. נ est loco Daghesch, ut et in verbo dictum.

מוֹדָע, masc. *affinis, cognatus, notus, familiaris*, Ruth II. 1. Prov. VII. 4.

מוֹדַעַת, fœm. *cognatio*, *affinitas*: affix. מוֹדַעְתָּנוּ, *cognationis nostræ* vel *de cognatione nostra*, Ruth III. 2. id est, *cognatus* vel *affinis* noster: Kametz autem est loco Tzere.

מַדּוּעַ, *quare ?* vox composita ex מַה et דּוּעַ, ut dicitur בּוּל pro יְבוּל, q. d. *quæ scientia* aut *ratio est ? quare, quamobrem ?* Usus enim ejus est, cum causam alicujus rei scire et cognoscere cupimus. מַדּוּעַ בָּאתֶם אֵלָי, *quare venistis ad me?* Gen. XXVI. 27. Aben Esra in Exod. XVIII. 14. explicat; מַדּוּעַ est quasi מָה דַעְתְּךָ, sicut מַזֶּה, מִלְּכֶם.

יָהּ, *Jah*, unum ex nominibus divinis: בְּיָהּ יְהוָֹה, *in Jah*, vel *Deo Domino*, Ies. XXVI. 4. Vide R. Salomonem in Psal. LXVIII. 5.

יְהַב Chald. *dedit*, *tradidit*, *reddidit:* præt. יְהַב בִּידָךְ, *tradidit, tradat in manum tuam*, Dan. II. 38. וִיהָבוּ גֶשְׁמֵיהוֹן, *et tradiderunt corpus suum*, Dan. III. 28. Particip. præsens, יָהֵב חָכְמְתָא, *dat sapientiam*, Dan. II. 21. Plur. יָהֲבִין לְהוֹן טַעְמָא, *reddituri illis rationem*, Dan. VI. 3. Imper. לְאָחֳרָן הַב, *alteri da*, Dan. V. 17. Præterit. pass. Pehil: יְהִיב לַהּ, *datum est ei*, Dan. VII. 4. Fœmin. יְהִיבַת לְהוֹן, *data fuerat eis*, ver. 12. וִיהִיבוּ, *et tradita fuerunt*, Esr. V. 14. Ithpah. particip. מִתְיְהֵב לְהוֹן, *dabatur illis*, Esr. IV. 20. Fœmin. תֶּהֱוֵא מִתְיַהֲבָא, *sit datus*, *detur*, Esr. VI. 8. Plur. דִּי מִתְיַהֲבִין, *quæ traduntur*, Esr. VII. 19. Futur. יִתְיְהֵב לַהּ, *detur ei*, Dan. IV. 13. וְיִתְיַהֲבוּן בִּידֵהּ, *tradanturque in manus ejus*, Dan. VII. 25. Imperat. הַב הַב, *da, da*, Prov. XXX. 15. Cum ה paragogico: הָבָה לִּי בָנִים, *da mihi liberos*, Gen. XXX. 1. הָבָה־לָּנוּ לֶחֶם, *da nobis panem*, Genes. XLVII. 15. Sequente continuo alio verbo, habet vim hortantis particulæ, ut alia quædam: הָבָה נִלְבְּנָה, *agedum, formemus lateres*, Gen. XI. 3. vide et ver. 7. et XXXVIII. 16. Exod. I. 10. Plur. הָבוּ גֹדֶל לֵאלֹהֵינוּ, *date magnitudinem Deo nostro*, Deuter. XXXII. 3. et cum Tzere ab initio, אָהֲבוּ הֵבוּ, *amant date*, id est, *munera*, Hos. IV. 18. Fœm. הָבִי הַמִּטְפַּחַת, *cedo ventrale*, Ruth III. 15.

יְהָב, masc. *onus, cura*, proprie illarum rerum, quæ nobis desunt, et nobis dari anxie et solicite petimus: הַשְׁלֵךְ עַל־יְהוָֹה יְהָבְךָ וְהוּא יְכַלְכְּלֶךָ *projice onus tuum, curas tuas super Dominum, et ipse sustentabit te*, Psal. LV. 23. R. Salomon et Aben Esra, מַשָּׂאֲךָ, *onus tuum.* Inde apud Talmudicos: » nesciebant quidam Rabbinorum quid esset הַשְׁלֵךְ יְהָבְךָ: dixit

Rabba bar Bar Channa: « quodam tempore ambulabam juxta arabem quemdam, et portabam onus. Tum dixit arabs ille ad me: שְׁקֹל יְהָבִיךְ וְשַׁדִּי אַגַּמְלַּאי, *accipe onus tuum, et injice camelis istis.* » Meghilla fol. 18. et Rosch haschana fol. 26. Kimchi in libro Rad. dicit, posse esse præteritum, q. d. *projice quod dedit tibi ad hunc diem*, et quæ tibi amplius necessaria sunt, *super eum, et ipse enutriet te*: aut nomen, *omnia donabilia tua*, id est, *donanda*, quae tibi dari desideras, et ipse dabit ea tibi, *et enutriet te.*

הַבְהָבִים, m. pl. *dona, donaria*: aff. זִבְחֵי הַבְהָבַי, *sacrificia donariorum meorum*, Hos. VIII. 13. R. Salomon et Kimchi in libro Rad. *sacrificia assatorum meorum.* Sic in Targum hierosolymitano pro hebræo צְלִי, *assatum*, ponitur, מְהַבְהַב, Ex. XII. 9. Tradit Kimchi in libro Rad. etiam arabice sic sumi. Apud Talmudicos eodem modo usurpatur codice Bava metzia, cap. 7. fol. 89. de fructibus et frugibus, quæ ad ignem assantur, ut ad cibum tanto sint commodiora. הַבְהוּב ibidem, *assatio*. Kimchi tamen in Com. a יהב deducit, et exponit מַתְּנוֹתַי, *donorum meorum, quæ ipsi putant se mihi donare.*

יהד, unde particip. מִתְיַהֲדִים, et nomina יְהוּדָה, יְהוּד, vide supra in radice יָדָה.

יהר יָהִיר, m. *superbus, arrogans*: גֶּבֶר יָהִיר, *vir arrogans*, Hab. II. 5. יוּהֲרָא, *superbia*: אִתְיְהִיר, *superbire* Talmudicis.

יוֹם m. *dies*, tam naturalis quam artificialis; et synecdochice, *tempus.* יוֹם אֶחָד, *dies unus*, Genes. I. 5. וּבְכָל־יוֹם וָיוֹם, *et in omni die et die*, Esth. II. 11. id est, *quolibet die*: הַיּוֹם, *hoc die, hodie*, Genes. XXIV. 42. כְּיוֹם בְּיוֹם, *sicut die in diem*, 1 Sam. XVIII. 10. id est, *eo die ut antea*: aff. בָּא יוֹמְךָ, *venit dies tuus*, Jer. L. 31. Duale, יוֹם אוֹ יוֹמָיִם, *diem unum aut biduum*, Exod. XXI. 21. Plurale, יָמִים בָּאִים, *dies veniunt*, 1 Sam. II. 31. Sic et *annum* significat: ut, יָמִים אוֹ עָשׂוֹר, *dies* (annum) *aut decem menses*, Genes. XXIV. 55. יָמִים, *annus erit redemptio ejus*, Levit. XXV. 29. לִשְׁלֹשֶׁת יָמִים, *triade dierum* sc. *anni*, Amos IV. 4. id est, *tertio quoque anno.* מִיָּמִים יָמִימָה, *de anno in annum*, Ex. XIII. 10. Semel defective יָמִם, Num. VI. 5. a quo significatione differt יָמִם, Gen. XXXVI. 24. Constr. כִּימֵי הַשָּׁמַיִם, *sicut dies cœli*, Deut. XI. 21. Aff. הֲמִיָּמֶיךָ, *num a diebus tuis*, Job XXXVIII. 12. et in Nun more chaldaico, קֵץ הַיָּמִין, *finis dierum*, Dan. XII. 13. Et forma fœminina, זְכֹר יְמוֹת עוֹלָם, *memento dierum seculi*, Deut. XXXII. 7. כִּימוֹת, *secundum dies*, Psalm. XC. 15. Chald. יוֹם בְּיוֹם, *die in diem*, Esr. VI. 9. id est, *quotidie*: בְּיוֹמָא, *in die*, Dan. VI. 11. Pl. וְעַתִּיק יוֹמִין, *et antiquus dierum*, Dan. VII. 9. בְּאַחֲרִית יוֹמַיָּא, *in fine dierum*, Dan. II. 28. Affix. וּבְיוֹמֵיהוֹן, *et in diebus illis*, Dan. II. 44. Fœm. מִן־יוֹמָת עָלְמָא, *a diebus seculi*, Esr. IV. 15. יוֹמָם, *interdiu*, Psal. I. 2. Cum ב, בְּיוֹמָם, Neh. IX. 19.

יוֵן m. *cœnum, lutum*: מִטִּיט הַיָּוֵן, *e cœno luti*, Psal. XL. 3. בִּיוֵן מְצוּלָה, *in cœno profunditatis*, Psal. LXIX. 3. יוֹנָה, *columba*; vide in יָנָה.

יָזַם *cogitavit*: præterit. יָזְמוּ לַעֲשׂוֹת, *cogitarunt facere*, Gen. XI. 6. Convenit cum זָמַם.

יזן, unde quidam formant partici-

pium מְזֻיָּנִים,מְזָיְּנִים, *armati*, quod vide in זון.

יזע יֶזַע, m. *sudor:* בַּיָּזַע, *cum sudore*, Ezech. XLIV. 18. id est, *veste lanea sudorem excitante*, ut R. Salomon explicat. Talmudici exponunt, במקום שמזויעין, *in loco ubi sudant*, id est, *in lumbis*, ubi caro duplicatur, et facilius sudat: Zevachim, fol. 19. 1.

זֵעָה, f. idem: constructum, בְּזֵעַת אַפֶּיךָ, *in sudore vultus tui*, Gen. III. 19. Est sicut שֵׁנָה a יָשֵׁן, scribit Aben Esra.

יחד יָחַד *adunatus fuit:* futur. תֵּחַד, *adunator*, Gen. XLIX. 6. לֹא תֵחַד, *non unies te*, Ies. XIV. 20. Pih. imper. יַחֵד לְבָבִי, *aduna cor meum*, Psal. LXXXVI. 11.

יָחִיד, *unicus*, *unigenitus:* אֵבֶל יָחִיד, *luctum unigeniti*, Jer. VI. 26. Affix. אֶת־יְחִידְךָ, *unicum tuum*, Gen. XXII. 2. Plur. יְחִידִים, *unicos*, *solitarios*, Psalm. LXVIII. 7. Fœmin. הִיא יְחִידָה, *ipsa unica*, Jud. XI. 34. Aff. יְחִידָתִי, *unicam meam*, id est, *animam*, Psal. XXII. 21.

יַחַד, *una, simul, pariter:* לְיַחַד, *ad simul, in unum*, 1 Par. XII. 17. יַחְדָּיו vel יַחְדָּו, idem; et est ut אֵלָיו, עָלָיו, sub forma nominum pluralium cum affixo Vau.

יחל Pih. *moratus, præstolatus est, exspectavit, speravit, confisus est:* item *sperare fecit, spem fecit.* Construitur cum præpositionibus לְ, אֶל et עַל. Præterit. עַל־אֲשֶׁר יִחַלְתָּנִי, *de quo mihi spem fecisti*, Psalm. CXIX. 49. לְמִשְׁפָּטֶיךָ יִחָלְתִּי, *judicia tua exspecto*, ver. 43. Futur. יְיַחֵל לִבְנֵי אָדָם, *præstolatur filios hominum*, Mich. V. 6. Hinc contractum וַיָּחֶל, *et exspectavit*, Gen. VIII. 10. pro וַיְיַחֵל: simile vide infra in יָשַׁר. Niph. præter. כִּי נוֹחֲלָה, *quod spe suffulta fuisset*, *spe aluisset se:* Ezech. XIX. 5. Kimchi in Com. Et vidit quod dies multos perstitit in spe sua, sed periit exspectatio ejus. Futurum, וַיִּיָּחֶל, *et exspectans continuit se*, Genes. VIII. 12. Hiph. præter. וְלִדְבָרוֹ הוֹחָלְתִּי, *et in verbo ejus exspectationem habeo*, Psal. CXXX. 5. Futurum, אוֹחִילָה לְפָנֶיךָ, *morabor coram te*, 2 Sam. XVIII. 14. At illud, אוֹחִילָה קִירוֹת לִבִּי, *doleo parietes cordis mei*, Jer. IV. 19. id est, *præcordia mihi dolent*, significationem habet a חוּל, *doluit:* scribitur autem cum י in medio, sed legendum per ו, ut Masorethæ notarunt.

יָחִיל, m. *exspectans*, Thren. III. 26.

תּוֹחֶלֶת, fœmin. *spes, exspectatio:* תּוֹחֶלֶת מְמֻשָּׁכָה, *spes protracta*, Prov. XIII. 12. Aff. תּוֹחַלְתִּי לְךָ הִיא, *spes mea in te est*, Psalm. XXXIX. 8. תּוֹחַלְתּוֹ נִכְזָבָה, *spes ejus fallax* vel *mendax est*, Job XLI. 1.

יחם *caluit, incaluit: coivit, concepit.* Futur. וְלֹא יֵחַם לוֹ, *et non erat calor ei*, pro יִיחַם, 1 Reg. I. 1. וַיֶּחֱמוּ הַצֹּאן, *et conceperunt oves*, pro וַיֵּחַמוּ, ut mox in Pihel, Genes. XXX. 39. וַיֵּחַמְנָה, *ut coirent* vel *conciperent*, ver. 38. cum י in forma fœminina, cui simile in יָשַׁר. Niph. part. הַנֵּחָמִים, *qui coierunt, conceperunt*, Ies. LVII. 5. juxta Kimchium, R. Salomonem et Aben Esram. Pih. præt. יֶחֱמַתְנִי, *concepit me*, Psalm. LI. 7. י cum Sægol loco Tzere propter Chateph sægol sequens, ut paulo ante. Infin. בְּעֵת יַחֵם הַצֹּאן, *tempore coire oves*, Gen. XXXI. 10. id est, *admissuræ ovium*, quo tempore coeunt et concipiunt: לְיַחֲמֶנָּה, *ut conciperent*

ipsæ, Gen. XXX. 41. cum affixo irregulari.

חֵמָה, f. *æstus iræ, excandescentia, æstuans ira:* חֲמַת אַפּוֹ, *excandescentiam iræ suæ*, Ies. XLII. 25. pro חֲמַת: nam absolutum non raro loco constructi ponitur. בְּחֵמָה in alia significatione vide in חמא. Cum א, בְּחֱמָא גְדֹלָה, *cum excandescentia magna*, Dan. XI. 44. Constructum, חֲמַת אָחִיךָ, *excandescentia fratris tui*, Genes. XXVII. 44. Affix. שְׁפֹךְ חֲמָתְךָ, *effunde excandescentiam tuam*, Jer. X. 25. Aliam hujus significationem vide in חֵמֶת. Plural. שְׁאֵרִית חֵמֹת, *residuum æstuum*, id est, *hominum æstuantium ira*, Psal. LXXVI. 11. Est etiam per metaphoram *venenum, virus*, חֲמַת נָחָשׁ, *veneni serpentis*, Psal. LVIII. 5. et sic CXL. 4. Deut. XXXII. 33. Chald. הִתְמְלִי חֱמָא, *repletus fuit excandescentia*, Dan. III. 19. בִּרְגַז וַחֲמָא, *per iram et excandescentiam*, ver. 13.

יָחֵף masc. *discalceatus:* הוֹלֵךְ יָחֵף, *incedens discalceatus*, 2 Sam. XV. 30. מִיָּחֵף, *a discalceato*, ne sit discalceatus et nudus, Jerem. II. 25. יְחוּף, *discalceatio*, Rabbinis.

* יחר, unde possit esse וַיּוֹחֶר, quod vide in אָחַר.

יַחַשׂ m. *genealogia, genus, generis recensio:* סֵפֶר הַיַּחַשׂ, *liber genealogiæ*, Neh. VII. 5.

הִתְיַחֵשׂ, Hithp. *recenseri, recensere se per genus, familiam* aut *genealogiam.* Præter. כֻּלָּם הִתְיַחְשׂוּ, *omnes hi recensiti fuerunt, per genera distribuerunt se*, 1 Paral. V. 17. Infinitiv. בְּהִתְיַחֲשָׂם, *cum per genera recenserent* vel *distribuerent se*, ver. 7. Usurpatur et loco nominis, וְאֵת הִתְיַחֲשָׂם, *et cum generis recensione*, 2 Par. XXXI. 17. Aff. מִלְּבַד הִתְיַחְשָׂם, *præter generis ipsorum mares*, ver. 16.

יָטַב *bene, bonum esse* aut *videri:* futur. יִיטַב־לִי, *bene sit mihi*, Genes. XII. 13. אֲשֶׁר־יִיטַב בְּעֵינֵיכֶם, *quod bonum visum fuerit in oculis vestris*, 2 Sam. XVIII. 4. Absque י radicali, וְיִטַב לִבֶּךָ, *bene se habeat animus tuus, bono* vel *hilari esto animo*, 1 Reg. XXI. 7. Chald. futur. וּמָה דִי עֲלָיךְ יִיטַב, *quod autem tibi bonum videbitur*, Esr. VII. 18. Hiph. הֵיטִיב, *benefacere, bene agere, melius* aut *præstantius reddere* vel *efficere:* construitur cum dativo et accusativo, quandoque cum præpos. אֶל et עִם. Præt. הֵיטִיב לָכֶם, *benefecit vobis*, Jos. XXIV. 20. הֵיטַבְתְּ חַסְדֵּךְ, *meliorem præstitisti benignitatem tuam posteriorem priore*, Ruth III. 10. Part. מְטִיבִים אֶת־לִבָּם, *bonum reddebant animum suum*, Jud XIX. 22. id est, *exhilarabant* animos suos. Imper. הֵיטִיבִי נַגֵּן, *benefac pulsando*, Ies. XXIII. 16. id est, *optime pulsa*, modulare bene. הֵיטֵב etiam adverbiascit, *bene, optime:* טָחוֹן הֵיטֵב, *molendo bene*, Deut. IX. 21. Vide et Deut. XVII. 4. Jon. IV. 9.

מֵיטָב, m. *bonum, optimum:* constr. מֵיטַב שָׂדֵהוּ, *optimum agri sui*, וּמֵיטַב כַּרְמוֹ, *et optimum vineæ suæ*, Exod. XXII. 5.

יַיִן m. *vinum:* וְיַיִן יְשַׂמַּח לְבַב־אֱנוֹשׁ, *vinum lætificat cor hominis*, Ps. CIV. 15. בַּיַּיִן שָׁגוּ, *vino errant*, Ies. XXVIII. 7. Constr. וְיֵין מִשְׁתֵּיהֶם, *vinum convivii ipsorum*, Dan. I. 16. Aff. שְׁתֵה בְלֶב טוֹב יֵינֶךָ, *bibe animo hilari vinum tuum*, Eccles. IX. 7.

יכח Hiph. הוֹכִיחַ, *arguit*, *disceptavit*, *disseruit*: *increpavit*, *reprehendit*, *corripuit*, et sic construitur cum accusativo: *adjudicavit*, cum dativo, quod vertunt *præparavit*: quamquam etiam increpandi significatio dativum regat: *dijudicavit*, cum præpositione בֵּין, *inter*. Præter. אֲשֶׁר־הוֹכִיחַ יְהוָה לְבֶן־אֲדֹנִי, *quam adjudicavit Dominus filio domini mei*, Gen. XXIV. 44. Chaldæus, דְּזַמִּין, *quam præparavit*, et sic ver. 14. וְהוֹכִיחַ לְעַמִּים רַבִּים, *et increpabit populos multos*, Ies. II. 4. Fut. וְיוֹכִיחוּ בֵּין שְׁנֵינוּ, *ut dijudicent inter nos duos*, Gen. XXXI. 37. Hoph. præt. וְהוּכַח בְּמַכְאוֹב, *et corripitur in dolore*, Job XXXIII. 19. Niph. part. נוֹכָח עִמּוֹ, *disceptans est cum eo*, Job XXIII. 7. Particip. fœm. וְנֹכָחַת, *arguta*, *erudita fuit*, Genes. XX. 16. Futurum, וְנִוָּכְחָה, *et disceptemus*, Ies. I. 18. Hithp. fut. יִתְוַכָּח, *disceptavit*, Mich. VI. 2.

תּוֹכֵחָה, fœm. *correctio*, *correptio*, *increpatio*, *reprehensio*: יוֹם צָרָה וְתוֹכֵחָה, *dies angustiæ et increpationis*, 2 Reg. XIX. 3. Plur. תּוֹכֵחוֹת, *increpationes in populis*, Psalm. CXLIX. 7.

נָדַד *vagatus*, *evagatus est*, *movit sese*, *erravit*, *aberravit*, *fugit*, *profugit*. Præterit. נָדְדוּ יַחַד, *evagantur pariter*, Ies. XXII. 3. Particip. נֹדֵד כָּנָף, *movens sese ala*, aut transitive, *moveat*, *agitet alam*, quomodo possit esse ex Pihel, Ies. X. 14. Plur. נֹדְדִים, *errabundi*, Hos. IX. 17. Fut. יִדֹּד מִמֶּךָּ, *aberret a te*, Nah. III. 7. et in Pathach, וַתִּדַּד, *ut profugeret*, Gen. XXXI. 40. Chald. præter. fœm. נַדַּת, *profugit*, *recessit*, Dan. VI. 19. Pyh. juxta quosdam, præter. וְנוֹדֵד, *et movetur*, sive *errat*, vel *fugit*, Nah. III. 17. Hiph. futurum, יְנִדֻּהוּ, *removent* vel *fugant eum*, Job XVIII. 18. Hoph. futurum, וְיֻדַּד, *et fugatur*, Job XX. 8. Hithp. præter. וְהִתְנוֹדְדָה, *et evagabitur*, vel *movebit se*, Ies. XXIV. 20. Fut. תִּתְנוֹדָד, *commoves te*, Jerem. XLVIII. 27.

יִתְנוֹדְדוּ, *vagi fugient*, Psal. LXIV. 9. quæ etiam a נוּד esse possint, cum pæne idem duæ hæ radices valeant.

נְדֻדִים, m. pl. *motus*, *jactationes*, Job VII. 4.

*נִדָּה, vide in sequenti radice.

נדה Pih. נִדָּה, *procul amovit*, *ejecit*, *expulit*, *separavit*. Participiale. הַמְנַדִּים, *qui elongant*, *longe* vel *procul amoventes*, Amos VI. 3. Et cum affixo, מְנַדֵּיכֶם. *procul arcentes*, *separantes vos*, Ies. LXVI. 5. וַיַּדַּא, vide infra in נדח.

נִדָּה, f. *separatio*, *elongatio*: *immunditia*, *impuritas mulierum menstrua*: *menstruata mulier*, ista immunditia vel laborans, vel ob eam a viro *separata*; et ita nunc *substantive*, nunc *adjective* sumitur. אִשָּׁה נִדָּה. *uxorem ex immunditia laborantem* aut *separatam*, Ezech. XVIII. 6. אֶרֶץ נִדָּה, *terra impura*, Esr. IX. 11. נִדָּה הִיא, *separatio*, *res* aut *impuritas separanda et exterminanda est*, Levit. XX. 21. אֶת־הַנִּדָּה, *separationem*, *rem* sive *immunditiam remotione dignam*, 2 Par. XXIX. 5. לְנִדָּה, *in menstruatam*, *in separatam*, hoc est, ut sit tamquam *separata* propter immunditiam menstruam, Thren. I. 17. כְּטֻמְאַת הַנִּדָּה, *tamquam impuritas menstruo laborantis*, aut *ex immunditia separata*, Ezech. XXXVI. 17. Constr. נִדַּת דְּוֹתָהּ, *separationis languoris ejus*, Levit. XII. 2. בְּנִדַּת טֻמְאָתָהּ, *in separatione immunditiei suæ*, Levit. XVIII. 19. Aff. נִדָּתָהּ, *separatio ejus*, hoc est, *immunditia menstrua ejus*, Levit. XV. 24. בְּנִדָּתָהּ, *in separatione sua*, Levit. XV. 19.

נֵדֶה, m. *pretium*, *merces meretricia*, Ezech. XVI. 33.

נְדָנִים, m. pl. *pretia*: aff. נְדָנַיִךְ *pretia tua*, Ezech. XVI. 33.

*מְנַדֶּה, vide in מדד.

נָדַח *impulit*, *depulit*, *dispulit*, *expulit*, *vibravit*: infinit. לִנְדֹּחַ, *ad vibrandum*, Deut. XX. 19. Futur. יִדַּח, *depellat*, 2 Sam. XIV. 14. Niph. præter. וְנִדַּחְתָּ, *et impellaris*, Deut. IV. 19. Partic. נִדָּח, *depulsus*, 2 Sam. XIV. 14. Fœm. וְהַנִּדָּחָה, *et depulsam*, Mich. IV. 6. Pyh. particip. מְנֻדָּח, *impulsus*, Ies. VIII. 22. Hiph. præterit. וְהִדִּיחַ, *et impellat*, 2 Sam. XV. 14. הִדַּחְתִּי, *dispuli*, Jer. XXIII. 3. Futurum, וַיַּדַּא, *et expulit*, 2 Reg. XVII. 21. quod scribitur quasi a נדה, commutato ח in א, sed juxta Masorethas legendum וַיַּדַּח. Hoph. part. מֻדָּח, *expulsus*, Ies. XIII. 14.

נִדְחֵי, vide in דָּחָה in Niphal.

מַדּוּחִים, m. pl. *depulsiones*, *expulsiones*, Thren. II. 14.

נָדָן נדן, m. *vagina*: affix. אֶל־נְדָנָהּ, *in vaginam ejus*, 1 Par. XXI, 27. נְדָנִים, vide paulo ante in נדה.

נִדְנֶה, Chald. Idem; metaphorice *corpus*, quod id spiritui sit, sicut *vagina gladio*, scribit Aben Esra, Dan. VII, 15.

נָדַף *dispulit*, *impulit*, *depulit*. Fut. et infinit. כְּהִנְדֹּף עָשָׁן תִּנְדֹּף, *sicut dispellitur fumus*, *sic dispellis eos*, Psalm. LXVIII. 3. Et defective, יֶהְדְּפֶנּוּ, *impellet eum*, Job XXXII. 13. תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ, *dispellit eam ventus*, Psal. I. 4. Niph. præter. נִדָּף, *depelletur*, Ies. XIX. 7. Particip. קוֹל עָלֶה נִדָּף, *strepitus folii impulsi* vel *agitati*, Lev. XXVI. 36. Infinitivus הִנְדֹּף fuit ante in Kal.

נָדַר *vovit*: præter. נָדַר, נֶדֶר,

votum vovit, 2 Sam. XV. 8. נָדַרְתָּ לִי, *vovisti mihi* (*illic votum*.) Genes. XXXI. 13. Imperat. נִדְרוּ וְשַׁלְּמוּ לַיהוָה, *vovete et vota reddite Domino*, Psal. LXXVI. 12.

נֶדֶר, נֵדֶר, m. *votum*, Num. XXX. 14. Aff. נִדְרִי, *votum meum*, 2 Sam. XV. 7. Plur. נְדָרִים, *vota*, Jon. I. 16. Aff. נְדָרַי שִׁלַּמְתִּי, *vota mea reddidi*, Prov. VII. 14. נִדְרֵיהֶם, *vota eorum*, Levit. XXII. 18.

נָהַג *duxit*, (rexit, gubernavit,) *abduxit, abegit; adduxit, deduxit, induxit*. Præterit. אוֹתִי נָהַג, *me ducit*, Thren. III. 2. נָהֲגוּ, *abduxerunt*, 1 Sam. XXX. 20. Part. נֹהֵג, *ducens, ductor, dux*, Psal. LXXX. 2. Plurale, נֹהֲגִים, *ducentes erant, ducebant*, 1 Sam. VI. 5. Pih. præt. נִהַגְתָּ עַמְּךָ, *duxisti populum tuum*, Ies. LXIII. 14. etc.

מִנְהָג, m. *ductus*: וּמִנְהָג כְּמִנְהַג יֵהוּא, *et ductus sicut ductus Jehu* (*est*) 2 Reg. IX. 20. ubi habetur et constructum. Apud Rabbinos etiam est *ritus*, *consuetudo*.

נָהָה *lamentatus est*, *lamentum edidit*: præter. וְנָהָה נְהִי, *et lamentabitur lamentum*, Mich. II. 4. Imper. נְהֵה, *ede lamentum*, Ezech. XXXII. 18. Niph. futur. וַיִּנָּהוּ, *et lamentati sunt*, 1 Sam. VII. 2.

נְהִי, m. *lamentum*, Mich. II. 4.

נִהְיָה, *lamentabile* vel *lamentum*, Mich. II. 4.

נֹהַּ, m. idem, Ezech. VII. 11. estque formæ שֹׁד a שָׁדַד. Nam ה assumit pronuntiationis causa Mappik.

נִי, m. idem, Ezech. XXVII. 32. est sicut רִי a רָוָה. Cum aff. בְּנִיהֶם, *in lamento suo*, Ezech. XXVII. 32.

נָהַל Pih. *duxit*, *deduxit commode et leniter*: præter. נֵהַלְתָּ, *commode ducis*, Exod. XV. 13. Particip. אֵין־מְנַהֵל לָהּ, *non erat ductor ei*, Ies. LI. 18. Futurum, יְנַהֵל, *leniter ducet*, Ies. XL. 11. וַיְנַהֲלֵם, *et duxit eos*, Genes. XLVII. 17. Hithp. futurum, אֶתְנַהֲלָה, *ducem præbebo me*, vel *leniter incedam*, Genes. XXXIII. 14.

נַהֲלוֹלִים, vide in הָלַל.

נַהֲלָאָה, vide in הלא.

נָהַם *rugiit*, *fremuit*, *gemuit*: de leonibus proprie dicitur. Præt. וְנָהַמְתָּ, *gemasque* (*in novissimo tuo*,) Prov. V. 11. וּנְהַמְתֶּם, *et gemetis*, Ezech. XXIV. 23. Particip. אֲרִי נֹהֵם, *leo rugiens*, Prov. XXVIII. 15. Futurum וְיִנְהֹם, *et fremet*, Ies. V. 29.

נַהַם, masc. *rugitus*, Prov. XX. 2. Fœmin. נְהָמָה, *fremitus*: construct. כְּנַהֲמַת־יָם, *secundum fremitum maris*, Ies. V. 30. מִנַּהֲמַת לִבִּי, *ex fremitu cordis mei*, Psalm. XXXVIII. 9.

נָהַק *rudit*. de asinis proprie dicitur. Futur. הֲיִנְהַק פֶּרֶא, *an rudit onager?* Job VI. 5. יִנְהָקוּ, *rudebant*, Job XXX. 7.

נָהַר *confluxit*, sed metaphorice de hominum concursu semper usurpatur. Præt. וְלֹא יִנְהֲרוּ, *et non confluent*, Jer. LI. 44.

נָהָר, masc. *fluvius*, *flumen*, Numer. XXIV. 6. מֵעֵבֶר לַנָּהָר, *trans flumen*, 1 Reg. XIV. 15. Constr. נְהַר פְּרָת, *flumen Euphratis*, Genes. XV. 18. Plur. נְהָרִים, *flumina*, Ies. XVIII. 2.

Duale, נַהֲרַיִם, *duo fluvii*, Gen. XXIV. 10. Construct. נַהֲרֵי, Job XX. 17. Fœmin. נְהָרוֹת, *flumina*, Ies. XIX. 6. Construct. נַהֲרוֹת בָּבֶל, *flumina Babel*, 2 Reg. V. 12. Chald. נְהַר, emphat. נַהֲרָא vel נַהֲרָה, *flumen*, Esr. VI. 10. Constr. נְהַר דִּי־נוּר, *fluvius ignis*, Dan. VII. 10.

נְהָרָה, fœm. *splendor*, Job III. 4. ex chaldaica significatione, ut sequitur.

נְהוֹרָא, Chald. fœm. *lux*, Dan. II. 22.

נַהִירוּ, f. idem, Dan. V. 11. pro נַהִירוּת per apocopam: נְהַר, *lucere*, *splendere*, apud Chaldæos. Ex ea significatione etiam quidam hebraice verbum exponunt, Psal. XXXIV. 6. Ies. LX. 5.

מִנְהָרוֹת, f. *specus*, per antiphrasin, quasi minime *lucidæ*, vel quod homines in eas *confluerent*, Jud. VI. 2.

נוא Hiph. הֵנִיא, *rupit*, *irritum fecit*, *fregit*, *infregit* vel *infringere fecit*, Numer. XXX. 6. Futur. יָנִיא, *infregerit*, vel *fecit ut infringerent*, Numer. XXX. 9. Et per apocopam, יָנִי, *irritum fecerit*, Psalm. CXLI. 5. וַיָּנִיאוּ, *et ruperunt*, Num. XXXII. 9.

תְּנוּאָה, f. *abruptio*, *ruptura*, *fractura*: cum aff. תְּנוּאָתִי, *abruptionem meam*, Numer. XIV. 34. Plural. תְּנוּאוֹת, *abruptiones*, Job XXXIII. 10. quibus sc. conatur *irritum reddere* et *infringere* institutum meum, quasi *irritationes* dicas, ab *irritus* vel *irritum reddere*. R. Levi, *occasiones*, quasi תוֹאֲנוֹת, per literarum transpositionem.

נוב *provenire*, *progerminare*, *fructum proferre*, sive *producere*, et includit abundantiam: metaphorice *eloqui*. Futur. יָנוּב, *abundet* vel *abunde proveniat*, Psalm. LXII. 11. יָנוּב חָכְמָה, *eloquetur sapientiam*, Prov. X. 31. יְנוּבוּן, *abundabunt* vel *abunde* aut *abundantiam proferent*, Psalm. XCII. 15. Pih. futur. יְנוֹבֵב בְּתֻלוֹת, *eloquentes*, *facundas faciet virgines*, Zach. IX. 17.

נִיב masc. *proventus*, *fructus*: נִיב שְׂפָתַיִם, *proventum labiorum*, Ies. LVII. 19. Affix. וְנִיבוֹ, *et proventus ejus*, Mal. I. 12.

תְּנוּבָה, f. idem, Ies. XXVII. 6. Construct. וּתְנוּבַת הַשָּׂדֶה, *et proventum agrorum*, Ezech. XXXVI. 30. Aff. וְאֶת־תְּנוּבָתִי, *et cum proventu* vel *reditu meo*, Jud. IX. 11. Plur. וַיֹּאכַל תְּנוּבֹת, *et comedit proventus*, Deut. XXXII. 13.

נוד *vagari*, *errare*, *moveri*, *agitari*, *migrare*, *emigrare*: item *condolere*, et tum regit dativum. Præter. נָדוּ, *emigrabunt*, Jerem. L. 3. Infinit. לָנוּד־לוֹ, *ad condolendum ei*, Job II. 11. לָנוּד, *ad condolendum*, *ut condoleat aliquis ei*, Psalm. LXIX. 21. etc. Chald. fut. תְּנֻד, *vagetur*, Dan. IV. 11. Pyh. נוֹדֵד, vide in נָדַד. Hiph. הֵנִיד, *errare fecit*, *movit*, *commovit*. Infinit. לְהָנִיד, *facere ut erret*, 2 Reg. XXI. 8. Futurum, וְיָנִיד, *et agitabit*, *movebit*, Jer. XVIII. 16. אַל־תְּנִדֵנִי, *ne commoveat me*, Psalm. XXXVI. 12. Hoph. particip. כְּקוֹץ מֻנָד, *sicut spina amota*, 2 Sam. XXIII. 6. Hithp. particip. מִתְנוֹדֵד, *condolentem sibi*, Jer. XXXI. 18. Alia hujus formæ vide in נָדַד.

נוֹד, *Nod*, nomen regionis in quam expulsus fuit Cain, quasi terra *vagationis* et *exsilii* dicta, Gen. IV. 16. Hinc quidam deducunt נוֹדִי, *vagatio-*

nem meam, Psalm. LVI. 9. quod ad infinitivum conjugationis Kal referri potest.

נִיד, masc. *motus*, *commotio*, Job XVI. 5. Fœm. לְנִידָה, *in agitationem*, Thren. I. 8. ut Aben Esra et R. Levi interpretantur. Quidam, *in separatam ex immunditia*, quasi idem quod לְנִדָּה, quod est versu 17. ibidem.

נֵד, m. *acervus*, *cumulus*, sic dictus quod *motu* et *agitatione* comportetur, Exod. XV. 8. כְּמוֹ נֵד, *quasi cumulum*, Psalm. XXXIII. 7.

נָד, m. *vagus*, Gen. IV. 12.

מָנוֹד, m. *agitatio*, *commotio*. Constr. מְנוֹד רֹאשׁ, *agitationem capitis*, Psal. XLIV. 15.

נוה *inhabitavit*, *in habitaculo mansit.* Futurum, וְלֹא יִנְוֶה, *neque in habitaculo permanet*, *quietus residet*, Hab. II. 5. Hiph. futurum, וְאַנְוֵהוּ, *et habitare faciam eum*, *habitaculum constituam ei*, Exod. XV. 2. Chaldæus: *exstruam ei sanctuarium*. R. Salomon: *enarrabo pulcritudinem et laudem ejus*, a נוֹי, *pulcritudo*, נָוֶה, *pulcher*, ut supra in נָאָה.

נָוָה, f. *habitatio*; *habitatrix*: construct. נְוֵת צִדְקֶךָ, *habitationem justitiæ tuæ*, Job VIII. 6. וּנְוַת בַּיִת, *et habitatrix domus*, Psalm. LXVIII. 13. Vide et supra in נאה.

נָוֶה, m. *habitaculum*, Ies. XXVII. 10. *caula*, *pascuum*, quia ibi *caulæ* fieri solent: vide et supra in נאה. Construct. נְוֵה, Exod. XV. 13. Affix. אֶל־נְוֵהוּ, *ad caulam suam*, Jer. L. 19. Plur. נְוֵיהֶם, *habitacula illorum*, Jerem. XLIX. 20. Et fœminin. נְוֹת, *caulæ*, Soph. II. 6. Et ו in א commutato, נְאוֹת, idem, Psalm. LXV. 13. בִּנְאוֹת דֶּשֶׁא, *in caulis herbæ*, id est, *herbidis*, Psalm. XXIII. 2.

E contrario supra in נאה convertitur א in ו. Vide illic.

נוח *quievit*, *requievit*, *quietum se continuit*, *resedit*. Præter. וְלֹא נָחְתִּי, *et non quievi*, Job III. 26. etc. Hiph. הֵנִיחַ, *quiescere*, *requiescere fecit*, *requiem*, *quietem attulit*, *dedit* vel *largitus est*. Construitur cum dativo et accusativo. Præteritum, הֵנִיחַ לָכֶם, *quietem dederit vobis*, Deut. XII. 10. וַהֲנִחֹתִי לָךְ, *ut quietem darem tibi*, Exod. XXXIII. 14. etc. Hoph. præt. הוּנַח, *quies data fuit*, Thren. V. 5.

נוֹחַ, נוּחַ, m. *requies*. Aff. לְנוּחֶךָ, *in requiem tuam*, 2 Par. VI. 41. Forma cum Cholem ad infinitivum Kal referri potest.

נַחַת, f. *quies*, Eccles. VI. 5. quod hinc quidem significationem, sed formam habet a יָנַח. Vide illic.

נִיחוֹחַ, m. *quies*, *gratum*, *res grata*, ut *quies* solet esse defessis. Tertia radicis geminata est. Semper autem additum est nomini רֵיחַ, *odor*, unde רֵיחַ נִיחוֹחַ, *odor quietis*, id est, *gratus*, qui Deum ab ira sua *quiescere facit*: Aben Esra ad Genes. VIII. 21. Affix. רֵיחַ נִיחֹחִי, *odorem gratum meum*, Num. XXVIII. 2. Plur. רֵיחַ נִיחוֹחֵיהֶם, *odores gratos suos*, Ezech. XX. 28. Chald. נִיחוֹחִין, *res odoris grati*, Esr. VI. 10. Dan. II. 46.

הֲנָחָה, *quies*, *immunitas*, Esth. II. 18.

מָנוֹחַ, מָנוֹחַ, masc. *quies*, *requies*, *quietis locus*, Gen. VIII. 9. Constr. מִמְּנוֹחַ הָאָרוֹן, *a quiete arcæ*, id est, *ex quo quievit arca*, 2 Par. VI. 31. Plural. לִמְנוּחָיְכִי, *ad requies tuas*, Ps. CXVI. 7. cum affixo formæ chaldaicæ.

מְנֻחָה, מְנוּחָה, f. idem, Genes. XLIX. 15. Aff. מְנֻחָתוֹ, *requies ejus*, Ies. XI. 10. Plural. עַל־מֵי מְנוּחוֹת, *ad aquas quietum*, Psal. XXIII. 2.

וּבִמְנֻחוֹת שַׁאֲנַנּוֹת, *et in requiebus tranquillis*, Ies. XXXII. 18. id est, *in locis ad quietem tranquillis.*

נוט *nutavit:* unde futur. תָּנוּט הָאָרֶץ, *nutet terra*, Psal. XCIX. 1.

נָוֵל *inquinare*, apud Rabbinos: inde chald. נְוָלוּ, *sterquilinium*, Esr. VI. 11. et נְוָלִי, Dan. II. 5. utrumque per apocopam literæ ת.

נוּם *dormitavit:* præter. נָמוּ, *dormitaverunt (somnum suum,)* Psal. LXXVI. 6. Infin. אֹהֲבֵי לָנוּם, *amantes dormitare*, Ies. LVI. 10. Futur. לֹא יָנוּם, *non dormitabit*, Psalm. CXXI. 3.

נוּמָה, f. *dormitatio, somnus levis*, Prov. XXIII. 21.

תְּנוּמָה, f. idem, Psal. CXXXII. 4. Plur. תְּנוּמוֹת, *dormitationes*, Prov. VI. 10.

*מָנוֹן, נוּן, vide infra in נִין.

נוּס *fugit, aufugit, confugit, effugit.* Præter. וְלֹא נָס, *neque fugerat*, Deuter. XXXIV. 7. etc. Hiph. הֵנִיס, *fugere, confugere fecit, fugavit:* præter. הֵנִיס אֶת־עֲבָדָיו, *fecit confugere servos suos*, Exod. IX. 20. Infin. לְהָנִיס, *ut fugere faceret*, Jud. VI. 11. Futur. יָנִיסוּ, *fugarent*, Deut. XXXII. 30. Quæ ex Hithpahel esse possint, vide infra in נָסַס.

מָנוֹס, מְנוּס, m. *fuga, effugium, perfugium.* וְאָבַד מָנוֹס, *peribitque effugium*, Jer. XXV. 35. Aff. וּמְנוּסִי, *et perfugium meum*, 2 Sam. XXII. 3. Fœm. מְנוּסָה, *fuga*, Ies. LII. 12. Constr. מְנֻסַת־חֶרֶב, *fuga gladii*, Levit. XXVI. 36.

נוּעַ *movit sese, motus, commotus, agitatus fuit, vacillavit, vagatus, evagatus est, abscessit, recessit.* Præter. נָעוּ, *vacillant*, Ies. XXVIII. 4. Part. נָע וָנָד, *vagus et jactatus, profugus, extorris*, Gen. IV. 12. Niph. futur. יִנּוֹעַ, *agitatur*, Amos IX. 9. יִנּוֹעוּ, *moventur*, Nah. III. 12. Hiph. הֵנִיעַ, *movit, commovit, agitavit, exagitavit.* Præter. וַהֲנִיעוֹתִי, *et agitabo*, Amos IX. 9. Imp. הֲנִיעֵמוֹ, *exagita eos*, Psal. LIX. 12.

מְנַעַנְעִים, m. pl. *sistra*, 2 Sam. VI. 5. sic dicta, quod stridulo sono ad *motum* et *saltationem* homines commovent, scribit Kimchi in libro Radicum, et in Commentario.

נוּף *stillavit, perstillavit*, de liquidis: *suffivit, suffumigavit*, de aridis. Præt. נַפְתִּי מִשְׁכָּבִי, *perstillavi cubile meum (myrrha)*, etc. Prov. VII. 17. Pih. נוֹפֵף, *agitavit:* futur. יְנֹפֵף יָדוֹ, *agitabit manum suam*, Ies. X. 32. Hiph. הֵנִיף, *stillavit, agitavit, ventilavit.* Sæpe autem dicitur de speciali sacrificiorum quorumdam oblatione; quæ fiebat *agitatione* versus *orientem* et *occidentem*, *meridiem* et *septentrionem*, ad ostendendum in quatuor mundi partibus debere sacrificia ad laudem nominis divini offerri; ut veteres hebræorum sapientes tradiderunt codice Talmudico Menachoth, cap. 5. fol. 61, 62. et codice Succa, cap. 3. fol. 37. Interdum, *agitare sursum*, unde Chaldæus per אֲרִים, *elevare*, reddit. Inde synecdochice pro *offerre* sumitur. Præt. הֵנִיף תְּנוּפַת זָהָב, *obtulit quisque oblationem auri (Domino)*, Exod. XXXV. 22. הֵנִיף, *agitavit (Aharon), agitando et ventilando obtulit*, Lev. IX. 21. וְהֵנַפְתָּ אוֹתָם, *et agitabis ea*, Exod. XXIX. 24. Futur. גֶּשֶׁם נְדָבוֹת תָּנִיף, *pluviam liberalissimam stillabis*, Psal. LXVIII. 10. Hoph. præterit. אֲשֶׁר הוּנַף, *quod agitatum est*, Exod. XXIX. 27.

נוֹף, masc. *tractus*, *clima*, Psalm. XLVIII. 3. Est et proprium nomen urbis *Noph*: quæ Memphis esse creditur, Ies. XIX. 13. et alias etiam *Moph* appellatur, Hos. IX. 6. Plurale apud Rabbinos, נוֹפוֹת, *tractus*, *climata terræ*.

נֹפֶת, f. *destillatio*, Psalm. XIX. 11. synecdochice *favus*, a *stillando*, Prov. V. 3. et XXIV. 13. Cant. IV. 11.

נָפָה, f. *agitatio*: *cribrum*, juxta hebræos veteres, ab *agitatione* sic dictum. Construct. בְּנָפַת שָׁוְא, *agitatione vanitatis*, Ies. XXX. 28. id est, donec in vanum et nihilum abeant. Item *tractus*, 1 Reg. IV. 11. לְנָפַת, *cum tractu*, Jos. XII. 23. Plural. וּבְנָפוֹת, *et in tractibus*, Jos. XI. 2.

נֶפֶת, f. *tractus*, Jos. XVII. 11.

תְּנוּפָה, f. *agitatio*, *elevatio*, Ies. XXX. 32. Et specialiter in sacrificiis cærimoniæ genus, ut ante in Hiphil dictum: construct. מִפְּנֵי תְנוּפַת, *propter agitationem*, Ies. XIX. 16. Plur. תְּנוּפֹת, *agitationes*, *elevationes*, *oblationes*, Num. XVIII. 11.

נוץ Hiph. הֵנֵיץ, *germinavit*, *effloruit*: præterit. הֵנֵצוּ, *germinarint*, Cant. VI. 10. Futur. cum epenthesi Aleph, וְיָנֵאץ, *et efflorescet*, Eccles. XII. 5.

נִצָּה, f. *flos*, Ies. XVIII. 5. Aff. נִצָּתוֹ, *florem ejus*, Job XV. 33. Contracte נִצָּהּ, *flos ejus*, Gen. XL. 10. pro נִצָּתָהּ: cui simile vide in פנן. Forma est a נצץ.

נִצָּנִים, m. pl. *flores*, *florentia*, Cant. II. 12. quod formam daghessatam habet, quasi a נצץ.

נִיצוֹץ, נִצָּצִים, vide in נצץ.

נור נִיר, נֵר, m. *lucerna*, *lumen*, 1 Reg. XI. 36. Aliam significationem vide infra in radice ניר. Cum Tzere, נֵר רְשָׁעִים, *lucerna improborum*, Prov. XXIV. 20. Affix. נֵרוֹ, *lucerna ejus*, Proverb. XX. 20. נֵירִי, *lucerna mea*, 2 Sam. XXII. 29. Plur. נֵרוֹת, *lucernæ*: aff. נֵרֹתֶיהָ, *lucernas ejus*, Exod. XXXIX. 37.

נוּר, Chald. *ignis*, Dan. VII. 9. emph. נוּרָא, Dan. III. pluries.

מְנוֹרָה, f. *lychnuchus*, *candelabrum*, Exod. XXV. 32. Constr. מְנֹרַת זָהָב, *candelabrum auri*, Exod. XXV. 31. Plur. מְנֹרוֹת, *lychnuchi*, 2 Par. IV. 7.

נזד Hiph. הֵזִיד, *coxit*. Futur. וַיָּזֶד יַעֲקֹב נָזִיד, *et coxit Jacob coctionem*, id est, *pulmentum*, *pultem*, vel *jusculum*, Gen. XXV. 29. Irregulare est pro וַיַּזֵּד.

נָזִיד, m. *coctio*, *decoctum*, *jusculum*, *pulmentum*, *puls*, 2 Reg. IV. 38, 39. Constr. וּנְזִיד עֲדָשִׁים, *et jusculum ex lentibus*, Gen. XXV. 34.

נָזָה *sparsus*, *aspersus*, *inspersus fuit*: vel active, *aspersit*. Futur. וַאֲשֶׁר יִזֶּה, *et qui asperserit*, Levit. VI. 27. per apocopam, וַיִּז, *et aspersa est*, 2 Reg. IX. 33. וְיֵז נִצְחָם, *et inspersum est robur eorum*, id est, *sanguis roboris*, vel *robustorum ipsorum*, Ies. LXIII. 3. Hiph. הִזָּה, *sparsit*, *aspersit*, *inspersit*, *perspersit*: וְהִזָּה מִן־הַדָּם, *et asperget de sanguine illo*, Lev. IV. 6.

נָזַל *fluxit*, *diffluxit*, *effluxit*, *perfluxit*, *stillavit*. Præter. *montes* נָזְלוּ, *diffluxerunt*, Jud. V. 5. Et irregulariter, נָזֹלוּ, *diffluunt*, Ies. LXIV. 2. etc.

Hiph. præter. הִזִּיל, *fluere fecit, profudit*, Ies. XLVIII. 21.

נֹזְלִים, m. pl. *fluentes*, participialiter, Jer. XVIII. 14. Et substantive, *fluenta*, Psalm. LXXVIII. 16. Affix. וְנוֹזְלֵיהֶם, *et fluenta eorum*, ver. 44.

מַזָּלוֹת, f. *planetæ; quia influxum* suarum virium et qualitatum præstant inferioribus rebus: וְלַמַּזָּלוֹת, *et planetis*, 2 Reg. XXIII. 5. Sunt qui ab אָזַל, *eundo et errando*, planetas sic dictos volunt, litera א elisa. Rabbini etiam *duodecim signa cœlestia* sic appellant; et singulariter מַזָּל, *sidus, constellatio*. Et מַזָּל טוֹב, *fortuna bona*, quia ex astris eam vulgo metiuntur.

נֶזֶם m. *monile*, *inauris*, ornamentum frontis et aurium, Genes. XXIV. 22. Affix. נִזְמָהּ, *inaure sua*, Hos. II. 15. Plur. וְאֶת־הַנְּזָמִים, *et inaures, quæ erant in auribus ipsorum*, Genes. XXXV. 4. Constr. וְנִזְמֵי הָאָף, *et monilia faciei*, Ies. III. 21. *frontis* scil. quæ *baccatæ* esse solent in mulieribus.

נְזַק Chald. *nocuit*, *læsit*, *damno affecit, damnum attulit*. Part. præsens, נָזִק, *damno affectus*, Dan. VI. 3. Participium Hiph. fœm. וּמְהַנְזְקַת מַלְכִין, *et damnum afferens regibus*, Esr. IV. 15. Infin. לְהַנְזָקַת מַלְכִין, *ad nocendum regibus*, vel *in damnum;* quasi nomen constructum ex infinito factum, ut sæpe, ver. 22. Futur. תְּהַנְזִק, *damnum attuleris*, ver. 13.

נֵזֶק, m. *damnum*, Esth. VII. 4.

נָזַר *separavit*, *abstraxit*, *avertit se: abstinuit*, *continuit se a re aliqua*, ex religione, sanctimonia aut certo voto. Hinc, juxta quosdam, præteritum נָזֹרוּ, *avertunt se*, Ies. I. 4. Ezech. XIV. 5. pro נָזֹרוּ, quod potius est præteritum in Niphal a זוּר. Vide illic. Niph. infin. הִנָּזֵר, *separando me*, Zach. VII. 3. Futur. וְיִנָּזֵר, *et avertet se*, Ezech. XIV. 7. וְיִנָּזְרוּ, *ut separent se*, Levit. XXII. 2. Hiph. præter. וְהִזִּיר, *et separaverit*, Numer. VI. 12. Plural. וְהִזַּרְתֶּם, *et separabitis*, Levit. XV. 31. Infinit. לְהַזִּיר, *ad separandum se*, *separatum* vel *Naziræum se futurum*, Num. VI. 2. Futur. יַזִּיר, *separet se*, *abstineto*, Num. VI. 3.

נָזִיר, m. *Naziræus*, *separatus*, qui ex pio voto a certis rebus abstinet, et Deo consecratus est, Numer. VI. 13. Et generaliter, נְזִיר אֶחָיו, *separati fratrum suorum*, Genes. XLIX. 26. נְזִירֶךָ, *separatæ tuæ*, scil. *vineæ*, a qua *separasti te* intermittens cultum ejus, Levit. XXV. 5. vel, *separationis* aut *abstinentiæ tuæ*, *a qua abstinuisti*. Sic mox in plurali. Plur. אֶת־הַנְּזִירִים, *Naziræos*, Amos II. 12. לִנְזִירִים, *in Naziræos*, Amos II. 11. נְזִרֶיהָ, *separatas ejus* scil. *vineas*, a quarum cultu *abstinueras*, Levit. XXV. 11. נְזִירֶיהָ, *Naziræi illius*, Thren. IV. 7.

נֵזֶר, m. *Naziræatus*, Num. VI. 7. *coma*, proprie ea, a qua radenda quis *abstinuit*. Affix. נִזְרֵךְ, *comam tuam*, Jerem. VII. 29. Item *corona*, *coronamentum*, Exod. XXIX. 6. נִזְרוֹ, *coronamentum ejus*, Psal. LXXXIX. 40.

מִנְּזָרִים, *coronati*, *diademati;* aff. מִנְּזָרַיִךְ, *diademati tui*, Nah. III. 17. et נ est cum Daghesch, nec scimus ejus rationem, scribit Aben Esra. Redundat igitur, aut ad ornatum est, ut alias hebræi loqui solent.

מַזָּרוֹת, f. *planetæ*, *signa cœlestia*, Job XXXVIII. 32. idem enim plurimi esse putant cum מַזָּלוֹת, de quo in נזל.

נָחָה *duxit, adduxit, abduxit, deduxit*. Præt. נָחַנִי, *deduxit me*, Gen. XXIV. 27. Imperat. נְחֵה אֶת־הָעָם, *deduc populum istum*, Exod. XXXII. 34. Hiph. præter. הִנְחַנִי, *duxit me*, Gen. XXIV. 48.

מִנְחָה, f. *munus, oblatio*, ab *adducendo*, ut quidam volunt, formæ מִצְוָה, *præceptum*. At quia pluralem ejus absolutum Rabbini efferunt מְנָחוֹת, מ cum Scheva, ideo מ radicale esse censetur, ad formam גִּבְעָה; unde plurale, גְּבָעוֹת. Si autem מ esset servile, diceretur מִנְחוֹת, ad formam מִצְוֹת. Vide ergo illud in radice מנח.

נָחַל *possedit, possessor fuit* vel *factus est, possessionem habuit, possidendum accepit*. Semel, *possidendum dedit* vel *distribuit*, ut Numer. XXXIV. 17. Futur. כָּבוֹד חֲכָמִים יִנְחָלוּ, *gloriam sapientes possidebunt*, Prov. III. 35. In Pih. נִחַל, *possidere fecit, possidendum tradidit, possessionem distribuit*: præt. אֲשֶׁר נִחַל, *quæ possidenda tradidit*, Jos. XIII. 32. נִחֲלוּ אוֹתָם, *quæ possidenda tradiderunt illis*, Jos. XIV. 1. Reliqua quæ hujus præteriti formam habent, vide in חָלַל. Hiph. præter. הִנְחַלְתִּי אֶת־אֲבֹתֵיכֶם, *possidere feci patres vestros*, Jerem. III. 18. etc. Hoph. præter. הָנְחַלְתִּי, *effectum est ut possideam*, Job VII. 3. Hithp. הִתְנַחֵל, *possessorem se constituit, possessionem adiit*: præt. וְהִתְנַחֲלוּם, *et constituent se possessores eorum*, Ies. XIV. 2. וְהִתְנַחַלְתֶּם, *constituetis vos possessores*, Levit. XXV. 46. Infinit. עַד־הִתְנַחֵל, *donec constituerint se possessores*, Num. XXXII. 18. Futur. תִּתְנַחֲלוּ, *possessionem adibitis*, Num. XXXIV. 13.

נַחֲלָה, f. *possessio*: semel irregulariter נַחֲלָת, Psalm. XVI. 6. cui simile in זָמַר, et in מָנָה. Construct. נַחֲלַת שָׂדֶה, *possessionem agri*, Num. XVI. 14. Aff. נַחֲלָתוֹ, *possessio ejus*, Deuter. XVIII. 2. נַחֲלַתְכֶם, *possessionis vestræ*, Psalm. CV. 11. Plurale, הַנְּחָלוֹת, *possessiones*, Jos. XIX. 51.

נַחַל, m. *vallis, torrens*, per vallem decurrens; et generalius, *flumen*. עַד־נַחַל, *usque ad vallem*, Numer. XIII. 23. כְּנַחַל, *tamquam torrens*, Ies. XXX. 28. Cum ה paragogico, נַחְלָה, *torrens*, Psal. CXXIV. 4. Et cum ה locali, נַחְלָה, *ad vallem*, Num. XXXIV. 5. Plur. וּנְחָלִים, *et torrentes*, Psalm. LXXVIII. 20. Duale, נַחֲלַיִם, *torrentes duo*, vel *flumina*, Ezech. XLVII. 9. Construct. נַחֲלֵי מָיִם, *flumina aquarum*, Deut. VIII. 7. Aff. נְחָלֶיהָ, *torrentes ejus*, Ies. XXXIV. 9.

נְחִילוֹת, f. pl. *Nechiloth*. Quidam hebræorum putant esse *nomen instrumenti musici*; alii *initium carminis alicujus*, ad cujus melodiam Psalmi decantabantur, Psalm. V. 1. Vide etiam in חָלַל inter nomina.

נִחַם Pih. *solatus, consolatus est alium*. Præt. נִחַם יְהוָה עַמּוֹ, *consolatus est Dominus populum suum*, Ies. XLIX. 13. Particip. מְנַחֵם, *consolans* vel *consolator*, Thren. I. 2. etc. Puh. præter. נֻחָמָה, *consolatione affecta*, Ies. LIV. 11. Futur. תְּנֻחָמוּ, *consolatione perfundemini*, Ies. LXVI. 13. Niph. נִחַם, *consolationem cepit* vel *admisit, se consolatus est*: item *pænituit*. Caute hoc præteritum a Pihel discernendum est: construitur

absolute, et cum præposit. עַל et אֶל. Præt. נִחַם עַל־אַמְנוֹן, *consolationem ceperat de Amnone*, 2 Sam. XIII. 39. *pœnitebat*, 1 Sam. XV. 35. נִחַמְתִּי עַל־הַטּוֹבָה, *pœnitet me illius boni*, Jerem. XVIII. 10. Hithp. præterit. וְהִנֶּחָמְתִּי, *et consolabor me*, Ezech. V. 13. pro הִתְנַחַמְתִּי, Sægol loco Pathach, euphoniæ causa. Particip. מִתְנַחֵם לְךָ, *consolaturus se de te*, Genes. XXVII. 42. Infinit. וַיְמָאֵן לְהִתְנַחֵם, *et renuit consolationem admittere*, Gen. XXXVII. 35. Futurum וְאֶתְנֶחָם, *et me ipsum consolor*, Psal. CXIX. 52. יִתְנֶחָם, *pœnitebit ipsum*, Deut. XXXII. 36.

נֹחַם, m. *pœnitentia*, Hos. XIII. 14.

נֶחָמָה, f. *consolatio*; aff. נֶחָמָתִי, *consolatio mea*, Psal. CXIX. 50.

נִחֻמִים, m. pl. *consolationes*, *consolatoria*, Zach. I. 13. Ies. LVII. 18. Aff. נִחוּמָי, *pœnitentiæ meæ*, hoc est, viscera mea *ob pœnitentiam commota*; Hos. XI. 8.

תַּנְחוּמִים, m. *consolationes*, Jerem. XVI. 7. Aff. תַּנְחוּמֶיךָ, *consolationes tuæ*, Ps. XCIV. 19. Fœm. תַּנְחוּמוֹת, *consolationes*, Job XV. 11. Affix. תַּנְחוּמֹתֵיכֶם, *consolationes vestræ*, Job XXI. 2.

נחץ נָחוּץ, m. *urgens*, *acceleratum*, 1 Sam. XXI. 9. Chaldæus vertit, בִּבְהִילוּ, *per celeritatem*, *celeriter*.

נחר נְחִירִים, vel dualiter נְחִירַיִם, m. *nares*, *duo narium foramina*; aff. מִנְּחִירָיו, *e naribus ejus*, Job XLI. 11.

נַחַר, m. *rhonchus*, qui per nares editur. Aff. נַחְרוֹ, *rhonchi ejus*, Job XXXIX. 20. Fœmin. נַחֲרָה, unde constr. נַחֲרַת סוּסָיו, *rhonchus equorum ejus*, Jer. VIII. 16.

נחשׁ Pih. *auguratus est*, *conjectavit*: *expertus est*, *experimento didicit*, *expertum habuit*, et quasi more augurum cognovit. Descriptio augurandi, quam Kimchi in libro Radicum adducit ex veteribus Rabbinis, exstat in codice Talmudico Sanhedrin cap. 7. fol. 65. Præter. נִחַשְׁתִּי, *experimento didici*, Gen. XXX. 27. Part. מְנַחֵשׁ, *augur*, Deuter. XVIII. 10. Infin. נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ, *experiendo experietur*, *experimento certo discet*, Gen. XLIV. 5. Fut. יְנַחֲשׁוּ, *experimento discent*, 1 Reg. XX. 33.

נַחַשׁ, m. *conjectio*, *augurium*: *incantatio*, Num. XXIII. 23. Plur. נְחָשִׁים, *auguria*, *incantationes*, Num. XXIV. 1.

נָחָשׁ, m. *serpens*. Constr. נְחַשׁ נְחֹשֶׁת, *serpentem æreum*, Numer. XXI. 9. Plur. נְחָשִׁים, *serpentes*, Jer. VIII. 17.

נְחֹשֶׁת, c. *æs*, *ærugo*: *cuprum*, sive *æs cuprium*, ab ærugine et virulentis sordibus sic dictum: et metonymice, *numella*, *compes ærea*. Juxta Kimchium etiam est *chalybs* et *chalybeum*, etsi æris olim major usus et copia fuerit. Aff. נְחֻשְׁתִּי, *numellam chalybeam meam*, Thren. III. 7. Et cum Kibbutz, נְחֻשְׁתָּם, *æs eorum*, 2 Reg. XXV. 13. נְחֻשְׁתָּהּ, *ærugo ejus*, Ezech. XXIV. 11. נְחֻשְׁתֵּךְ, *ærugo tua*, Ezech. XVI. 36. id est, *virus* seu *virulentæ sordes* ex assidua scortatione profluentes, ut *ærugo* ex *ære*. Duale, נְחֻשְׁתַּיִם, *numellæ*, *vincula chalybea*, *compedes æreæ*, Jud. XVI. 21.

נְחֻשְׁתָּן, masc. *nechuschtan*, quasi *æreus*, nomen serpentis a materia sic dicti, 2 Reg. XVIII. 4.

נָחוּשׁ, m. *chalybeus*, *æreus*, Job VI. 12. Fœmin. וּמִצְחֵךְ נְחוּשָׁה, *et*

frons tua chalybea, Ies. XLVIII. 4. כַּנְּחֻשָׁה, *quasi chalybeam*, *quasi æs*, Levit. XXVI. 19.

נְחָשׁ, m. Chald. *æs*, Dan. II. 32. emph. נְחָשָׁא, ver. 35.

נָחַת *descendit*: proprie chaldæum est. Futurum, וַתִּנְחַת עָלַי, *et descendit super me*, vel transitive, juxta quosdam, *descendere fecisti*, *demisisti supra me manum tuam*, Psal. XXXVIII. 3. Et defective, יֵחַת, *descendet*, Jerem. XXI. 13. תֵּחַת, *descendit*, *demittit se*, Prov. XVII. 10. Irregulariter cum Daghesch, יֵחָתּוּ, *descendunt*, Job XXI. 13. Chald. partic. præsens, נָחִת, *descendens*, Dan. V. 10. Niph. præt. נִחֲתוּ בִי, *descendere factæ*, *demissæ*, *infixæ sunt* (*in me*,) Psalm. XXXVIII. 3. Reliqua quæ hinc esse possent, pertinent ad חָתַת. Pih. imp. נַחֵת, *descendere fac*, *deprime*, Psal. LXV. 11. Hiph. imp. הַנְחַת, *fac ut descendant*, *demittant sese*, Joel IV. 11. Chald. imper. אֲחֵת, *descendere fac*, *deduc*, *deporta*, Esr. V. 15. Partic. מְהַחֲתִין, *repositæ erant*, vel, *reponebant*, Esr. VI. 1. cum ה characteristico, ut sæpe alias. Futur. וְתַחֵת, *et repones*, Esr. VI. 5. Hoph. præt. הָנְחַת, *descendere factus*, *depositus est*, Dan. V. 20.

נַחַת, m. *descensus*, Job XVII. 16. וְנַחַת, *et descensum*, Ies. XXX. 30. וְנַחַת, *et demissum*, *depositum*, id est, *ferculum*, Job XXXVI. 16. Vide etiam in ינח et נוח.

נְחִתִּים, m. pl. *demissi*, 2 Reg. VI. 9. pro נְחִיתִים, ex forma nominis participialis passivi chaldaici. Nam de syris propheta illic loquens, voce syra utitur.

נָטָה *inclinavit*, *extendit se*, *declinavit*, *deflexit*, *divertit*. Et active, *inclinavit*, *extendit*, *tetendit*, *intendit*. Præter. נָטִיתָ יְמִינְךָ, *extendisti dexteram tuam*, Ex. XV. 12. נָטָיוּ רַגְלָי, *declinarerant pedes mei*, Ps. LXXIII. 2. etc. Niph. præt. נִטָּיוּ, *extenduntur* vel *extendunt se*, Num. XXIV. 6. Futur. יִנָּטֶה, *extendetur*, Zach. I. 16. יִנָּטוּ, *inclinant se*, Jer. VI. 4. Hiph. הִטָּה, *fecit* aut *curavit divertere*, *reflectere*, *secedere*: *advertit*, *avertit*, *pervertit*, *inflexit*, *inclinavit*, *admovit*. Præter. הִטָּה אָזְנוֹ לִי, *inclinavit aurem suam mihi*, Psal. CXVI. 2. וְעָלַי הִטָּה חֶסֶד, *et super* vel *erga me advertit benignitatem*, Esr. VII. 28. Imperat. הַט, *inclina*, Psalm. XVII. 6. pro הַטֵּה, per apocopam. Sic fut. תַּט, *avertas*, Psalm. XXVII. 9. pro תַּטֶּה. Hoph. particip. מֻטֶּה, *perversum*, Ezech. IX. 9. Plur. מֻטּוֹת, Ies. VIII. 8.

מִטָּה, f. *lectus*, sic dictus, quasi *reclinatorium*, 2 Reg. IV. 10. Item *feretrum*, 2 Sam. III. 31. Construct. עַל־מִטַּת אִישׁ, *super lectum viri* (*Dei*) 2 Reg. IV. 21. Affix. מִטָּתוֹ, *lectum suum*, 2 Reg. IV. 32. Plural. מִטּוֹת שֵׁן, *lecti eburnei*, Amos VI. 4.

מַטֶּה, c. sed m. sæpius, *virga*, *scipio*, *baculus*, quasi *inclinatorium*, quod homo se in illum *inclinat*, quiescendi aut sustentandi causa; aut quod *extendatur* ad indicandum aut faciendum aliquid; aut *facile inclinetur*. Item *tribus*, metonymice, quod per *virgam*, cui inscriptum erat cujusque tribus nomen, significaretur; ut est Num. XVII. aut quod *tribus* sit familiæ *extensio*. Constr. מַטֵּה אַהֲרֹן, *tribus Aharonis*, Ex. VII. 12. מַטֵּה־לֶחֶם, *scipionem panis*, Levit. XXVI.

26. id est, *robur*, *fulcimentum*, alendi facultas. Affix. מַטֵּהוּ, *baculum suum*, Exod. VII. 10. אֶת־מַטְּךָ, *baculum tuum*, Exod. VIII. 12. Plurale cum affixo, בְּמַטָּיו, *virgis illius*, Hab. III. 14. Fœm. מַטּוֹת, *virgæ*, Numer. XVII. 17. *tribus*, Num. XXXIV. 13. Affix. מַטּוֹתָם, *virgas illorum*, Num. XVII. 21.

מַטָּה, *infra*, *inferne*, *infime* (quasi *inclinatum*) *deorsum*, Deut. XXVIII 43. לְמַטָּה, *inferne*, Ies. XXXVII. 31. מִלְמַטָּה, idem, Ex. XXVI. 24.

נָטַל *levavit*, *sustulit*, *imposuit*: construitur cum præpositione עַל, et proprie chaldaicum est. Præter. נָטַל עָלָיו, *imposuit ei*, Threu. III. 28. Particip. נוֹטֵל עָלֶיךָ, *impono* vel *propono tibi*, 2 Sam. XXIV. 12. Futur. יִטּוֹל, *sublaturus esset*, Ies. XL. 15. Chald. præter. נִטְלֵת, *levavi*, *sustuli*, Dan. IV. 31. et præter. pass. Pehil, fœm. נְטִילַת, *efferebatur*, Dan. VII. 4. Pih. futur. וַיְנַטְּלֵם, *et levavit eos*, Ies. LXIII. 9.

נֵטֶל, masc. *onus*, *pondus*, Proverb. XXVII. 3.

נְטִילִים, m. pl. *portatores*, *bajuli*: construct. נְטִילֵי כֶסֶף, *portatores argenti*, Soph. I. 11. id est, *divites*, juxta Chaldæum.

נָטַע *plantavit*, *consevit*. Præt. נָטַע כֶּרֶם, *plantavit vineam*, Deuter. XX. 6. נָטַעְתָּ, *plantasti*, Deuter. VI. 11. etc. Niph. præt. נִטְּעוּ, *plantantur*, Ies. XL. 24.

נֶטַע, masc. *planta*: construct. נטע שַׁעֲשֻׁעָיו, *planta lætitiarum ejus*, Ies. V. 7.

נֶטַע, masc. idem: כְּמוֹ־נָטַע, *sicut planta*, Job XIV. 9. ubi Kametz est pro Sægol propter pausam. Affix. בְּיוֹם נִטְעֵךְ, *in die plantationis tuæ*, Ies. XVII. 11. Plur. constr. נִטְעֵי נַעֲמָנִים, *plantas amœnitatum*, Ies. XVII. 10.

נְטִעִים, m. pl. *plantæ*, Psalm. CXLIV. 12.

מַטָּע, m. *planta*, Ies. LXI. 3. Aff. מַטָּעָהּ, *plantationis ipsius*, Ezech. XVII. 7. Plur. constr. לְמַטָּעֵי כָרֶם, *ad plantationes* vel *plantaria vineæ*, Mich. I. 6. Affix. מַטָּעַו, *plantarum ejus*, Ies. LX. 21. vel *plantarum mearum*: scribitur enim per ו, sed legitur juxta Masorethas per Jod, מַטָּעַי.

נָטַף *stillavit*, *destillavit*: præt. נָטְפוּ מַיִם, *stillaverunt aquas*, Jud. V. 4. Particip. præsens נֹטְפוֹת, *stillantia*, Cant. V. 13. Fut. תִּטּוֹף מִלָּתִי, *stillabit sermo meus*, Job XXIX. 22. etc. Hiph. præter. וְהִטִּיפוּ, *et stillabunt*, Amos IX. 13. Particip. præsens מַטִּיף, *stillans*, vel *stillator*, per quod *propheta* illic intelligitur, Mich. II. 11. Imperat. וְהַטֵּף, *et stilla*, vel *fac ut stillet*, id est, *prophetet*, Ezech. XXI. 2. Futur. אַטִּיף, *stillabo*, id est, *prophetabo*, *prophetiam eloquar*, Mich. II. 11. etc.

נָטָף, m. *stacte*, *stilla*, Exod. XXX. 34. Plur. constr. נִטְפֵי מַיִם, *stillæ aquarum*, Job XXXVI. 27.

נְטִיפוֹת, f. *myrothecidia*, Jud. VIII. 26. quasi *stillatoria* aut *guttatoria* dicas; vascula scil. aurea, in quibus ponebatur נָטָף, *stacte* aut *balsamum*, juxta Kimchium et Rabbi Levi. Et defective, נְטִפוֹת, Ies. III. 19. quod quidam, *catenulas*, *torques* exponunt.

נָטַר *custodivit*, *servavit*, *asservavit*: præt. נָטַרְתִּי, *custodivi*, Cant. I.

6. etc. Chald. præter. נְטַרַת, *servavi*, Dan. VII. 28.
מַטָּרָה, f. *custodia*, *carcer*, Jerem. XXXII. 2. item *scopus*, quasi *observationem* dicas: לְמַטָּרָה, *in scopum*, Job XVI. 12. Et cum א loco ה, כַּמַּטָּרָא, *ut scopum*, Thren. III. 12.

נָטַשׁ *dimisit*, *deseruit*, *permisit*, *omisit*: et quandoque intransitive, *extendit*, *expandit*: *diffudit se*. Præt. נָטַשׁ אָבִיךָ, *omisit pater tuus*, 1 Sam. X. 2. etc. Particip. præter. נְטֻשִׁים, *dimissi*, *dissiti*, *diffusi erant*, 1 Sam. XXX. 16. Fœmin. חֶרֶב נְטוּשָׁה, *gladii dimissi*, *extensi*, Ies. XXI. 15. Futur. יִטֹּשׁ, *deseret*, 1 Sam. XII. 22. וַתִּטֹּשׁ, *et extendit se*, *diffudit se*, 1 Sam. IV. 2. Niph. præter. נִטְּשׁוּ, *extenderunt se*, Ies. XVI. 8. נִטְּשָׁה, *deserta erit*, Amos V. 2. Fut. וַיִּנָּטְשׁוּ, *et diffuderunt se*, Jud. XV. 9. Pyh. præter. נֻטַּשׁ, *desertum erit*, Ies. XXXII. 14.

נְטִישׁוֹת, f. *propagines*, *sarmenta*, Ies. XVIII. 5. Item *pinnæ*: cum aff. נְטִישׁוֹתֶיהָ, *pinnas ejus*, Jerem. V. 10. נְטִישֹׁתַיִךְ, *propagines tuæ*, Jer. XLVIII. 32. omnia ab *emittendo* dicta, quasi *emissiones* dicas.

נִין m. *filius*, Job XVIII. 19. Ies. XIV. 22. Cum aff. וּלְנִינִי, *et filio meo*, Genes. XXI. 23. sic Chaldæus בַּר, *filius*: נִינָם, *filius eorum*, Psalm. LXXIV. 8. juxta Targum: R. Salomon מושליהם, *dominatores ipsorum*: vide id in יָנָה.

מָנוֹן, m. *filius*, Prov. XXIX. 21. Hinc verbum futurum ex Niphal, יִנּוֹן שְׁמוֹ, *sobolescet*, *propagabitur nomen ejus*, Psal. LXXII. 17. quasi dicas, *filiabitur*, id est, *propagabitur*, sicut familia per continuam filiorum seriem et successionem propagari solet. Aben Esra, יקרא בן, *vocabitur filius*: R. Salomon, *dominabitur*, *magnificabitur*. Apud veteres hebræorum sapientes hoc inter nomina Messiæ refertur, ut videre est in codice Talmudico Pesachim cap. 4. fol. 50. et cod. Nedarim, cap. 4. fol. 39. et in cod. Sanhedrin cap. 11. fol. 98. ubi ita scriptum. » R. Johanan dixit: Messiæ quod est nomen? Qui de schola R. Schela, responderunt: שִׁילֹה, *Schilo*, juxta illud: *donec veniat Schilo*, Gen. XLIX. 10. Qui de schola R. Janna, dixerunt: יִנּוֹן, *Jinnon*, juxta illud; *Jinnon est nomen ejus*, Psalm. LXXII. 17. Alii dixerunt, חֲנִינָא, *Chanina*: juxta illud: *non dabo vobis* חֲנִינָה, *gratiam*, Jer. XVI. 13. id est, Messiam, qui *gratiosus* vocabitur. Alii, מנחם, *Menachem*, juxta illud: *longe recessit a me* מְנַחֵם, *consolator*, Thren. I. 16. id est, Messias sic vocatus. Alii חִוָּרָא, *leprosus*: juxta illud: *vere morbos nostros ipse pertulit*, Ies. LIII. 4. » Ibidem ». Cum quidam quæsisset, ubi esset Messias, responsum fuit: יָתִיב אַפִּתְחָא דְרוֹמִי, *sedet in portis urbis Romæ* (sic in veneto exemplari legitur: at in Basileensi editione, אַפִּתְחָא דְקַרְתָּא, *in porta urbis*, quod synecdochice de Roma intelligendum): et quod est signum ejus? Sedet inter pauperes portantes morbos, id est, *leprosos*, ut Scholiastes explicat. » Hæc illic. Pluribus ibidem videtur, quomodo veteres de Messia, ejus nomine et adventus tempore fuerint soliciti. Cum vero posteriores Judæi prioribus illis pejores, animadvertissent, omnes terminos ab antiquis constitutos præteriisse, neque Messiam, qui illis quidem placeret, venisse, anathemate interdictum, ne quis tempus adventus ejus supputaret, ut pag. præcedente ibid.

legitur, תִּפַּח רוּחַן שֶׁל מַחְשְׁבֵי קִצִּין, *rumpatur spiritus eorum, qui supputant terminos.*

ניך Hiph. הֵנִיק, *lactavit:* futur. וַתְּנִיקֵהוּ, *et lactavit eum*, Exod. II. 9. Convenit cum יָנַק.

ניר Hiph. הֵנִיר, *novellavit*, agrum de novo proscidit. Imper. נִירוּ, *novellate*, Jerem. IV. 3. pro הָנִירוּ: idem, Hos. X. 12. Apud Rabbinos; נרה שנה ראשונה, *novellat anno primo, et anno secundo serit.*

נִיר, m. *novale*, ibid. et Proverb. XIII. 23. Aliam ejus significationem vide in נוּר.

נֶכֶד m. *nepos:* et collective, *nepotes, posteri*, Job XVIII. 19. Ies. XIV. 22. Aff. וּלְנֶכְדִּי, *et nepoti meo*, Gen. XXI. 23.

נכה Hiph. הִכָּה, *percussit, cecidit:* metaphorice *propagare; diffundere.* Præter. וְהִכָּה אֶרֶץ, *et percutiet terram*, Ies. XI. 4. Futurum, per apocopam, וְיַךְ שָׁרָשָׁיו, *et percutiet radices suas*, Hos. XIV. 6. id est, propagabit, diffundet. Non dissimilis usus verbi מָחָא est. Hoph. præter. הוּכָּה, *percussus, cæsus fuit*, Psalm. CII. 5. Particip. præterit. הַמֻּכָּה, *percussi*, Num. XXV. 14. Constr. מֻכֵּה, Ies. LIII. 4. מֻכִּים, *cæsi sunt, cæduntur*, Exod. V. 16. Construct. מֻכֵּי־חֶרֶב, *percussi gladio*, Jerem. XVIII. 21. Futurum, וַיֻּכּוּ, *et cædebantur*, Exod. V. 14. תֻּכּוּ, *percutiemini*, Ies. I. 5. cujus aliam significationem vide in תָּוֶךְ. Niphal præter. וְנִכָּה, *et percussus fuerit*, 2 Sam. XI. 15. Et ה in א commutato, נִכָּאוּ, *percussi sunt*, Job XXX. 8. Pih. infinit. נַכֵּה, *percutere*, Num. XXII. 6. Pyh. præter. נֻכּוּ, *percussa*, *læsa erant*, Exod. IX. 32. נֻכָּתָה, *læsum, percussum erat*, Exod. IX. 31.

נָכֶה, m. *percussus, læsus:* constr. נְכֵה רַגְלַיִם, *percussus pedibus*, 2 Sam. IV. 4. id est, claudus. וּנְכֵה רוּחַ, *et percussus spiritu*, Ies. LXVI. 2.

נֵכֶה, m. *loripes*, quasi pedibus percussus: plur. נֵכִים, *loripedes, claudi*, Psalm. XXXV. 15. Hinc et Pharao נכה dictus, quod *claudus* esset.

נְכָאִים, vide in כָּאָה.

מַכָּה, f. *plaga*, Jos. X. 10. Constr. מַכַּת, Jerem. XXX. 14. Aff. מַכָּתוֹ, *plagæ ejus*, Ies. XXX. 26. Plurale, מַכּוֹת, *plagæ*, Deuter. XXVIII. 59. מַכּוֹתָם, *plagæ eorum*, Psal. LXIV. 8. Et semel masculinum מִן הַמַּכִּים, *a plagis*, 2 Reg. IX. 15.

נֹכַח *coram, contra, e regione, ex adverso*, habetque vim nominis, quasi parte m adversam vel oppositam dicas, Exod. XL. 24. אֶל־נֹכַח, *ad coram*, id est, versus anteriorem partem, Numer. XIX. 4. לְנֹכַח אִשְׁתּוֹ, *ad coram, in præsentia uxoris suæ*, Genes. XXV. 21. לְנֹכַח הַצֹּאן, *e regione pecudum*, Genes. XXX. 38. Ex alia forma est נִכְחוֹ, *e regione ejus*, Exod. XIV. 2. cujus absolutum possit esse נֶכַח.

נְכֹחַ, *æquitas, rectitudo, rectum.* Aff. הֹלֵךְ נְכֹחוֹ, *ambulans in rectitudine sua*, Ies. LVII. 2. Plurale, נְכֹחִים, *recti*, Prov. VIII. 9. Fœm. נְכֹחָה, *rectum*, Amos III. 10. Plur. נְכֹחוֹת, *recta, æqua* vel *æquitates*, Ies. XXVI. 10.

נכל Pih. *machinatus est, cogitavit fraudulenter et callide:* præt.

אֲשֶׁר נִכְּלוּ לָכֶם, *quas machinati sunt contra vos*, Numer. XXV. 18. Hithp. לְהִתְנַכֵּל, *ut machinarentur*, Psal. CV. 25. וַיִּתְנַכְּלוּ אֹתוֹ, *et machinati fuerunt contra eum*, Genes. XXXVII. 18. Judæi *cogitare* vertunt.

נוֹכֵל, m. *machinator, fraudulentus, deceptor*, Malach. I. 14.

נֵכֶל, *machinatio callida, calliditas*: plur. cum affixo, בְּנִכְלֵיהֶם, *machinationibus suis*, Num. XXV. 18.

נכם נְכָסִים, m. pl. *opes, facultates*, 2 Par. I. 11. בִּנְכָסִים רַבִּים, *cum opibus multis*, Jos. XXII. 8. Chald. לַעֲנָשׁ נִכְסִין, *mulctæ facultatum*, Esr. VII. 26. Construct. וּמִנִּכְסֵי מַלְכָּא, *et de facultatibus regis*, Esr. VI. 8.

נכר נִכֵּר Pih. *agnovit: alienavit, alienum reddidit, aliene* vel *extranee se gessit ac ostentavit; tradidit*, et tradendo quasi alienavit. Præterit. נִכַּר אֹתוֹ, *tradidit eum*, 1 Sam. XXIII. 7. Futurum, יְנַכְּרוּ, *aliene se ostentent*, Deut. XXXII. 27. וַיְנַכְּרוּ, *et alienum reddiderunt*, Jerem. XIX. 4. לֹא תְנַכְּרוּ, *non agnoscetis*, Job XXI. 29. Niph. præter. נִכַּר, *agnitus fuit*, Job XXXIV. 19. לֹא נִכָּרוּ, *non fuerunt agniti*, Thren. IV. 8. Futur. יִנָּכֵר, *alium se simulat*, Prov. XXVI. 24. Hiph. הִכִּיר, *agnovit, cognovit, recognovit*: præter. לֹא הִכִּיר, *non agnoscit*, Deuter. XXXIII. 9. part. וְאֵין־לִי מַכִּיר, *non est mihi qui cognoscat*, Psal. CXLII. 5. מַכִּירֵךְ, *agnoscens te, qui te agnovit*, Ruth II. 19. Hithp. הִתְנַכֵּר, *cognoscendum se præbuit: extraneum egit, alienum se finxit*. Part. fœm. מִתְנַכֵּרָה, *extraneam agat, aliam se simulet*, 1 Reg. XIV. 5. Fut. וַיִּתְנַכֵּר, *et alienum se finxit*, Gen. XLII. 7. יִתְנַכֵּר, *cognoscendum præbet se*, Prov. XX. 11.

נֵכָר, m. *alienus, alienigena*, Gen. XVII. 12. Construct. נֵכַר־הָאָרֶץ, *alienigenarum terræ*, Deut. XXXI. 16.

נֵכֶר, נֶכֶר, m *alienatio, alienum, insuetum exitium*, Job XXXI. 3.

נֹכֶר, m. *alienatio*: aff. בְּיוֹם נָכְרוֹ, *in die alienationis ejus*, Obad. ver. 12. Quidam, *traditionis ejus;* et possit esse infinitivus Kal.

נָכְרִי, m. *exter, alienus, extraneus, alienigena*, Exod. XXI. 8. Plurale, נָכְרִים, *alienigenæ*, Obad. ver. 11. לְנָכְרִים, *ad alienigenas*, Thren. V. 2. Fœm. נָכְרִיָּה, *aliena*, Exod. II. 22. Plur. נָכְרִיּוֹת, *alienæ, extraneæ*, Gen. XXXI. 15. 1 Reg. XI. 18.

מַכָּר, m. *notus*: aff. מֵאֵת מַכָּרוֹ, *a noto sibi*, 2 Reg. XII. 5.

הַכָּרָה, f. *agnitio*: constr. הַכָּרַת פְּנֵיהֶם, *agnitio vultus eorum*, Ies. III. 9. de quo vide etiam in הכר.

נכת נְכֹאת, *aromata*, Genes. XXXVII. 25. Kimchi in libro Radicum, *res desiderabiles:* R. Moses sacerdos hispanus eodem modo explicavit, citante Aben Esra: R. Salomon, *omnia collectanea aromatum vocantur* נכאת: Chaldæus שְׁעַף, *cera*. Absque Aleph, נְכֹת, *thesauri, gazæ*, juxta quosdam; unde cum affixo (et habet formam num. sing.) כָּל־בֵּית נְכֹתֹה, *totam domum gazarum suarum*, seu totum gazophylacium suum, 2 Reg. XX. 13. vel juxta R.S. unonem, *totum thesaurum aromatum suorum*.

נלה Hiph. הִנְלָה, *absolvere, consummare, perficere*. Infin. כַּנְּלֹתְךָ, *secundum absolvere te*, Ies. XXXIII. 1. id est, כְּהַשְׁלִימְךָ, juxta Aben Es-

ram, vel כְּכַלּוֹתְךָ, juxta R. Salomonem.

מִנְלֶה, m. *perfectio*, *absolutio*: aff. מִנְלָם, *perfectio eorum*, Job XV. 29, id est, שְׁלֵמוּתָם, *status perfectus eorum*.

נָמַל *circumcidit*, quomodo cum מוּל convenit: item *succisus fuit*. Præterit. וּנְמַלְתֶּם אֶת־בְּשַׂר, *et circumcidetis carnem* (*præputii vestri*,) Genes. XVII. 11. Futur. יִמַּל קְצִירוֹ, *succiditur ramus ejus*, Job XVIII. 16. יִמָּלוּ, *succiduntur*, Job XXIV. 24. Niph. præterit. נִמּוֹל, *circumcisus fuit* (*Abraham*), Gen. XVII. 26. נִמֹּלוּ, *circumcisi sunt*, ver. 27. Part. plur. נִמֹּלִים, *circumcisi sunt*, Genes. XXXIV. 22.

נְמָלָה, f. *formica*, Prov. VI. 6. ab *incidendis* seminibus sic dicta: plur. נְמָלִים, *formicæ*, Prov. XXX. 25.

נָמֵר m. *pardus*, Jer. V. 6. Plur. נְמֵרִים, *pardi*, Cant. IV. 8. Chald. כִּנְמַר, *sicut pardus*, Dan. VII. 6.

נֵס Chaldaicum vide in בְּנַס: נֵס vide in נָסַס.

נָסַג *apprehendit*; futur. לֹא יַסֵּג כְּלִמּוֹת, *non apprehendet*, vel *ne apprehendat* (*vos*) *ignominia*, Mich. II. 6. juxta R. Salomon; et ס est loco שׂ, quasi a נָשַׂג. Hiph. הִסִּיג, *movit*, *amovit*: part. מַסִּיג גְּבוּל, *movens terminum*, Deut. XXVII. 17. Plur. constr. כְּמַסִּיגֵי גְבוּל, *sicut qui movent terminum*, Hos. V. 10. Futur. לֹא תַסִּיג, *ne moveto*, Deut. XIX. 14. וְתַסֵּג, *et amovebis*, Mich. VI. 14. Et ס in שׂ commutato, יַשִּׂיגוּ, *movent*, Job XXIV. 2. Hoph. וְהֻסַּג, vide in סוּג.

נָסָה *tollere*, *attollere*: imperat. נְסָה עָלֵינוּ, *attolle super nos*, Psalm. IV. 7. Futur. הֲנִסָּה דָבָר, *an proferemus verbum?* Job IV. 2. idem est cum נָשָׂה, commutatis duabus literis. Pih. נִסָּה, *tentavit*, *probavit*, *expertus fuit*, *periculum fecit*: præterit. נִסָּה, *tentaverat* (*Abrahamum*), Gen. XXII. 1. לֹא נִסָּה, *non expertus fuerat*, 1 Sam. XVII. 39.

מַסָּה, f. *tentatio*, *probatio*: et est proprium nomen loci illius, ubi tentarunt Dominum Israelitæ, Exod. XVII. 7. Construct. לְמַסַּת נְקִיִּם, *ad probationem innocentium*, Job IX. 23. Plur. הַמַּסֹּת, *tentationes*, *probationes*, Deut. VII. 19.

נָסַח *amovit*, *avulsit*, *evulsit*: *exstirpavit*: futur. יִסַּח, *evellit*, Prov. XV. 25. וְיִסָּחֲךָ, *et avellet*, *amovebit te*, Psalm. LII. 7. Et passive, יִסְּחוּ, *avellentur*, Prov. II. 22. Niph. præt. וְנִסַּחְתֶּם, *et evellemini*, Deuter. XXVIII. 63. Chaldaice, futurum Ithpeh. יִתְנְסַח, *avellatur*, Esr. VI. 11.

מַסָּח, masc. *evulsio*. *Et custodietis custodiam domus* מַסָּח, *ab evulsione*, pro מִמַּסָּח, 2 Reg. XI. 6. id est, ne aliqua *evulsio*, destructio, ruptura aut damnum domui inferatur, ut Kimchi explicat in Commentario.

נָסַךְ *fudit*, *effudit*, *perfudit*, *libavit*: *inunxit*, affundendo scilicet. Præt. נָסַכְתִּי מַלְכִּי, *inunxi regem meum*, Psalm. II. 6. Metonymice, *expandere*, *obtegere*, *obducere*, cum de aridis dicitur: convenit cum סוּךְ et סָכַךְ, quorum significata hic accommodantur. Particip. præterit. הַנְּסוּכָה, *expansum*, *obductum*, Ies. XXV. 7. Infinit. וְלִנְסֹךְ, *et ad obducendum*, Ies. XXX. 1. Niph. præt. נִסַּכְתִּי, *inuncta*

sum, Proverb. VIII. 23. Pih. futur. וַיְנַסֵּךְ, *sed effudit*, *libavit*, 1 Par. XI. 18. Chald. infinit. לְנַסָּכָה, *ad libandum*, Dan. II. 46. Hiph. וְהִסִּכוּ, *et libaverunt*, Jerem. XXXII. 29. Infin. וְהַסֵּךְ, *et libandum*, Jerem. VII. 18. Imperat. הַסֵּךְ, *libato*, Num. XXVIII. 7. Futur. וַיַּסֵּךְ, *et libavit* sive *fudit*, Gen. XXXV. 14. Hoph. futur. יֻסַּךְ, Exod. XXV. 29. vide in סָכַךְ.

נֶסֶךְ · נֵסֶךְ, masc. *fusio*, *fusile: libamen; tegumentum:* נֶסֶךְ, *fusionem*, Genes. XXXV. 14. וְנֶסֶךְ, *et libamen*, Exod. XXX. 9. הַנָּסֶךְ, *tegumenti*, Numer. IV. 7. Affix. וְנִסְכִּי, *et fusile meum*, Ies. XLVIII. 5. Plur. וּנְסָכִים, *et libamina*, Levit. XXIII. 37. Affix. וְנִסְכֵּיהֶם, *et libamina eorum*, Num. VI. 15. וּנְסָכֶיהָ, *et libamina ejus*, Num. XXIX. 31. Chald. cum affixo, וְנִסְכֵּיהוֹן, *et libaminibus eorum*, Esr. VII. 17.

נָסִיךְ, m. *libamen:* affix. נְסִיכָם, *libaminis eorum*, Deut. XXXII. 38. Plural. נְסִיכִים, *principes*, *præfecti*, *toparchæ*, quod *inuncti* dicti. Constr. נְסִיכֵי, Jos. XIII. 21. aff. כָּל־נְסִיכֵימוֹ, *omnes principes eorum*, Psalm. LXXXIII. 12.

מַסֵּכָה, fœm. *fusura*, *fusio*, *fusile: tegumentum*, *stragula:* מַסֵּכָה, *fusile*, Deuter. IX. 12. וְהַמַּסֵּכָה, *et operimenti istius*, Ies. XXV. 7. Construct. מַסֵּכַת זְהָבֶךָ, *fusilis auri tui*, Ies. XXX. 22. Plur. מַסֵּכוֹת, *fusilia*, *fusiles imagines*, 2 Paral. XXVIII. 2. מַסֵּכֹתָם, *fusionum* vel *fusurarum eorum*, Num. XXXV. 52.

מַסֶּכֶת, f. *jugum textoris*, *liciatorium*, Jud. XVI. 13. sic dictum, quod *tegatur* tela circumvoluta.

מִמְסָךְ, masc. *libamen*, Ies. LXV. 11. Vide supra in radice מָסַךְ.

נִיסָן נסן, m. *Nisan*, nomen mensis Martii, Nehem. II. 1. qui primus factus hebræis ratione anni legalis, Exod. XII. 2. ac prius אָבִיב dicebatur, Exod. XIII. 4. Hinc בָּרִאשׁוֹן, Targum בְּנִיסָן, Exod. XII. 18. Initium habet a novilunio Martii, cui majori ex parte respondet.

נָסַס *vexillum erexit:* nomen participiale, נוֹסֵס, *vexillum ferens*, *signifer*, Ies. X. 18. Pih. præt. נוֹסְסָה בוֹ, *vexillum erexerit*, vexillo erecto irruerit aut incurrerit in eum, Ies. LIX. 19. Quidam *fugaverit*, et tum est a נוּס, *fugit*. Hithp. מִתְנוֹסְסוֹת, *pro vexillis erunt*, *tamquam vexilla erecta erunt*, Zachar. IX. 16. quasi ditas *vexillata*. Infinit. לְהִתְנוֹסֵס, *ad vexillandum*, *vexillo utendum*, Psal. LX. 6.

נֵס, m. *vexillum*, *signum militare*, vel *prodigiosum*, *pertica militaris:* עַל־נֵס, *super perticam vexillarem*, Num. XXI. 8. לְנֵס, *in signum*, Num. XXVI. 10. in exemplum scil. omnibus propositum, ut erectum vexillum. Affix. נִסִּי, *vexillum meum*, Exod. XVII. 15.

מַעְגָּל, m. *plaustrorum ambitus* ad munienda castra, quasi *plaustriburgium* dicas. Cum ה locali, הַמַּעְגָּלָה, *ad plaustrorum ambitum*, 1 Sam. XVII. 20. Item *orbita*, *via plaustralis* habens *orbitas* sivè *rotarum vestigia;* constr. מַעְגַּל צַדִּיק, *orbitam justi*, Ies. XXVI. 7. Plur. constr. בְמַעְגְּלֵי־צֶדֶק, *in orbitis justitiæ*, Psalm. XXIII. 3. Aff. וּמַעְגָּלֶיךָ, *et orbitæ tuæ*, Psalm. LXV. 12. Fœmininum cum affixo, מַעְגְּלֹתָיו, *orbitas ejus*, Prov. V. 21.

עגם *contristatus*, *anxius fuit*. Præter. עָגְמָה נַפְשִׁי, *anxia erat anima mea*, Job XXX. 25.

עגן Niph. נֶעֱגַן, *morari*, *differre*, *detineri*. Futurum, תֵּעָגֵנָה, *retardabitis vos ipsas*, *morabimini*, *differetis*, Ruth I. 13. pro תֵּעָגֵנְנָה. Hinc apud priscos hebræos עוֹגֶן vel עִגּוּן, *anchora*, sic dicta quod navem *remoratur;* ad quam significationem probandam adducitur hic locus ex libro Ruth, apud Talmudicos in Bava bathra, cap. 5. in principio. In Targum, וִיעַגְּנוּנוּן לְבֵית עֲגָנָה, *et detinebantur in domo detentionis* sive *carceris*, Ies. XXIV. 22. וּבְבָתֵּי יְסוּרִין, עָגְנַיְהוֹן, *et in carceribus detinentur illi*, Ies. XLII. 22. ubi melius fortasse legi posset עָגְנִינוּן, pro עָגְנִין אִנּוּן. per compositionem tertiæ personæ pronominis cum participio, cujus tamen alia exempla hactenus mihi non occurrerunt.

עגר עָגוּר, *hirundo*, juxta R. Salomonem, Ies. XXXVIII. 14. Jer. VIII. 7. Aliis *grus*, *ardea*.

עדד Pih. עוֹדֵד, *statuminavit* particip. מְעוֹדֵד עֲנָוִים, *statuminans mansuetos*, Psal. CXLVII. 6. Futur. יְעוֹדֵד, *statuminabit*, Psalm. CXLVI. 9. Hithp. futur. וַנִּתְעוֹדָד, *et erecti consistimus*, Psalm. XX. 9. quasi dicas, *statuminati*.

עָדָה *ornavit se* vel *alium;* et ex significatione chaldaica, *transivit*. Præter. עָדָה עָלָיו, *transivit per eam*, Job XXVIII. 8. וְעָדִית עֲדִי, *et ornas te ornatu*, Ezech. XXIII. 40. Imper. עֲדֵה, *orna te*, Job XL. 10. Futurum, וָאֶעְדֵּךְ, *et ornavi te*, Ezech. XVI. 11. תַּעְדֶּה, *quæ ornat se*, Ies. LXI. 10. unde per apocopam וַתַּעַד, *et or-*

navit se, Hos. II. 15. Chaldaice *transivit*, *discessit*, *præteriit*: præt. fœm. עֲדָת מִנָּךְ, *transit*, *discedit a te*, Dan. IV. 28. Futur. יֶעְדֵּה, *præterit*, Dan. VII. 14. Et in א tertia fœmin. לָא תֶעְדֵּא, *non transit*, *intercidit*, Dan. VI. 9. Hithp. particip. מַעְדֵּה־בֶגֶד, *ornans se veste*, juxta quosdam; vel *transire faciens*, *removens*, ut Chaldæus et Aben Esra interpretantur, Prov. XXV. 20. Chald. *transire fecit*, *amovit*, *transtulit*, *abstulit*: præt. הֶעְדִּיו מִנֵּה, *amoverunt ab eo*, Dan. V. 20. Particip. מְהַעְדֵּה, *transfert*, Dan. II. 21. Futurum, יְהַעְדּוֹן, *transferent*, Dan. VII. 26.

עֲדִי, m. *ornatus*, *ornamentum*: item *os oris*. In pausa est cum Sægol, וָאֶעְדֵּךְ עֶדִי, *et ornavi te ornamento*, Ezech. XVI. 11. וַתָּבֹאִי בַּעֲדִי עֲדָיִים, *et pervenisti in ornatum ornamentorum*, Ezech. XVI. 7. id est, *ad summum ornatum*. כַּעֲדִי תִלְבָּשִׁי, *tamquam ornamento vestieris*, Ies. XLIX. 18. Aff. עֶדְיוֹ, *os ejus*, Psal. XXXII. 9. *ornamentum suum*, Exod. XXXIII. 4. עֶדְיֵךְ, *os tuum*, Ps. CIII. 5. Plur. עֲדָיִם, ut ante.

עִדִּים, m. pl. *remotiones*: res inquinatæ et abominabiles, quæ *removentur*, et *abjiciuntur*: וּכְבֶגֶד עִדִּים, *et sicut pannus remotionum*, Ies. LXIV. 5. id est, *abjectissimus*; vulgo, *pannus menstruatus*; is enim abjici solet. Significationem hanc habet juxta Chaldæum et R. Salomonem, sed formam a defectivis, quasi ab עדד.

עֵדָה, עֵדוּת, vide in עוּד.

עַד, *usque*, *usque ad*, *donec*, *dum*, *adhuc*; ac notatur eo tam loci quam temporis quidam transitus. עַד־עוֹלָם, *usque in seculum*, Psal. XVIII. 51. עַד־מְקוֹם, *usque ad locum* (*Sechem*), Gen. XII. 6. עַד־הֱיוֹתִי, *usque esse me*, Jon. IV. 2. id est, *adhuc existente me*, *cum adhuc essem*. עַד־זֶה מְדַבֵּר, *adhuc isto loquente*, Job I. 18. עַד־תְּמֻתוּן, *donec moriamini*, Ies. XXII. 14. Adjunguntur ipsi et aliæ particulæ: עַד כִּי־יָבֹא, *donec veniat*, Genes. XLIX. 10. עַד אִם, idem, Ies. XXX. 17. עַד אֲשֶׁר־נַעֲבֹר, *donec transeamus*, Num. XX. 17. עַד־מַה, vel עַד־מֶה, *usquequo?* עַד־מָתַי, idem: עַד אָן, *quousque?* עַד־הֵנָּה. עַד־כֹּה, *hucusque*, *eo usque*. עַד־הֵנָּה, *hucusque*; unde contractum עֲדֶנָּה; quod in הֵן positum: עַד־עַתָּה, *usque nunc*, *usque adhuc*, Gen. XXXII. 5. עַד מְאֹד, *usque valde*; עַד מְהֵרָה, *usque cito*, *quam maxime*, *quam celerrime*. Admittit etiam formam quasi numeri pluralis constructi עֲדֵי, cui etiam affixa pronomina junguntur, עָדַי, *usque ad me*, עֲדֵיכֶם, *ad vos*; ubi irregulariter est Kametz, quasi ex forma quiescentium secunda, cum tamen pronomen כֶם semper formæ constructæ, quæ hic est עֲדֵי, adjungatur. עָדֶיהָ, *ad eam*; עָדֶיךָ, *usque ad te*. Cum בְּ compositum est, *pro*, *propter*, *per*, *circa*: בְּעַד רָעָתָם, *propter malum ipsorum*, Jerem. XI. 14. בְּעַד־הָעָם הַזֶּה, *pro populo isto*, ibidem. בְּעַד הַחַלּוֹן, *per fenestram*, Genes. XXVI. 8. בְּעַד מְעָרוֹת, *in speluncas*, *pro speluncis*, Ies. XXXII. 14. מִבַּעַד, *inter*, *intra*, *circa*, Cant. IV. 3. Affix. וַיִּסְגֹּר יְהוָה בַּעֲדוֹ, *et occlusit Dominus pro eo*, Gen. VII. 17. *et occludes ostium* בַּעַדֵךְ וּבְעַד־בָּנַיִךְ, *pro te et pro filiis tuis*, 2 Reg. IV. 4. בַּעֲדִי, *pro* vel *circa me*, etc. Chald. עַד, *us-*

que ad, Esr. VII. 22. עַד דִּי, *usque-dum*, Dan. II. 9. עַד־מִנִּי, *donec a me*, Esr. IV. 21. עַד־כָּה, *huc usque*, Dan. VII. 28.

עַד, עֵד, *æternitas*, *seculum:* עֲדֵי־עַד, *usque in seculum*, Ies. XXVI. 4. שֹׁכֵן עַד, *inhabitans æternitatem*, Ies. LVII. 15. מִנִּי־עַד, *a seculo*, Job XX. 4. לָעַד, *in seculum*, Ies. LXIV. 8. עוֹלָם וָעֶד, *in seculum et æternitatem*, Psal. X. 16. Kimchi in suo Michlol notat, cum Segol semper et tantum scribi post עוֹלָם vel לְעוֹלָם. Semel וָעֵד, Exod. XV. 18. Aben Esra ibi notat, לְעוֹלָם וָעֶד esse conclsam locutionem pro לעולם ועד עולם.

עַד, *præda*, vide in עָדַד.

עדן Hithp. הִתְעַדֵּן, *oblectare se*. Futur. וַיִּתְעַדְּנוּ, *et oblectabunt se*, Neh. IX. 25.

עֶדְנָה, f. *oblectatio*, *voluptas*, Gen. XVIII. 12.

עֲדִינָה, f. *voluptaria*, *delicata*, Ies. XLVII. 8.

עֲדִינוֹ, aliis est proprium nomen viri, *Hadino;* aliis est appellativum, *voluptas ejus*; *volupe ipsi*, 2 Sam. XXIII. 8.

עֵדֶן, m. *voluptas*, *oblectatio*, *deliciæ*, *deliciarum locus*. Inde singulariter sumitur pro nomine proprio regionis amœnissimæ, in qua fuit hortus ille, quem *paradisum* vocant, Gen. II. 8, 10. Est et proprium nomen viri, 2 Par. XXIX. 12. Quater etiam cum duplici Segol scribitur, ut Ezech. XXVIII. 13. Plural. עֲדָנִים, *deliciæ*, 2 Sam. I. 24. Aff. וְנַחַל עֲדָנֶיךָ, *et torrente deliciarum tuarum*, Psalm. XXXVI. 9. מַעֲדַנַּי, *ex deliciis meis*, Jer. LI. 34.

מַעֲדַנִּים, m. pl. idem, Proverb. XXIX. 17. לְמַעֲדַנִּים, *in deliciis*, Thren. IV. 5. Constr. מַעֲדַנֵּי־מֶלֶךְ, *delicias regis*, Gen. XLIX. 20. Fœm. מַעֲדַנּוֹת כִּימָה, *delicias Pleiadum*, Job XXXVIII. 31. Juxta Aben Esram et R. Levi Gherson, prisci hebræi *fasciculos*, *ligamina*, exposuerunt; unde, נקים תרי מעדני אסא, *accepit duos fasciculos myrti*, Schabbath fol. 33. 2. ראשי מעדנים שלהן כשרין, *summitates fasciculorum ipsorum rectæ sunt*, Succa fol. 13. 2. המתיר ראשי מעדנים, *dissolvens capita nodorum*, Kelim cap. 20. Glossæ ubique exponunt, קשורים, *vincula*, *nodi*, *ligamina*. Sic et quidam interpretantur illud, וַיֵּלֶךְ אֵלָיו אֲגַג מַעֲדַנֹּת, *et ivit ad ipsum Agag cum vinculis*, 1 Sam. XV. 32. subaudita præpositione ב: vide Kimchium.

עדן Chald. *tempus*, emph. עִדָּנָא, Dan. II. 8. בְּעִדָּנָא, *in tempore*, Dan. III. 5. Plur. עִדָּנִין, *tempora*, Dan. IV. 13. vel עִדָּנַיָּא, Dan. II. 21. Talmudici dicunt אִידָּנָא, et sæpe has duas gutturales commutant.

עדף *redundavit*, *abundavit*, *superfuit*, *superfluum fuit:* particip. הָעֹדֵף, *quod superfluum est*, Exod. XXVI. 12. Pl. הָעֹדְפִים, *qui redundant*, Numer. III. 46. Fœm. הָעֹדֶפֶת, *quod superfluum erit*, Exod. XXVI. 12. Hiph. præterit. הֶעְדִּיף, *abundavit*, Exod. XVI. 18.

עדר *ordinavit*, *instruxit*, *disposuit*, scil. *aciem militarem*. Part. plur. construct. עֹדְרֵי מַעֲרָכָה, *disponentes* vel *servantes aciem*, 1 Par. XII. 38. Infinit. וְלַעְדֹּר, *et ad aciem servandam* vel *disponendam*, 1 Par. XII. 33. Niph. נֶעְדָּר, *deesse*, *desiderari:* item *sarriri*, *resarriri*, *pastinari*. Præter.

וְלֹא נֶעְדַּר־לָהֶם, *et non defuit eis*, 1 Sam. XXX. 19. לֹא נֶעְדָּרָה, *non defuit*, Ies. XXXIV. 16. Particip. fœm. נֶעְדֶּרֶת, *deficiens* vel *deesse facta*, *sublata*, Ies. LIX. 15. Futurum, יֵעָדֵר, *resarrietur*, Ies. V. 6. יֵעָדֵרוּן, *sarrientur*, Ies. VII. 25. Pih. futur. יְעַדְּרוּ, *deesse* vel *desiderari sinebant*, 1 Reg. V. 7. Apud Rabbinos הֶעְדֵּר, *defectus*, *privatio*: unde הסכלות היא העדר קניין חכמה, *stultitia est privatio habitus sapientiæ*. הַהֲוָיָה וְהַהֶעְדֵּר, *existentia et privatio*.

עֵדֶר, m. *grex*, tam *minorum* quam *majorum* animantium, Gen. XXXII. 16. Aff. עֶדְרוֹ, *gregem suum*, Ies. XL. 11. Plur. עֲדָרִים, *greges*, Ies. XXXII. 14. Construct. עֶדְרֵי־צֹאן, *greges pecorum*, Gen. XXIX. 2. Aff. וְעֶדְרֵיהֶם, *et greges eorum*, Jer. VI. 3.

מַעְדֵּר, m. *sarculus* vel *sarculum*: בַּמַּעְדֵּר יֵעָדֵרוּן, *cum sarculo sarrientur*, Ies. VII. 25.

עָדָשׁ masc. *lens*. Plural. וּנְזִיד עֲדָשִׁים, *et jusculum e lentibus*, Gen. XXV. 34. וַעֲדָשִׁים, *et lentes*, 2 Sam. XVII. 28.

עוּב Hiph. הֵעִיב, *obnubilavit*. Affine est verbo עָבָה, *densum esse*. Futur. יָעִיב, *obnubilabit*, *densa nube obteget*, Thren. II. 1.

עָב, f. *nubes densa*, 1 Reg. XVIII. 44. כְּעָב, *ut densa nubes*, Ies. XLIV. 22. Plur. עָבִים, masc. *nubes*, Job XXII. 14. בֶּעָבִים, *in ipsas nubes*, Jerem. IV. 29. id est, *in loca prœalta nubium*; hyperbolice juxta Kimchium: aut *in densitates*, hoc est, *densas sylvas*, juxta R. Salomonem, quasi ab עָבָה. Constr. עָבֵי שְׁחָקִים, *nubes cælorum*, Psal. XVIII. 12. Fœm. עָבוֹת, *nubes densæ*, Psal. LXXVII. 18. In Bereschit rabba, Parascha 13. legitur. » *Quinque nominibus vocatur nubes*, עָב·אֵד·עָנָן·נְשִׂיאִים·חָזִיז. *Primum* עָב, *sic dicitur* שהוא מעבב הרקיע, *quia obnubilat et obscurat faciem firmamenti.* » Reliqua vide suis locis.

עוּג *placentas coxit* seu *paravit*, quasi *placentare* dicas. Fut. תְּעֻגֶנָּה, *placentabis istam*, hoc est, *parabis* sive *coques placentam istam*, Ezech. IV. 12.

עֻגָה · עֻגָּה · עוּגָה, fœm. *placenta*, proprie *carbonibus tosta* vel *cocta*; 1 Reg. XVII. 13. Hos. VII. 8. Constr. עֻגַת רְצָפִים, *placenta carbonum*, 1 Reg. XIX. 6. Plural. עֻגוֹת, *placentæ*, Gen. XVIII. 6.

מָעוֹג, m. idem; vel juxta R. Salomonem, *panis*, *cibus*, 1 Reg. XVII. 2. Et sic, לַעֲגֵי מָעוֹג, *sanniones placentæ* vel *cibi*; Psal. XXXV. 16. id est, *parasiti*, qui gulæ causa aliis adulantur. Juxta alios, *sanniones facetiæ*.

עוּד Pih. *dispoliavit*, *prædatus est*. Præt. עִוְּדֻנִי, *dispoliaverunt me*, Psalm. CXIX. 61.

עַד, m. *spolium*, *præda*, Genes. XLIX. 27. לְעַד, *ad prædam*, Soph. III. 8. Constr. עַד־שָׁלָל, *præda spolii*, Ies. XXXIII. 23. nec sæpius hac significatione occurrit. Quidam ab עָדָה deducunt, quasi *remotionem*, vel *rem amotam* dicas.

עוּד Hiph. הֵעִיד, *testatus*, *testificatus*, *contestatus est*: sæpius construitur cum ב. Præt. הָעֵד הֵעִד בָּנוּ הָאִישׁ, *contestando contestatus est nos vir ille*, Genes. XLIII. 3. הַעֵדֹתָה בָּנוּ, *contestatus es nos*, Ex. XIX. 23. Hoph. præterit. וְהוּעַד בִּבְעָלָיו, *testibus adhibitis denunciatum fuit domino ejus*, Exod. XXI. 29.

עֵד, m. *testis*, Deut. XVII. 6. Et

interdum *testimonium*, ut Gen. XXXI. 50. Exod. XX. 16. Aff. עֵדִי, *testis meus*, Job XVI. 19. Plur. עֵדִים, *testes*, Deut. XIX. 15. Constr. cum י in medio, עֵידֵי־שֶׁקֶר, *testes falsi*, Psal. XXVII. 12. Aff. עֵדֶיךָ, *testes tuos*, Job X. 17. עֵדַי, *testes mei*, Ies. XLIII. 10.

עֵדָה, f. *testis fœminine*, *testimonium*: וְעֵדָה הַמַּצֵּבָה, *et testis (est) hæc statua*, Gen. XXXI. 52. לְעֵדָה, *in testimonium*, Genes. XXI. 30. Vide יָעַד. Plural. עֵדוֹת, *testimonia*, Deut. IV. 45. Aff. עֵדֹתָיו, *testimonia ejus*, Psal. CXIX. 2. Et cum affixo singulari, וְעֵדֹתִי, *et testimonia meum*, id est, *testimonia mea singula*, *eorum unumquodque*, Psalm. CXXXII. 12.

עֵדוּת, f. idem, Psalm. XIX. 8. בְּאֹהֶל הָעֵדֻת, *in tabernaculo testimonii*, Num. XVII. 22. אֶת־הַנֵּזֶר וְאֶת־הָעֵדוּת, *coronam et testimonium*, 2 Reg. XI. 12. id est, *librum legis*, juxta Deut. XVII. 18. Kimchi et R. Levi. Plurale cum ו mobili et aff. עֵדְוֹתָיו, *testimonia ejus*, 2 Reg. XVII. 15. עֵדְוֹתֶיךָ, *testimoniorum tuorum*, Psal. CXIX. 14. Vide Masoram ad ista loca.

תְּעוּדָה, f. *testimonium*, Ies. VIII. 16.

עוֹד *adhuc*, *amplius*, *deinceps*: בְּעוֹד, *in adhuc*; *intra*, *quum adhuc*, *dum adhuc*, *tantisper dum*: bis absque ו scribitur בְּעֹד, *tantisper dum*, Psalm. XXXIX. 2. בְּעֹד, *dum adhuc*, Jer. XV. 9. כָּל־עוֹד, *quamdiu*, Job XXVII. 3. עוֹדֶנּוּ, *adhuc ille*, Genes. XVIII. 22. עוֹדְךָ, *adhuc tu*, מֵעוֹדְךָ, *ex quo tu*: בְּעוֹדִי, *quum adhuc ego*, sc. *supersum*, *quamdiu superstes futurus sum*: מֵעוֹדִי, *ex quo die* vel *tempore sum*, *quamdiu superstes sum* vel *fui*. עוֹדֶנִּי חָי, *tantisper dum ego vixero*, 1 Sam. XX. 14. vel בְּעוֹדֶנִּי חָי, Deut. XXXI. 27. הַעוֹדָם חַיִּים, *an adhuc ipsi vivi sint*, Exod. IV. 18. עוֹדֵינָה, *adhuc nobis*, sc. *superstitibus*, Thren. IV. 17. pro עוֹדֵינוּ. Chald. עוֹד, *adhuc*, Dan. IV. 28.

עָוָה *inique*, *perverse egit*. Præt. וְעָוִינוּ, *et perverse egimus*, Dan. IX. 5. עָוְתָה, *perverse egit*, Esth. I. 16. Niph. נַעֲוָה, *perverti*, *distorqueri*, *contorqueri*: præter. נַעֲוֵיתִי, *contorqueor*, Ies. XXI. 2. Partic. construct. וְנַעֲוֵה־לֵב, *et perversus animo*, Prov. XII. 8. Fœmin. construct. בֶּן־נַעֲוַת הַמַּרְדּוּת, *fili perversæ rebellione*, 1 Sam. XX. 30. Pih. præterit. וְעִוָּה, *et pervertet*, Ies. XXIV. 1. Pyh. part. מְעֻוָּת, *perversum*, Eccl. I. 15. Hiph. præterit. הֶעֱוָה, *inique egit*, 2 Sam. XIX. 20. הֶעֱוֵיתִי, *inique feci*, 2 Sam. XXIV. 17. הֶעֱווּ, *perverterunt*, Jer. III. 21. הֶעֱוִינוּ, *inique fecimus*, Psal. CVI. 6. Infinit. הַעֲוֵה, *perverse agendo*, Jer. IX. 5. בְּהַעֲוֹתוֹ, *quum perverse egerit*, 2 Sam. VII. 14.

עַוָּה, fœm. *perversitas*: *perversa*, Ezech. XXI. 32.

עִוְעִים, m. pl. *perversitates*, Ies. XIX. 14. ex geminata prima radicali: Chaldæus, רוּחַ דִּטְעוּ, *spiritum erroris*. R. Salomon inquit, שֵׁם חוֹלִי שֶׁל טֵירוּף הַדַּעַת, *esse nomen morbi abreptæ mentis*. Aben Esra vocem irregularem putat ab עָוָה.

עֲוָיָה, f. Chald. *iniquitas*: unde plur. וַעֲוָיָתָךְ, *et iniquitates tuas*, Dan. IV. 24.

עָוֹן, masc. *perversitas*, *iniquitas*: construct. עֲווֹן, 1 Par. XXI. 8. atque sic quater cum duplici ו scribi-

tur, alias semper cum unico, Affix. עֲוֹנוֹ, *iniquitatem suam*, Ps. XXXVI. 3. Affix. בַּעֲוֹנֶךָ, *propter iniquitatem tuam*, Hos. XIV. 2. Plural. עֲוֹנִים. Cum aff. עֲוֹנֶיךָ, *iniquitatum tuarum*, Ezech. XXVIII. 18. Et cum defectu Jod, עֲוֹנֵנוּ, *iniquitates nostræ*, Jer. XIV. 7. מֵעֲוֹנֵינוּ, *ab iniquitatibus nostris*, Dan. IX. 18. Et fœmininum, עֲוֹנֹת, *iniquitates*, Levit. XVI. 21. Affix. עֲוֹנוֹתָיו, *iniquitates ejus*, Prov. V. 22. עֲוֹנֹתַי, *iniquitates meæ*, Psalm. XXXVIII. 5. Hinc juxta quosdam, לִשְׁתֵּי עֹינֹתָם, *propter duas iniquitates ipsorum*, Hos. X. 10. nam juxta Masorethas legendum עוֹנוֹתָם, quod LXX. acceperunt עֲוֹנֹתָם, *iniquitates ipsorum*. Vide amplius in עין.

עוז Hiph. הֵעִיז, *coire*, *congregari*, *congregare se*; et active *congregare*. Præterit. הֵעִיזוּ, *congregant se*, Ies. X. 31. scil. *ad fugam*, ut R. Salomon explet. Imper. הָעֵז אֶת־מִקְנְךָ *congrega pecus tuum*, Exod. IX. 19. הָעִיזוּ, *congregate vos*, Jer. IV. 6. Et defective, הָעִזוּ, Jer. VI. 1.

עול m. *infantulus*, *lactens*, *fœtus*, Ies. LXV. 20. Aff. עוּלָהּ, *fœtus* vel *infantuli sui*, Ies. XLIX. 15.

עָלוֹת, f. pl. *lactantes*, *fœtæ*, quæ *parvulos* vel *fœtum lactant*, Genes. XXXIII. 13.

עוֹלָל, עוֹל, vide in עָלַל.

עָוַל Pih. *inique egit*. Part. מְעַוֵּל, *inique agens*, Psalm. LXXI. 4. Fut. יְעַוֵּל, *inique aget*, Ies. XXVI. 10.

עֲוִיל, m. *iniquus*, Job XVI. 11. Plur. עֲוִילִים, *iniqui*, Job XIX. 18. juxta R. Levi: vel *parvuli*, quasi sit a præcedenti themate, juxta Chaldæum et Aben Esram: et sic affix. עֲוִילֵיהֶם, *parvulos suos*, Job XXI. 11. Ad hoc ita notatur in Bereschit rabba sect. 36. בערביה צווחין לינוקא עוילה, *in Arabia vocant parvulam*, sive *puellam* עוילה. Est ergo arabicum, ut alia in libro Job.

עַוָּל, m. *iniquus*, Job XVIII. 21. לְעַוָּל, *iniquo*, Job XXXI. 3.

עָוֶל, m. *iniquitas*, Lev. XIX. 15. Constr. בְּעֶוֶל רְכֻלָּתְךָ, *propter iniquitatem* vel *improbitatem mercaturæ tuæ*, Ezech. XXVIII. 18. Aff. בְּעַוְלוֹ, *propter iniquitatem suam*, Ezech. XVIII. 26.

עַוְלָה, f. idem, 2 Sam. III. 34. Et ו ac ל transpositis, עֲלוָה, Hos. X. 9. Cum duplici siguo fœminino, עַוְלָתָה, Hos. X. 13. Aff. בְּעַוְלָתָה, *in iniquitatem*, Psal. CXXV. 3.

עוֹלָה, f. idem: unde עֹלָתָה, *nequitia*, Job. V. 16. Plural. עוֹלֹת, *iniquitates*, Psal. LXIV. 7. et LIII. 5. Aliter vide in עלה.

עוֹנָה עון, f. *tempus*, juxta hebræos communiter, sed *determinatum* et *statutum certæ rei*. Aff. עֹנָתָהּ, *tempus ejus*, Exod. XXI. 10. ut scil. *suo tempore* debitum conjugale ipsi præstet ad suscipiendam ex ea prolem, qui finis est conjugii. *Tria* enim in ista lege marito imponuntur, quæ uxori debet præstare; nempe שְׁאֵרָהּ, *alimentum ejus*; כְּסוּתָהּ, *vestitum ejus*; וְעֹנָתָהּ, id est, תַּשְׁמִישׁ, *officium debiti conjugalis*, quod verecunde a *tempore statuto* appellat, quia non quovis tempore convenit, propter immunditiem ejus statam, de qua et lex posita est. Aben Esra monet quosdam interpretari דִּירָתָהּ, *habitationem ejus*, sed priorem sensum genuinum esse. Plurale hujus quidam faciunt, לִשְׁתֵּי עֹינֹתָם, *in duabus habitationibus ipsorum*, Hos. X. 10. legendum enim illud est juxta Masorethas עוֹנוֹתָם. Id quidam accipiunt,

quasi idem sit cum sequenti מָעוֹן et מְעוֹנָה. Vide amplius in עַיִן.

עוֹנֵן, מְעוֹנֵן. vide infra in עַיִן.

מָעוֹן, m. *habitatio*, *habitaculum*, 1 Sam. II. 29. Constr. מְעוֹן, Psalm. XXVI. 8. Aff. מְעוֹנוֹ, *habitaculum ejus*, 2 Par. XXXVI. 15. מְעוֹנֶךָ, *habitaculum tuum*, Psal XCI. 9. Plur. cum Schurek; וְאֶת־הַמְּעִינִים, *et habitacula*, 1 Par. IV. 41. Scribitur cum י, et legitur, מְעוֹנִים. Fœminin. מְעוֹנָה, idem, Deuter. XXXIII. 27. Aff. וּמְעוֹנָתוֹ, *et habitaculum ejus*, Psal. LXXVI. 3. Plur. בַּמְּעוֹנוֹת, *in habitaculis*, Job XXXVIII. 40. Affix. וּמְעוֹנֹתָיו, *et habitacula sua*, Nah. II. 13.

* עוּעַ, עִוְעִים, vide supra in עוה.

עוּף *volavit*, *volitavit*, *advolavit*; *avolavit*, *evolavit*; *involavit*, *convolavit*. Præter: וְעָפוּ, *et involent*, Ies. XI. 14. Particip. fœmin. עָפָה, *volans*, Zach. V. 1. Plur. עָפוֹת, Ies. XXXI. 5. Infin. לָעוּף, *ad volandum*, Proverb. XXVI. 2. Futur. אָעוּפָה, *evolarem*, Psalm. LV. 7. תָּעֻפָה, *evolabis*, juxta quosdam, scil. *ex tenebris calamitatum*; vel *splendebis*, R. Levi; vel *si obscurus fueris*, Aben Esra, Job XI. 17. estque cum ה paragogico præter morem. כְּנֶשֶׁר וְעִיף, *sicut aquila avolat*, Prov. XXIII. 5. quod legendum יָעוּף, ut Masorethæ notant. Pih. partic. שָׂרָף מְעוֹפֵף, *prester volans*, Ies. XIV. 29. Infinit. בְּעוֹפְפִי חַרְבִּי, *quum faciam ut volet gladius meus*, Ezech. XXXII. 10. id est, *cum vibravero*, *agitavero*, vel *motavero* gladium meum. Fut. יְעוֹפֵף עַל־הָאָרֶץ, *volet super terram*, Gen. I. 20. Hiph. הֲתָעִיף עֵינֶיךָ בּוֹ, *an facies ut involent oculi tui in eo?* Prov. XXIII. 5. Scribitur cum ך, sed juxta Masorethas legendum תָּעִיף. Hoph. particip. מֻעָף בִּיעָף, *volare jussus cum lassitudine*, Dan. IX. 21. id est, *coactus volare tanta contentione*, *ut lassus fuerit*: nam י in בִּיעָף est radicale, a יָעַף, formæ בִּיקָר, quod est a יָקַר, scribit Aben Esra. Alii, *volare factus volatu*, quasi יְעָף sit ex hac radice, et י servile, ut in יְקוּם, quod est a קוּם. Hithp. יִתְעוֹפֵף כְּבוֹדָם, *avolabit gloria eorum*, Hos. IX. 11.

עוֹף, masc. *avis*, *volucris*, *volatile*; collectivum est, et transfertur ad omnia volatilia. Chald. גַּפִּין אַרְבַּע דִּי־עוֹף, *alæ quatuor volucris*, Dan. VII. 6. וְעוֹף־שְׁמַיָּא, *et volucres cœli*, Dan. II. 38.

עֵיפָה, f. *obscuritas*, Amos IV. 13. Cum duplici signo fœm. עֵפָתָה, *obscuritas maxima*, Job X. 22.

עַפְעַפַּיִם, m. dual. *palpebræ*, a *vibratione* et *motu*, qui *volatui* comparatur, sic dictæ; ut supra in Pihel de gladio usurpatur verbum. Constr. בְּעַפְעַפֵּי־שָׁחַר, *in palpebras auroræ*, Job III. 9. id est, *radios*, *lumina*. Aff. עַפְעַפָּיו, *palpebræ ejus* (*probant filios hominum*), Psal. XI. 4.

מָעוּף, m. *obscuratus*: construct. מְעוּף צוּקָה, *obscuratus angustia*, Ies. VIII. 22.

עוּץ *consuluit*, *consilium iniit*. Imper. עֻצוּ וְדַבֵּרוּ, *consilium inite*, *et colloquimini*, Jud. XIX. 30.

עוּק Hiph. הֵעִיק, *premere*, *arctare*: part. מֵעִיק, *premo vel pressurus sum*, כַּאֲשֶׁר תָּעִיק, *quemadmodum premit plaustrum*, Amos II. 13.

עָקָה, f. *pressura*: construct. מִפְּנֵי

עָקַת רָשָׁע, *propter pressuram vel angorem improbi*, Psal. LV. 4.

מוּעָקָה, fœm. *pressura*, *constrictio*, Psal. LXVI. 11.

עוּר *evigilare*, *expergisci*: imper. עוּרָה כְבוֹדִי, *evigila gloria mea*, Ps. LVII. 9. Fœmininum, עוּרִי, Jud. V. 12. Semel activum, כִּי יְעִירֶנּוּ, *ut evigilare faciat*, *excitet eum*, Job XLI. 2. quod scribitur ex Hiphil, legitur יְעוּרֶנּוּ ex Kal, pro יָעוּר עִמּוֹ, vel יִתְעוֹרֵר עִמּוֹ. Niph. præter. נֵעוֹר, *excitatus fuit*, Zach. II. 17. cum Tzere sub נ præter morem. Futurum, יֵעוֹר, *excitabitur*, Jerem. VI. 22. עֶרְיָה תֵעוֹר, *nudatione excitabitur*, Hab. III. 9. vel potius, *nudando nudabitur*, ut hebræi exponunt; et significatio sit ab עָרָה. Pih. עִוֵּר, *excæcavit*, Jer. LII. 11. Futurum, יְעַוֵּר, *excæcat*, Exod. XXIII. 8. Et alia forma, *evigilare fecit*, *suscitavit*, *excitavit*. Præterit. עוֹרֵר אֶת־חֲנִיתוֹ, *suscitavit lanceam suam*, id est, *vibravit*, 2 Sam. XXIII. 18. עוֹרְרוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ, *excitaverant palatia sua*, id est, *restauraverant*, *exstruxerant*, Ies. XXIII. 13. Hinc etiam juxta Aben Esram anomalum illud ex geminata prima radicali, יְעֹעֵרוּ, *excitabunt*, pro יְעוֹרְרוּ, Ies. XV. 5. R. Salomon, *vociferabuntur*, ex chaldaica lingua; juxta illud, יְעוֹעֲרוּן בְּקָלְהוֹן, *vociferantur voce sua*, quod citat ex Targum, Ies. XVI. 10. sed illic non reperitur. Possit esse pro יְרוֹעֲעוּ, juxta illud, לֹא יְרוֹעַע, *non habebitur vociferatio*, Ies. XVI. 10. Aliud geminatum עַרְעֵר vide in עָרָה. Hiph. הֵעִיר, *excitavit*, *suscitavit*; et interdum intransitive, *evigilavit*. Imperat. הָעִירָה, *evigila*, Psalm. XXXV. 23. Hithp. præter. וְהִתְעוֹרַרְתִּי, *et excitavi me*, Job XXXI. 29. Particip. מִתְעוֹרֵר, *excitans se*, Ies. LXIV. 7. Imperat. הִתְעוֹרְרִי, *expergiscere*, Ies. LI. 17.

עֵר, m. *vigilans*, *vigil*, id est, *acris et excitatus* ad aliquid peragendum, Mal. II. 12.

עִיר, m. Chald. *vigil*, Dan. IV. 10. Plur. בִּגְזֵרַת עִירִין, *decreto vigilum*, ver. 14.

עִיר, *civitas*, vide infra suo loco.

עוּר, m. Chald. *gluma*, וַהֲווֹ כְּעוּר, *fueruntque ut stupa*, Dan. II. 35. Forte, inquit Kimchi, est quasi נְעוּר *excussum*, ut hebraice נְעֹרֶת, *stupa*, a נָעַר, *excussit*.

עוֹר, מָעוֹר, vide in עָרָה.

עָר, m. *inimicus*, *adversarius*, quasi *in malum alterius vigilans*. Aff. עָרֶךָ, *inimicus tuus*, 1 Sam. XXVIII. 16. Plural. עָרֶיךָ, *adversarios tuos*, Mich. V. 13. Sic Psalm. CXXXIX. 20. Chald. לְעָרָיךְ, *inimicis tuis*, Dan. IV. 16. Possit plane esse chaldaicum pro hebræo צַר, per commutationem usitatam צ in ע. Masora octo in sensu adducit, Mich. V.

עִוֵּר, masc. *cæcus*, Exod. IV. 11. Plur. עִוְרִים, Ies. XXIX. 18. Fœm. עִוֶּרֶת, *cæca*. Plural. עִוְרוֹת, Ies. XLII. 7.

עִוָּרוֹן, m. *cæcitas*, Deut. XXVIII. 28.

עוּשׁ *coire*, *convenire*, *congregari*. Imperat. עוּשׁוּ, *coite*, *congregate vos*, Joel III. 11.

עַשׁ, m. *arcturus*: *plaustrum* septem stellarum congregatarum, quæ nunquam separantur, juxta Aben Esram, Job IX. 9. Aliam significationem vide in עָשֵׁשׁ.

עַיִשׁ, m. idem, Job XXXVIII. 32. Talmudici, זְנַב טָלֶה, *caudam*

arietis definiunt, cod. Borachoth cap. 9. fol. 58.

עִוֵּת Pih. *pervertit*, *subvertit*. Præteritum, אֵת אֲשֶׁר עִוְּתוֹ, *quod perverterit ipse*, Eccl. VII. 13. עִוְּתָנִי, *subvertit me*, Job XIX. 6. Pyh. particip. מְעֻוָּת, *perversum*, Eccles. I. 15. Hithp. præter. וְהִתְעַוְּתוּ, *et pervertunt sese*, Eccles. XII. 3.

עַוָּתָה, f. *perversitas*: aff. עַוָּתָתִי, *perversitatem meam*, Thren. VIII. 59.

עֵז f. *capra*, Lev. III. 12. Plur. עִזִּים, *capræ*, Gen. XXVII. 9. Affix. וְעִזֶּיךָ, *et capræ tuæ*, Gen. XXXI. 38. Chald. עִזִּין, *capræ*, Esr. VI. 17.

* **עֲזָאזֵל**, *Hasasel*, nomen hirci in desertum emissi cum peccatis populi, quasi *hircus abiens* aut *oberrans* dictus, ab עֵז et אָזַל, *abiit*, Lev. XVI. 8. vel secundum hebræos nomen loci ab hirco isto sic dicti.

עָזַב *reliquit*, *dereliquit*, *deseruit*. Infinitivus cum futuro, וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ, *et cessaveris a relinquero ipsi; relinquendo (non) relinques cum eo*, Exod. XXIII. 5. Sensus: *et cessaveris a ferendo ipsi opem*, vel *non deponendo onus ab ipso: omnino opem feres, onus solves et asinum eriges*. Sic in versionibus germanicis reddunt Judæi, et confirmatur ex Deuter. XXII. 4. Futurum, וַיַּעַזְבוּ יְרוּשָׁלַיִם, *et reliquerunt Jerusalem*, Neh. III. 8. Quidam *ædificarunt*, *restaurarunt*: Aben Esra, *pavimentarunt*, *viam straverunt*, unde מעזיבה, *pavimentum* apud Talmudicos. Niph. נֶעֱזַב, *relinqui*, Neh. XIII. 11. Pyh. עֻזַּב; idem, Ies. XXXII. 14. Fœm. עֻזְּבָה, *relicta esset*, Jer. XLIX. 25. Quidam, *ædificaretur*, *muniretur*.

עִזְבוֹנִים, m. pl. *nundinæ*. Cum affixo, עִזְבוֹנַיִךְ, (*in*) *nundinis tuis*, Ezech. XXVII. 12, 27.

עָזַז *roboravit*, *corroboravit*; *roboravit se*, *roboratus*, *corroboratus fuit*. Infinit. בַּעֲזוֹז, *quum roboraret*, Prov. VIII. 28. Hiph. הֵעֵז, *obfirmavit*, *induravit*: הֵעֵזָה פָנֶיהָ, *obfirmavit faciem suam*, Prov. VII. 13.

עַז, m. *robustus*, *obfirmatus*, *valens*, *fortis*, *vehemens*, *durus*, *sævus*, *acris*. Et substantive, juxta quosdam, *robur*, Gen. XLIX. 3. Plural. וּבְמַיִם עַזִּים, *et in aquis validis*, Ies. XXXIV. 16. Construct. עַזֵּי־נֶפֶשׁ, *robusti animo*, Ies. LVI. 11. Fœm. חֵמָה עַזָּה, *iram vehementem*, Prov. XXI. 14. Plural. עַזּוֹת, *dura*, Prov. XVIII. 23. scilicet, אֲמָרוֹת, *verba*.

עֹז, m. *robur*, *fortitudo*, Proverb. XVIII. 10. Affix. עֻזּוֹ, *robur ejus*, Psalm. LIX. 10. בְּעָזְּךָ, *in robore tuo*, Psalm. XXI. 2. עֻזֵּנוּ, *robur nostrum*, Psal. LXXXI. 2.

עִזּוּז, m. *robustus*, Psal. XXIV. 8.

עֱזוּז, m. *robur*, Ies. XLII. 25.

עָזְנִיָּה, f. *haliæetus*, aquilæ marinæ species, a *firmitate visus* sic dicta, qua adversos solis radios intueri potest, ut scribit Plin. lib. X. cap 3.

מָעוֹז, m. *robur*, Psal. XXVII. 1. Item *arx*, *munitio*, Jud. VI. 26. Affix. מָעֻזּוֹ, *roboris ejus*, Ies. XVII. 9. Et cum ה vice ו, עַד־מָעֻזָּה, *usque ad munitionem ejus*, Dan. XI. 10. מָעֻזָּם, *robur eorum*, Psal. XXXVII. 39. Plural. מָעֻזִּים, *robora*, hoc est, *summum robur*, Dan. XI 38, 39.

מָעֻזְנִים, m. pl. *munitiones*. Affix. מָעֻזְנֶיהָ, *munitiones ejus*, Ies. XXIII. 11.

עִזֵּק Pih. *circumdedit*, *circum-*

munivit, circumsepsit: fut. וַיְעַזְּקֵהוּ, *et circumsepsit eam*, Ies. V. 2.

עִזְקָא, emphat. עִזְקְתָא, f. Chald. *annulus signatorius*, a *muniendo* vel *cingendo* dictus. Construct. וּבְעִזְקַת רַבְרְבָנוֹהִי, *et annulo procerum suorum*, Dan. VI. 18. Affix. בְּעִזְקְתֵהּ, *in annulo suo*, ibidem.

עָזַר *juvit, adjuvit, auxiliatus est; auxilio, adjumento fuit, opem tulit, opitulatus est:* construitur cum accusativo, quandoque cum dativo. Præt. מֶה־עָזַרְתָּ, *quam adjuvisti?* Job XXVI. 2. Infinit. לַעְזוֹר לוֹ, *ut auxiliarentur sibi*, 2 Paral. XXVIII. 16. Niph. præter. נֶעֱזַרְתִּי, *adjuvor*, Psal. XXVIII. 7. Infinit. לְהֵעָזֵר, *adjuvari*, 2 Par. XXVI. 15. Futur. וַיֵּעָזְרוּ, *et adjuti sunt*, 1 Paral. V. 20. Hiph. part. anomalum, מַעְזְרִים, *auxiliantes*, 2 Paral. XXVIII. 23. Simile vide in חָלַם.

עֵזֶר, m. *auxilium*, Genes. II. 18. Aff. עֶזְרוֹ, *auxilium ejus*, Ezech. XII. 14. cum ה loco ו. עֶזְרִי, *auxilium meum*, Psalm. LXX. 6. עֶזְרָה, idem, Psalm. XLVI. 2. Et in ת loco ה, עֶזְרָת, Psalm. LX. 13. cui simile זִמְרָת in זָמַר. Construct. עֶזְרַת, Ies. XXXI. 2. Cum duplici signo fœmineo, עֶזְרָתָה, *summum* vel *plenum auxilium*, Psalm. XLIV. 27. Affix. עֶזְרָתִי, *auxilium meum*, Psal. XXVII. 9. עֶזְרָתֵנוּ, *auxilium nostrum*, Thren. IV. 17.

עֲזָרָה, f. *atrium*, 2 Par. IV. 9. dictum quasi *auxiliatorium* vel *auxilii locus:* quia illuc conveniebat populus, orandi causa in templo, et qui corde integro oravit, is sensit *auxilium*, notat auctor Aruch, et R. David in Radice hac. Item *diazoma* vel *projectura*, *prominentia*, *structura*, Ezech. XLIII. 14.

עֵט m. *stylus*, *calamus:* עֵט סוֹפֵר מָהִיר, *stylus scribæ velocis*, sive *prompti*, Psal. XLV. 2. בְּעֵט־בַּרְזֶל, *stylo ferreo*, Job XIX. 24. Hinc quidam deducunt participium præter. Pyhal מְעֹטָּה; *acuminatus*, *exacutus*, *ut stylus acui solet* ad exarandum, Ezech. XXI. 20. Vide עָטָה.

עָטָה *obvelavit*, *operuit*, *amicivit; operuit* vel *amicivit se*, *amictus*, *opertus fuit*. Præter. וְעָטָה, *et amiciet*, Jer. XLIII. 12. Particip. עֹטֶה מְעִיל, *amictus pallio*, 1 Sam. XXVIII. 14. וְעֹטְךָ, *amiciens te*, Ies. XXII. 17. Fœm. כְּעֹטְיָה, *quasi operta* seu *velata*, Cant. I. 7. *lugens* scil. et *flens* propter gregem meum, juxta R. Salomonem. Alii, *quasi divertens:* et sic futur. וַיַּעַט, *et divertit*, 1 Sam. XIV. 32. de quo vide etiam in עִיט. וַיַּעַט, *et amicivit se*, Ies. LIX. 17. וַתַּעַט, vide in עִיט. Pyh. participium, מְעֹטָּה לְמַטְבֵּחַ, *opertus*, vel juxta Kimchium, *acutus ad mactationem*, Ezech. XXI. 20. vide עֵט paulo ante. Hiph. præter. הֶעֱטִיתָ עָלָיו, *operuisti eum*, Psal. LXXXIX. 46.

מַעֲטֶה, mascul. *pallium*, *amictus:* מַעֲטֵה תְהִלָּה, *pallium* vel *amictus laudis*, Ies. LXI. 3.

עֲטַלֵּף m. *vespertilio*, Lev. XI. 19. Plur. וְלָעֲטַלֵּפִים, *et vespertilionibus*, Ies. II. 20.

עָטִין עטן, m. *mulctrale*. Plur. cum aff. עֲטִינָיו, *mulctralia ejus*, Job XXI. 24.

עָטַף *operuit; obtectus*, *obrutus fuit;* et cum ad animum refertur, est *deficere*, *deliquium pati*. Particip.

præter. plur. הָעֲטֻפִים, *qui obruuntur*, Thren. II. 19. Et ex alia significatione, *serotinæ*, *serotinæ pecudes*, vel *oves;* sic dictæ, quod *debiliores* sint, et *infirmitate quasi obrutæ*, ut Aben Esra monet, Genes. XXX. 42. Infin. בַּעֲטֹף לִבִּי, *quum obruitur cor meum*, Psal. LXI. 3. Futurum, יַעֲטֹף, *obruetur*, Ies. LVII. 16. Item *operiet*, Job XXIII. 9. יַעַטְפוּ־בָר, *obleguntur frumento*, Psal. LXV. 14. Niph. infinit. בֵּעָטֵף, *cum obrueretur*, pro בְּהֵעָטֵף, Thren. II. 11. Quædam exemplaria habent Segol sub בֵ, cui simile vide in הָרַג. Hiph. infinit. וּבְהַעֲטִיף, *et in serotinando*, id est, *quum sero coirent*, *tempore* scilicet *secundæ admissuræ*, Gen. XXX. 42. Hithp. infin. בְּהִתְעַטֵּף עָלַי, *quum obrueretur in me*, Jon. II. 8. בְּהִתְעַטְּפָם, *quum obruuntur*, *deficiunt ipsi*, Thren. II. 12. Futur. תִּתְעַטֵּף, *obruitur*, *deficit*, Psal. CVII. 5.

מַעֲטָפוֹת, f. pl. *amicula*, quasi *operimenta* dicta, Ies. III. 22. Targum, שׁוֹשִׁיפַיָּא, *palliola muliebria*, *pallia:* R. Salomon, *tapeta*.

עָטַר *circumcinxit*, *circumclusit*, *circumtexit*. Partic. עֹטְרִים אֶל־דָּוִד, *circumcludentes Davidem*, 1 Sam. XXIII. 26. Futur. תַּעְטְרֶנּוּ, *circumtegis eum*, Psalm. V. 13. vel *facis ut circumtegat eum*, quasi pro תַּעֲטִירֶנּוּ, ex Hiphil, ut Kimchi vult. Pih. præteritum, עִטַּרְתָּ שְׁנַת טוֹבָתֶךָ, *coronas annum bonitatis tuæ*, Psalm. LXV. 12. significatione ex nomine, quod *coronam* significat, deducta: שֶׁעִטְּרָה־לּוֹ, *qua coronavit eum*, Cant. III. 11. Particip. הַמְעַטְּרֵכִי, *qui coronat* vel *circumtegit te*, Psalm. CIII. 4. Futur. תְּעַטְּרֵהוּ, *coronasti eum*, Psalm. VIII. 6. Hiph. partic. הַמַּעֲטִירָה, *coronans* vel *coronaria*, Ies. XXIII. 8.

עֲטָרָה, f. *corona*, Ezech. XXI. 26. Construct. עֲטֶרֶת־מַלְכָּם, *coronam regis ipsorum*, 2 Sam. XII. 30. Plur. עֲטָרוֹת, *coronæ*, Zach. VI. 11.

עטש עֲטִישָׁה, f. *sternutatio*. Plur. cum aff. עֲטִישֹׁתָיו, *sternutationibus suis*, Job XLI. 10. Verbum עָטַשׁ, *sternutare*, Rabbinis usitatissimum. עִטּוּשׁ, *sternutatio:* עיטוש יפה לחולא, *sternutatio pulcra est*, id est, *salutaris*, *ægrotanti*. Sternutanti dicitur, חיים טובים, *vita bona*, *prosit vitæ*.

עיה עִי, m. *cumulus*, *acervus*. לְעִי, *in acervum*, Mich. I. 6. בְּעִי, *in acervum*, *tumulum*, vel *desolationem*, juxta Aben Esram et alios quosdam hebræos, Job XXX. 24. Quibusdam autem ב radicale est, quasi sit a בָּעָה; vide illic. Plural. עִיִּים, *acervi*, Jerem. XXVI. 18. Et in ן, עִיִּין, Mich. III. 12. Constr. בְּעִיֵּי, *ad cumulos*, Num. XXI. 11.

מְעִי, m. *acervus*, Ies. XVII. 1.

עיט Hiph. הֵעִיט, *involare*, proprie *more avis rapacis*. Metaphorice, *irruere*, *invehi in aliquem*, *subito contendere*. Futur. וַיָּעַט בָּהֶם, *et invectus est in eos*, scil. *verbis duris*, 1 Sam. XXV. 14. וַיַּעַט, *et involavit*, *subito contendit*, 1 Sam. XIV. 32. quod in textu scribitur וַיַּעַשׂ, sed est legendum per ט, ut a Masorethis in margine annotatum est. וַתַּעַט, *et contendit*, 1 Sam. XV. 19. quæ duo formam ab עָטָה habent.

עַיִט, m. *avis*, *volucris*, *volucres*, proprie *rapaces*, Job XXVIII. 7. Construct. לְעֵיט הָרִים, *volucribus montium*, Ies. XVIII. 6.

עָיִם m. *robur, fortitudo:* בַּעְיָם רוּחוֹ, *fortitudine, vehementia spiritus sui*, Ies. XI. 15. R. Salomon, בְּחוֹזֶק: Aben Esra, בְּכֹחַ interpretantur.

עַיִן c. sed f. sæpius, *oculus; metaphorice fons; superficies, color*, quasi *aspectum* aut *rei speciem externam* dicas. רַע עַיִן, *malignus oculo*, Prov. XXIII. 7. id est, *sordidus, parcus, illiberalis:* טוֹב־עַיִן, *benignus oculo*, Prov. XXII. 9. id est, *beneficus:* אֶל־הָעָיִן, *ad fontem*, Gen. XXIV. 42. Constr. עֵין הַמַּיִם, *fontem aquarum*, Gen. XVI. 7. כְּעֵין, *sicut color*, Num. XI. 7. וְעֵין נֹאֵף, *et oculus adulteri*, Job XXIV. 15. אֶת־עֵין הָאָרֶץ, *superficiem terræ*, Exod. X. 15. Affix. אֶת־עֵינוֹ, *colorem suum*, Lev. XIII. 55. בְּעֵינִי, *in oculum meum*, 2 Sam. XVI. 12. id est, דִּמְעַת עֵינַי, *lacrymas oculorum meorum*, ut Chaldæus habet: vel *in id quod vident et intuentur nunc oculi mei*, juxta R. Levi: vel *statum meum ac rerum mearum conditionem*, ut Kimchi explicat. Scribitur autem in medio cum ו, quasi בְּעוֹנִי, pro בְּעָנְיִי, *afflictionem meam*, atque sic quidam interpretes vocem scriptam, alii vocem lectam explicant. Duale, כְּסוּת עֵינַיִם, *operimentum oculorum*, Genes. XX. 16. בְּעֵינָיִם, *in duobus oculis istis*, Gen. XXXVIII. 21. id est, *in bivio isto*. Constr. עֵינֵי יְהוָֹה, *oculi Domini*, Psal. XXXIV. 16. Et semel עֵנֵי, Ies. III. 8. Cum aff. יִרְאוּ עֵינָו, *videbunt oculi ejus*, Job XXI. 20. pro עֵינָיו. Et octies sic cum defectu alterius י reperiri, Masorethæ notant ad 1 Sam. III. 2. וְעֵינֵיהוּ, *et oculi ejus*, Job XXIV. 23. Fœm. עֲיָנֹת, *fontes*, Deut. VIII. 7. Constr. עֵינֹת מַיִם, *fontes aquarum*, Exod. XV. 27. Hinc juxta quosdam, לִשְׁתֵּי עֵינֹתָם, *ad duos oculos ipsorum*, Hos. X. 10. id est, *amasios, vitulos* scilicet *duos*, quos in *Dan* et *Bethel* colebant, et ipsos tamquam *amasios* in oculis ferebant. Literæ referunt עינֹת, quod עֵינַיִם, *oculos*, interpretantur: lectio quam Masorethæ indicant, habet עוֹנֹתָ. Atqui עינות (sive עֲיָנוֹת) numquam *oculos* significat, sed semper *fontes*. Vide amplius in עָנָה. Chald. וְעֵין אֱלָהֲהֹם, *et oculus Dei ipsorum*, Esr. V. 5. Duale, עַיְנִין כְּעַיְנֵי אֲנָשָׁא, *oculi velut oculi hominis*, Dan. VII. 8. Affix. עַיְנַי, *oculos meos*, Dan. IV. 31.

עוֹיֵן, *oculans, oculis observans*, nocendi causa, 1 Sam. XVIII. 9. Chald. כָּמִין, *insidians*. Apud Rabbinos verbum in Pihel usitatum, עַיֵּן, *vidit, inspexit, advertit, consideravit*.

עוֹנֵן, Pih. *præstigiis uti, præstigiari*, 2 Reg. XXI. 6. Participium, מְעוֹנֵן, *præstigiis utens, præstigiator*, Deut. XVIII. 10. Futur. וְלֹא תְעוֹנֵנוּ, *neque præstigiabimini*, Lev. XIX. 26. Hic Aben Esra deduci vult ab עָנָן, *nubes;* pro, *ex nubibus hariolari, conjectare et prædicere, hoc* vel *illo die* aut *tempore bonum malumve esse illud agere* vel *aggredi*. R. Salomon derivat ab עוֹן, *tempus*, pro, *tempore observare*. Sapientes prisci ab עין deduxerunt; et מְעוֹנֵן esse eum, qui *tenet* ac *præstringit oculos*, *ut falsum pro vero videant*. Verba ipsorum sunt: חכמים אומרים זה אוחז את העינים ר״ עקיבא אומר זה המחשב עתים ושעות ואומר היום יפה לצאת למחר יפה ליקח וכו׳: id est; *sapientes dicunt*, מעונן, *est qui tenet oculos: Rabbi Akiva dicit: est qui supputat tempora et horas, dicens; hodie pulcrum est egredi, cras*

bonum est negotiari, etc. Sanhedrin cap. 7. fol. 65. 2. Horum meminit Kimchi in libro Radicum: posteriori etymologia curiosos astrologos significat, ex astrorum dispositione et operatione, certos dies bonorum vel malorum, tristium et lætorum, prosperorum et adversorum, constituentes.

עֹנְנִים, m. pl. *præstigiatores*, Ies. II. 6. Aff. עֹנְנֵיכֶם, *præstigiatores vestros*, Jer. XXVII. 9.

עֹנְנָה, fœmin. *præstigiatrix*, Ies. LVII. 3.

מַעְיָן, m. *fons*, Lev. XI. 36. Construct. אֶל־מַעְיַן, *ad fontem aquarum*, Jos. XV. 9. Cum ו paragogico, לְמַעְיְנוֹ־מָיִם, *in fontem aquarum*, Psal. CXIV. 8. cui simile vide in בְּנָה, in nomine בֵּן. Aff. מַעְיָנוֹ, *fons ejus*, Hos. XIII. 15. Plural. מַעְיָנִים, *fontes*, Psal. CIV. 10. Constr. מַעְיְנֵי הַמָּיִם, *fontes aquarum*, 1 Reg. XVIII. 5. Et cum Pathach sub ע, מִמַּעַיְנֵי הַיְשׁוּעָה, *de fontibus salutis*, Ies. XII. 3. Cum affixo, מַעְיָנַי, *fontes mei*, Psal. LXXXVII. 7. Fœm. מַעְיָנוֹת, *fontes*, Ies. XLI. 18. Construct. כָּל־מַעְיְנוֹת תְּהוֹם, *omnes fontes abyssi*, Gen. VII. 11. Affix. מַעְיְנֹתֶיךָ, *fontes tui*, Prov. V. 16.

עָיֵף *fessum*, *defessum*, *lassum esse*: præter. עָיְפָה נַפְשִׁי, *fessa fuit anima mea*, Jerem. IV. 31. Futurum anomalum, וַיָּעַף, *et fessus fuit*, Jud. IV. 21. habet Kametz quasi ab עוּף. Convenit cum יָעֵף.

עָיֵף, m. *fessus*, *lassus*, Gen. XXV. 29. Plural. עֲיֵפִים, *fessi*, Jud. VIII. 5. Fœm. עֲיֵפָה, *fessa*. Et metaphorice per catachresin, *sitibunda*, Proverb. XXV. 25.

עֵיפָה, f. vide supra in עוּף.

עִיר f. *urbs*, *civitas*: quidam ad עוּר referunt, quod hominum actionibus et operis *excitata sit*. Cum ה locali, הָעִירָה, *in civitatem*, Genes. XLIV. 13. Aff. בְּעִירוֹ, *in civitate sua*, Jud. VIII. 27. עִירָם, *civitatis eorum*, Gen. XXXIV. 20. Plur. עָרִים, *urbes*, Num. XXXV. 2. Constr. עָרֵי, Numer. XXXII. 36. Aff. עָרָיו, *urbes ejus*, Deut. II. 34. עָרֵיהֶם, *urbes eorum*, Num. XXI. 3. Aliam significationem vide infra in עָר. Et alia forma, עֲיָרִים, *urbes*, Jud. X. 4.

עַיִר m. *pullus*, proprie *asini*, *asellus*, Zach. IX. 9. וְעַיִר פֶּרֶא, *et pullus (et) onager*, Job XI. 12. Affix. עִירֹה, *pullum suum*, Gen. XLIX. 11. cum ה loco ו. Plural. עֲיָרִים, *aselli*, Jud. XII. 14. עַל־כֶּתֶף עֲוָרִים, *super humero asinorum*, Ies. XXX. 6. scriptum cum ו, sed juxta Masorethas legendum עֲיָרִים.

עַיִשׁ, vide supra in עוּשׁ.

עַכְבָּר m. *mus*, Levit. XI. 29. Plur. constr. עַכְבְּרֵי זָהָב, *mures auri*, 1 Sam. VI. 4.

עַכָּבִישׁ mascul. *araneus*, Job VIII. 14. וְקוּרֵי עַכָּבִישׁ, *et telas aranei*, Ies. LIX. 5.

עֶכֶס masc. *compes*. וּכְעֶכֶס אֶל־מוּסַר אֱוִיל, *et sicut (vir) compedis ad eruditionem stultorum*, Prov. VII. 22. Sensus: *qui meretricem sequitur*, *tamquam bos ad mactationem abit*, id est, vel in præsens vitæ periculum se conjicit; *vel sicut vir compedis*, hoc est, *compeditus*, id est, *vel in vincula et compedes se implicat*, quibus stulti castigari et sapere solent. Plur. עֲכָסִים, *compedes*; *periscelides*, dictæ a *vinciendo* et *ligan-*

do. Fuerunt autem inter ornamenta mulierum circa pedes; unde, יָסִיר אֲדֹנָי אֵת תִּפְאֶרֶת הָעֲכָסִים. *auferet Dominus decus compedum*, id est, *periscelidum*, Ies. III. 18. Aben Esra scribit in loco Proverbiorum, העכסים דומים לכבל, *Achasim similes sunt compedi.* R. Levi Ghersom ibidem scribit: העכסים הם כמו תכשיטין נושאות אותן ברגליהן כאמרו וברגליהן תעכסנה: id est; *Achasim sunt sicut ornamenta, quæ gestant* (mulieres) *in pedibus suis, juxta id quod dicitur*, וברגליהן תעכסנה. Talmudici communi et proprio vocabulo nominant eas כְּבָלִים, et disputant, an licitum sit eas in sabbatho gestare? Locus in traditionibus ipsorum est. » בירית טהורה ויוצאין בה בשבת כבלים טמאין ואין יוצאין בהן בשבת: id est; *fascia cruris* (nempe communis, ad liganda tibialia, ne decidant, et pes nudetur, quod in muliebri sexu inverecundum) *munda est, et egrediuntur cum ea in sabbatho: compedes immundæ sunt, et non egrediuntur cum eis in sabbatho.* » Schabbath cap. 6. in Mischna. Doctores in Ghemara subjiciunt, fuisse istis compedibus alligatas catenulas aureas, ad moderandos passus, ne nimis lati fierent. Inde Majemonis glossa: כבלים עכסים בצורת האצעדה והיו מטילין ביניהם שלשלאות והיו מתקשטין באלו הכבלים הבתולות כדי שלא יפסיעו פסיעה גסה ויגיע היזק בבתוליהן: id est; כבלים *idem sunt quod* עכסים, *ad formam armillarum; gestabant autem inter eas catenulas* (*aureas*, ut interpretes Talmudici tradunt) *et ornabant se istis compedibus virgines, ne graderentur passus majores et accederet ipsis detrimentum in virginitate sua.* In eamdem sententiam scribit in libro suo יד, *Jad*, Tractatu de sabbatho, cap. 19. quo explicatur, *cum quibus rebus sabbatho egredi licitum sit vel non?* Verba ejus sunt: ולא בכבלים שיוצאין בהן הבנות ברגליהן כדי שלא יפסיעו פסיעה גסה שלא יפסידו בתוליהן: id est; *neque cum compedibus, cum quibus egredi solent filiæ gestantes eas in pedibus suis, ne faciant passus magnos, et noceant virginitati suæ.* Cum ergo sint ornamenta et ligamenta pedum, vocari a nobis possunt *periscelides.* Has ornamenta fuisse pedum, docet Porphyrius commentator in hunc locum Horatii: *Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam, Sæpe periscelidem raptam sibi flentis;* lib. 2. ep. 17. Plin. lib. 33. c. 12. scribit: *argentum succedit aliquando et auro, luxu fœminarum plebis, compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas mos tristior vetat.* Porro Chaldæus paraphrastes vertit, תֻּשְׁבְּחַת מְסָנַיָּא, *ornamentum calceorum.* Hinc verbum apud eumdem prophetam, וּבְרַגְלֵיהֶן תְּעַכַּסְנָה, *et pedibus suis compediunt, compeditæ incedunt*, vel *periscelidibus ornatæ gradiuntur*, Ies. III. 16. Denique *periscelides catenatæ istæ*, onus erant, et in incessu sonitum aut tinnitum aliquem poterant edere, unde sabbatho prohibitæ. Inde *tinnitus* et *crepitaculorum* significatio apud quosdam interpretes.

עָכַר *turbavit, conturbavit, perturbavit*, 1 Sam. XIV. 29. Particip. עֹכֵר, *perturbans*, 1 Reg. XVIII. 17. Plural. בְּעֹכְרָי, *inter turbatores meos*, Jud. XI. 35. Fut. יַעְכָּרְךָ, *perturbabit te*, Jos. VII. 25. Niph. præt. וּכְאֵבִי נֶעְכָּר, *et dolor meus turbatus est*, Psalm. XXXIX. 3. Id est, *incrudescit.* Partic. fœm. נֶעְכָּרֶת, *conturbatur*, Prov. XV. 6.

עַכְשׁוּב m. *aspis*, πτύας, illud serpentum genus, quod *venenum procul exspuit*, Psal. CXL. 4.

עִלֵּג m. *balbus*, *balbutiens* : plur. עִלְּגִים, *balbi*, Ies. XXXII. 4. Affine est verbo לָעַג; unde R. Salomon scribit hic : quicumque non novit recte disponere sermonem suum, ut sit elegans, vocatur עִלֵּג et נִלְעָג.

עָלָה *scandit*, *ascendit*, *conscendit* : quandoque *ascendit* est, *abiit in nihilum*, *evanuit*, *periit*, *abiit in auras*, ut Gen. XLIX. 4. Jerem. XLVIII. 5. et alibi. Præter. עָלָה קִיטֹר, *ascendit fumus*, Genes. XIX. 28. etc. Niph. נַעֲלָה, *sustulit*, *extulit se*, *elatus*, *excelsus fuit ; abductus*, *deductus*, *traductus fuit ; subduxit se*, *recessit*. Præter. נַעֲלָה, *abductus fuit*, 2 Sam. II. 27. נַעֲלֵיתָ, *elatus es*, Ps. XCVII. 9. etc. Hiph. הֶעֱלָה, *ascendere fecit : abstulit*, *extulit*, *obtulit*, *sustulit*, *elevavit*, *extraxit*, *abduxit*, *adduxit*, *deduxit*, *eduxit*, *induxit*, *produxit*, *subduxit*, *evexit*, *subvexit*, etc. Item *accendit*, cum de lumine agitur, cujus flamma sursum *ascendit*. Construitur cum accusativo, et præpos. מִן et עַל. Præter. הֶעֱלָה, *eduxit*, 1 Sam. XII. 6. הֶעֱלָה נֵרֹתֶיהָ, *accendet lucernas ejus*, Num. VIII. 3. Exod. XXV. 37. הֶעֱלִיתָ מֵאֶרֶץ, *eduxisti ex terra* (*Ægypti*), Ex. XXXIII. 1. Hoph. הָעֲלָה et הֹעֲלָה, *ascendere factus* vel *jussus fuit*, *oblatus*, *relatus*, *abductus fuit* : præter. הֹעֲלָה עַל־הַמִּזְבֵּחַ, *oblatus fuit super altare*, Jud. VI. 28. Item, *jussus est ut ascendere faceret*, id est, *ut referret*, 2 Paral. XX. 34. הֹעֲלָתָה, *abducta*, vel *deducta est*, seu *abducetur*, Nah. II. 7. Hithp. futur. יִתְעַל, *extollet se*, Jer. LI. 3. pro יִתְעַלֶּה, per apocopam.

עָל, m. *excelsus*. הַגֶּבֶר הֻקַם עָל, *vir qui constitutus est excelsus*, 2 Sam. XXIII. 1. Vide et Hos. VII. 16. et XI. 7. ubi scribitur עַל per Pathach.

עַל, *super*, *supra* : *contra*, *adversus* : *coram* : *propter*, *eo quod* : *ad*, *apud*, *juxta*, *secundum*, quomodo pro אֶל sumitur : *cum*, pro עִם; ut Exod. XXXV. 22. *in*, *per*, pro בְ, Genes. XXVII. 40. Latissime usurpatur. Semel scriptum עַל et legendum אַל, *ne*, Ezech. IX. 5. עַל־כֵּן, *idcirco*, *propterea* : עַל כִּי, *eo quod* : עַל אֲשֶׁר, idem : עַל־דְּבַר, . *propter*. Assumit י ad finem, עֲלֵי, ut et aliæ quædam similes particulæ; ut עֲלֵי־אֹרַח, *juxta semitam*, Gen. XLIX. 17. Cum affixis ע habet Kametz, עָלַי, *contra me*, עָלֶיךָ, *contra te*, עָלָיו, *contra eum*, etc. exceptis affixis constructæ formæ, עֲלֵיכֶם, עֲלֵיהֶם, עֲלֵיהֶן, etc. מֵעַל, *a*, *ab*, *desuper*, *superne*. Chald. idem : עַל דְּנָה, *super hoc*, *propter hoc*, *propterea*. Cum affixis, עֲלוֹהִי, *contra eum*, *super eum*, *in eo*, *ad eum* ; עֲלָךְ, *super*, *ad te* ; עֲלֵיהוֹן, *ad eos* ; עֲלַי, *ad me* ; עֲלֵינָא, *ad nos* ; עֲלֵיהֹם et עֲלֵיהוֹן, *ad eos*. Semel cum א in fine, וְעֵלָּא מִנְּהוֹן, *et supra ab istis*, id est, *supra istos*, Dan. VI. 3.

עָלֶה, m. *ascensus*, *gradus*, juxta Kimchium. לְעֹלָה לְפֶתַח, *ad ascensum ostii portæ*, Ezech. XL. 40. Quibusdam est participium, *ascendens*.

עָלֶה, m. *folium*, quia *sursum crescit*, vel levi flatu *sursum propellitur*. עָלֶה מִגֶּפֶן, *folium de vite*, Ies. XXXIV. 4. Constr. עֲלֵה תְאֵנָה, *folium ficus*, Gen. III. 7. Plur. constr. עֲלֵי־זַיִת, *folia oleæ*, Neh. VIII. 15. Aff. עָלֵהָ, *foliis suis*, Ies. I. 30. defective pro עָלֶיהָ, juxta Masorethas et hebræos.

עֹלָה ,עוֹלָה, f. *holocaustum*, sic dictum, quod totum igne absumptum *sursum ascenderet* et *evanesceret*. Item, *ascensus*: aff. וְעֹלָתוֹ, *et ascensum ejus*, 1 Reg. X. 5. עֹלָתֶךָ, *holocaustum tuum*, Levit. IX. 7. Plural. עֹלוֹת, *holocausta*, Gen. VIII. 20. Aff. וְעֹלֹתֶיךָ, *et holocausta tua*, Psal. L. 8. עֹלוֹתָו, *ascensuum ejus*, Ezech. XL. 26. Plur. Chald. לַעֲלָוָן, *in holocausta*, Esr. VI. 9.

עֲלוֹת, pl. *pistilla*, juxta R. Salomonem, 2 Par. XXIV. 14. Potest et infin. Hiphil esse: scribitur enim הַעֲלוֹת, *offerendi*. Si esset nomen, articulus ה notaretur cum Kametz. Sensus tamen *vas* vel *instrumentum* aliquod videtur postulare.

עֱלִי, masc. *pistillum*, ab *attollendo*, Prov. XXVII. 22.

עֲלִיָּה, f. *ascensus*, *cœnaculum*, conclave *superius*, ad quod *ascenditur*: דַּלְתוֹת הָעֲלִיָּה, *fores cœnaculi*, Jud. III. 23. Construct. עֲלִיַּת הַשַּׁעַר, *cœnaculum portæ*, 2 Sam. XIX. 1. Aff. וַעֲלִיָּתוֹ, *et ascensum ejus*, 2 Par. IX. 4. בַּעֲלִיָּתוֹ, *in cœnaculo suo*, 2 Reg. I. 2. Plural. וַעֲלִיּוֹת, *et cœnacula*, Jer. XXII. 14. Affix. עֲלִיּוֹתָיו, *cœnacula excelsa sua*, Psal. CIV. 3.

עֶלְיוֹן, m. *excelsus*, *supremus*, Gen. XIV. 18. Plur. Chald. עֶלְיוֹנִין, *excelsi*, Dan. VII. 18. Fœmin. הָעֶלְיוֹנָה, *summum*, Ezech. XLI. 7. Pl. עֶלְיוֹנוֹת, Ezech. XLII. 5.

עִלָּיָא, masc. Chald. *excelsus*, Dan. IV. 14. et VII. 25. Juxta Masorethas legendum עִלָּאָה, quæ est forma emphatica absoluti עִלַּי vel עִלָּאִי.

עִלִּית, f. *superius*, Jud. I. 15. Plur. עִלִּיּוֹת, *superiores*, Jos. XV. 19. Masculinum ejus esset עִלִּי.

עִלִּית, f. Chald. *cœnaculum*: affix. בְּעִלִּיתֵהּ, *in cœnaculo suo*, Dan. VI. 11.

מֹעַל, masc. *elatio*, *elevatio*: בְּמֹעַל יְדֵיהֶם, *cum elatione manuum ipsorum*, Neh. VIII. 6.

מַעַל, unde מִמַּעַל, *supra*, *superne*, Gen. XXII. 9. 1 Reg. VIII. 23. Cum ה paragogico et accentu in penultima manente, מַעְלָה, *supra*, de loco et tempore; ut Exod. XXX. 14. Geminatum, מַעְלָה מַעְלָה, *supra*, *supra*, id est, *perquam supreme*. Deut. XXVIII. 43. לְמַעְלָה, *supra*, *sursum versus*, Ezech. XLIII. 15. מִלְמַעְלָה, *superne*, Gen. VI. 16.

מַעֲלֶה, *ascensus*, *clivus*, *gradus*, *suggestum*, *excelsior* seu *superior locus*. בַּמַּעֲלֶה, *in ascensum*, Nehem. XII. 37. Construct. מַעֲלֵה, *ascensus*, Jos. X. 10. עַל־מַעֲלֵה, *super suggestum Levitarum*, Neh. IX. 4. בְּמַעֲלֵה הָעִיר, *per clivum civitatis*, 1 Sam. IX. 11. מִלְמַעֲלֵה הֶחָרֶס, *ab ascensu*, seu *ante ascensum solis*, Jud. VIII. 13. Plur. cum affixo, מַעֲלָו, *ascensus ejus*, Ezech. XL. 31. cum defectu י ante ו.

מַעֲלָה, f. *gradus*, *ascensus*, *ascensio*; *excellentia*, *dignitas excelsa*. הַמַּעֲלָה מִבָּבֶל, *ascensus e Babel*, Esr. VII. 9. הַמַּעֲלָה, *excellentiæ*, vel, (*de*) *hac excellentia*, 1 Paral. XVII. 17. Plur. מַעֲלוֹת, *ascensiones*, Ezech. XI. 5. וּמַעֲלוֹת, *et gradus*, Ezech. XL. 26. Aff. מַעֲלוֹתָו, *cœnacula sua*, Amos IX. 6. בְּמַעֲלוֹתָו, *per gradus ejus*, Ezech. XL. 6. וּמַעֲלֹתֵהוּ, *et gradus ejus*, Ezech. XLIII. 17. pro מַעֲלוֹתָיו.

תְּעָלָה, fœm. *aquæductus*, 1 Reg. XVIII. 32. Item, *curatio, emplastrum*, quasi *obductio* vel *ascensus cicatricis* aut vulneris, Jer. XXX. 13. Constr. תְּעָלַת, *aquæductus*, Ies. VII. 3. Plur. תְּעָלֹתֶיהָ, *aquæductus suos*, Ezech. XXXI. 4.

עלז *exsultavit*, *gestivit præ gaudio*. Infinit. לַעֲלוֹז, *ad exsultandum*, Ies. XXIII. 12.

עָלֵז, m. *exsultabundus*, Ies. V. 14.

עַלִּיז, m. idem. Plur. שְׁאוֹן עַלִּיזִים, *sonitus exsultantium*, Ies. XXIV. 8. Construct. עַלִּיזֵי גַּאֲוָתִי, *exsultantes in excellentia mea*, Ies. XIII. 3. Fœmin. קִרְיָה עַלִּיזָה, *urbs exsultabunda*, Ies. XXII. 2.

עוֹר, m. *cutis*, *pellis*, a *nuditate* sic dicta, Genes. III. 21. Aff. וְאֶת־עֹרוֹ, *et pellem ejus*, Levit. VIII. 17. עוֹרִי, *pellem meam*, Job XIX. 26. juxta hebræos. Plur. עֹרֹתֵנוּ, *pelles nostræ*, Thren. V. 10. cum defectu ו in medio. Et fœmin. עֹרֹת, Exod. XXVI. 14. Aff. עֹרֹתָם, *pelles eorum*, Levit. XVI. 27.

עָרוֹת, f. pl. *papyri*, juxta quosdam, Ies. XIX. 7. quasi *pelliculæ* dictæ : nam in prætenues, et multiplices membranulas acu dividebantur, ut docet Plin. lib. XIII. cap. 11. Hebræi *virentia*, *gramineta*, explicant.

עַרְעָר, masc. *nudatissimus*, juxta quosdam : aliis *myrica*, virgultum tenue, humile, fragile : פָּנָה אֶל־תְּפִלַּת הָעַרְעָר, *respexit ad orationem*

nudatissimi, Psalm. CII. 18. id est, omni ope destituti, derelicti ab omnibus. R. Salomon, *vociferantis*, *clamantis*, ex significatione יְעוֹעֵרוּ, *vociferantur*, Ies. XV. 5. Aben Esra, *ad precationem populi qui est veluti myrica solitudinis;* ut in sequenti loco, כְּעַרְעָר בָּעֲרָבָה, *ut myrica solitudinis*, Jer. XVII. 6. vel, *ut locus nudatus* deserti: in quo scil. *nihil crescit:* R. Salomon, *ut arbor solitaria*, quasi ab עֲרִירִי, vel *ut locus vastus.* Sic juxta quosdam, כַּעֲרוֹעֵר בַּמִּדְבָּר, *sicut arbor nuda in deserto*, Jer. XLVIII. 6. Alias, *Aroer*, est proprium nomen loci.

מַעַר, m. *nuditas:* כְּמַעַר אִישׁ, *secundum nuditatem cujusque*, id est, spatium *nudum* et *vacuum*, 1 Reg. VII. 36. Kimchi, *secundum adhæsionem cujusque*, prout unum alteri adhærebat et conjunctum erat; et sic verbum in Pihel pro *adhærere* quidam exponunt: quidam vero *cœlaturam* vertunt, quod cœlando et exsculpendo res antea tecta *denudetur* et *retegatur.*

מַעֲרֶה, masc. *nuditas*, *denudatio:* constr. מִמַּעֲרֵה, *post denudationem* (*Ghibheae*) id est, postquam urbs Ghibhea præsidio *denudata esset*, Jud. XX. 33. R. Levi, *ex valle* seu *spelunca*, quasi idem sit cum sequenti nomine.

מְעָרָה, f. *spelunca*, *fossa*, quasi locum *nudum* et *evacuatum* dicas, 1 Sam. XXIV. 4. Constr. הַמְעָרַת פָּרִצִים, *an spelunca latronum?* Jer. VII. 11. Plur. מְעָרוֹת, *speluncæ*, Ies. XXXII. 14. cujus thema quidam faciunt inusitatum מָעַר.

מְעוֹרִים, m. pl. *nuditates:* affix. מְעוֹרֵיהֶם, *nuditates eorum*, Hab. II. 15. quod formam habet ab עוּר.

עָרַךְ *ordinavit*, *disposuit*, *aptavit*, *struxit*, *instruxit:* *æstimavit*, *taxavit*, *comparavit*, *æquiparavit*, *par æstimatus fuit.* Præt. עָרַךְ אֵלַי, *disposuit mihi*, Job XXXII. 14. וְעָרַכְתָּ אֶת־עֶרְכּוֹ, *et ordinabis ordinationem ejus*, Exod. XL. 4. Hiph. præt. הֶעֱרִיךְ אֶת־הָאָרֶץ, *taxabat terram*, 2 Reg. XXIII. 35. וְהֶעֱרִיךְ אֹתוֹ, *et æstimet eum*, Levit. XXVII. 8. Futur. יַעֲרִיךְ אֹתוֹ, *æstimabit eam*, Lev. XXVII. 14.

עֵרֶךְ, m. *instructio*, *dispositio*, *æstimatio:* affix. וְחִין עֶרְכּוֹ, *et gratiam dispositionis ejus*, Job XLI. 4. עֶרְכְּךָ, *æstimatio tua*, Lev. XXVII. 16.

מַעֲרָכָה, fœm. *ordo*, *aptatio*, *acies*, *strues*. נֵרוֹת הַמַּעֲרָכָה, *lucernas aptationis*, Exod. XXXIX. 37. מֵהַמַּעֲרָכָה *ex ipsa acie*, 1 Sam. IV. 12. Plural. מַעֲרָכוֹת, *ordines*, Levit. XXIV. 6. Constr. מַעַרְכוֹת, *acies* (*Dei viventis*), 1 Sam. XVII. 26.

מַעֲרֶכֶת, f. *ordo*, *dispositio*, Levit. XXIV. 7. Plural. mascul. construct. מַעַרְכֵי־לֵב, *dispositiones cordis*, Prov. XVI. 1.

עָרֵל *præputiatum*, *obturatum habuit* vel *censuit*, juxta hebræos, qui per אָטַם exponunt; vel *præputium abstulit*, quasi *depræputiare* dicas. Præterit. וַעֲרַלְתֶּם עָרְלָתוֹ, *et obturabitis obturationem ejus*, Lev. XIX. 23. juxta R. Salomonem, id est, arborem impuram et fructus ejus pollutos et abominabiles censebitis, sicut est *præputium* seu *cutis obturans* membrum virile. Vel, *depræputiabitis;* id est, *auferetis præputium ejus*, id est, *fructus ceu impuros decutietis;* ut chaldaice, תְּרַחֲקוּן רַחָקָא יָת אִבֵּיהּ, *removendo removebitis fructus ejus*, id est, abjicietis tamquam immundos. Niph. imper. הֵעָרֵל, *præputium retege*, *præputiatum te ostende*, *pudendis nuda te*, ut ebrii solent, Hab. II. 16. juxta Aben Esram: R.

Salomon reddit, *obturator stupore cordis.*

עָרֵל, m. *præputiatus*, *incircumcisus*, *obturatus*, cujus membrum genitale obducto præputio *obturatum est*, Exod. XII. 48. Construct. עֲרַל שְׂפָתָיִם, *obturatus*, *præputiatus labiis*, Exod. VI. 12. Plural. עֲרֵלִים, *præputiati*, Lev. XIX. 23. Construct. עַרְלֵי־לֵב, *præputiati corde*, Jer. IX. 25. Fœmin. עֲרֵלָה, *præputiata*, Jer. VI. 10.

עָרֵל, mascul. *præputiatus*, Ezech. XLIV. 9.

עָרְלָה, fœmin. *præputium*, Genes. XXXIV. 14. Constr. עָרְלַת בְּנָהּ, *præputium filii sui*, Exod. IV. 25. Affix. עָרְלָתָם, *præputii sui*, Genes. XVII. 27. Plur. עֲרָלוֹת, 1 Sam. XVIII. 25. Affix. עָרְלֹתֵיהֶם, *præputia eorum*, ver. 27.

עָרַם *calliditate*, *astu usus fuit*: infinitiv. עָרוֹם, *astu utendo*, 1 Sam. XXIII. 22. Niph. נֶעֱרַם, *coacervari*: præter. נֶעֶרְמוּ־מַיִם, *coacervatæ sunt aquæ*, Exod. XV. 8. Hiph. futur. יַעְרִם, *astute aget*, *astutus fiet*, Prov. XIX. 25.

עָרוּם, masc. *astutus*, Gen. III. 1. Plur. עֲרוּמִים, Job XV. 5.

עָרוֹם, עָרֹם, masc. *nudus*, Ies. LVIII. 7. Plur. עֲרוּמִּים, *nudi*, Gen. II. 25. Fœm. עֲרֻמָּה, *nuda*, Hos. II. 5.

עֵירֹם, masc. *nudus*, Gen. III. 10. Item, *nuditas*, Deut. XXVIII. 48. Plur. עֵירֻמִּים, *nudi*, Gen. III. 7.

עָרְמָה, f. *astutia*, Prov. I. 4. Affix. בְּעָרְמָם, *in astutia ipsorum*, Job V. 13. contracte pro בְּעָרְמָתָם, cui simile vide in פָּחָה.

עֲרֵמָה, f. *acervus*, Ruth III. 7. Construct. עֲרֵמַת חִטִּים, *acervus triticorum*, Cant. VII. 3. Plur. עֲרֵמוֹת, *acervi*, 2 Par. XXXI. 6. Et masculinum, עֲרֵמִים, *acervi*, Jer. L. 26.

מַעֲרֻמִּים, masc. plur. *nudi*: affix. מַעֲרֻמֵּיהֶם, *nudos eorum*, 2 Paral. XXVIII. 15.

*עַרְמוֹן, m. *platanus* arbor: hebræis, *castanea* arbor, Genes. XXX. 37. Plur. עַרְמֹנִים, *castaneæ*, Ezech. XXXI. 8.

ערס עֲרִיסוֹת, f. pl. *massæ*, farinæ scil. aqua conspersæ: affix. עֲרִיסֹתֵיכֶם, *massarum vestrarum*, Num. XV. 20.

*עַרְעָר, vide supra in עָרָה.

ערף עֹרֶף, masc. *cervix*, Exod. XXIII. 27. Affix. עָרְפּוֹ, *cervicis ejus*, Lev. V. 8. וְעָרְפְּכֶם, *et cervicem vestram*, Deut. X. 16.

עָרַף, *decollavit*, quasi *decervicare* dicas. Item, *stillavit*. Præt. וַעֲרַפְתּוֹ, *et decollabis ipsum*, Exod. XIII. 13. וְעָרְפוּ, *et decollabunt*, Deut. XXI. 4. Partic. עֹרֵף, *decollat*, Ies. LXVI. 3. Partic. præt. fœm. הָעֲרוּפָה, *decollata*, Deut. XXI. 6. Futur. יַעֲרֹף, *decollabit*, id est, *decutiet*, *diruet*, Hos. X. 2. Et secundum alteram significationem, יַעֲרֹף, *stillet*, Deut. XXXII. 2. יַעַרְפוּ, *stillabunt*, Deut. XXXIII. 28.

עֲרִיפִים, m. pl. *ruinæ*, ex significatione verbi, Hos. X. 2. juxta Aben Esram. Aff. בַּעֲרִיפֶיהָ, *in ruinis ejus*, nempe *terræ*, quo affixum fœmininum referendum est, Ies. V. 30. Quidam, *in caligine ejus*; alii *in stillationibus ejus* scil. *lucis*, et tunc discrepantia generis est in affixo.

עֲרָפֶל m. *caligo*, Job XXII. 13. לִשְׁכֹּן בָּעֲרָפֶל, *habitare in caligine*, 1 Reg. VIII. 12.

עָרַץ *violentia usus fuit*, *violenter exagitavit*, *confregit*, vel *contrivit*; *fortem* aut *violentum se exhibuit*: *expavit*, *consternatus fuit*: *terruit*. Infin. לַעֲרֹץ, *ad violenter exagitandum*, Psal. X. 18. Futur. אֶעֱרוֹץ, *violentia usus sim*, Job XXXI. 34. תַּעַרְצוּ, *expavescite*, Deut. XX. 3. תַּעֲרוֹצִי, *fortem præbueris te*, Ies. XLVII. 12. Niph. part. נַעֲרָץ, *formidabilis*, Psal. LXXXIX. 8. Hiph. futur. יַעֲרִיצוּ, *formidabunt*, Ies. XXIX. 23. תַּעֲרִיצוּ, *formidetis*, Ies. VIII. 12.

עָרִיץ, m. *violentus*, *tyrannus*, *formidabilis*: לְעָרִיץ, *violento*, Job XV. 20. Plur. עָרִיצִים, *violenti*, *prævalidi*, Job VI. 23. Constr. עָרִיצֵי גוֹיִם, *violentissimi gentium*, Ezech. XXVIII. 7.

עָרוּץ, vel עָרוּץ, m. *ruptura*, *concavitas*, Job XXX. 6.

מַעֲרִיץ, masc. *pavor*, *terror*. Affix. מַעֲרִיצְכֶם, *pavor vester*, Ies. VIII. 13.

מַעֲרָצָה, f. *violentia*, Ies. X. 33.

עָרַק *fugit*, proprie chaldaicum est: part. הָעֹרְקִים, *qui fugiunt*, Job XXX. 3.

עֹרְקִים, m. pl. *arteriæ*, *nervi*: affix. וְעֹרְקַי, *et arteriæ meæ*, Job XXX. 17.

ערר עֲרִירִי, m. *solitarius*, *ἄτεκνος*, *sine liberis*. Genes. XV. 2. Plural. עֲרִירִים, Levit. XX. 20.

*עַרְעָר, vide supra in עָרָה.

עֶרֶשׂ f. *sponda*, *lectus*, Psalm. XLI. 4. Aff. עַרְשִׂי, *spondam meam*, Psalm. VI. 7. Plural. עַל עַרְשׂוֹתָם, *in spondis suis*, Amos VI. 4.

עֵשֶׂב m. *herba*, *sativa* proprie et cultura vel ex semine suo rursus proveniens, Gen. I. 11. Aff. עֶשְׂבָּם, *herbam eorum*, Ies. XLII. 15. Plural. עִשְּׂבוֹת, *herbæ*, Prov. XXVII. 25. Chald. בַּעֲשַׂב אַרְעָא, *in herba terræ*, Dan. IV. 12. וְעִשְׂבָּא, *et herbam*, ver. 22.

עָשָׂה *fecit*, *effecit*; *paravit*, *apparavit*; *comparavit*, *acquisivit*; *magnifecit*, *magnificavit*: *curavit*, *aptavit*. Item *confecit*, *subegit*, *consumpsit*: quomodo cum עָסַס convenit, ut notat R. Salomon, Mal. IV. 3. Præteritum, עָשָׂה, *fecerat*, Gen. I. 31. עָשְׂךָ, *magnifecit te*, Deut. XXXII. 6. Particip. עֹשֶׂה, *conficiens*, *consumens*, Soph. III. 19. Infinit. בַּעֲשׂוֹת, *in conficiendo*, id est, *in subigendo*, Ezech. XXIII. 21. etc. Semel etiam ex futuro scriptum, וַיַּעַשׂ, sed legendum וַיַּעַס; vide עָסָה. Niph. נַעֲשָׂה, *fieri*: præt. נַעֲשָׂה, *factum est*, Eccl. IX. 3. Particip. וְנַעֲשִׂים, *et facti*, Esth. IX. 28. etc. Pih. præter. עִשּׂוּ, *confecerunt*, *subegerunt*, Ezech. XXIII. 3. Pyh. præt. עֻשֵּׂיתִי, *factus sum*, Psal. CXXXIX. 15.

מַעֲשֶׂה, m. *factum*, *opus*, *opificium*. Construct. וּמַעֲשֵׂה, *et opus*, 1 Reg. VII. 33. Affix. מַעֲשֵׂהוּ, *operi ejus*, 2 Reg. XVI. 10. Plural. מַעֲשִׂים, Numer. XVI. 28. Constr. מַעֲשֵׂי־יָהּ, *opera Dei*, Psal. CXVIII. 17. Affix. מִמַּעֲשָׂיו, *ab operibus suis*, Ex. V. 4.

עָשַׁן *fumavit*: præt. עָשַׁנְתָּ, *fumaturus es*, Psalm. LXXX. 5. metaphorice, pro *iratus eris*. Et sic futurum, יֶעְשַׁן, *fumabit*, Psal. LXXIV. 1. וְיֶעֱשָׁנוּ, *et fumabunt*, Ps. CIV. 32.

עָשָׁן, m. *fumus*, Genes. XV. 17.

Constr. עֲשַׁן, Jos. VIII. 20. Cum aff. עֲשָׁנָהּ, *fumus ejus*, Ies. XXXIV. 10.

עָשֵׁן, m. *fumans*, *fumigans*, Exod. XX. 18. Plural. הָעֲשֵׁנִים, *fumigantium*, Ies. VII. 4.

עָשֵׁן, m. *fumus*, Exod. XIX. 18.

עָשַׁק *oppressit*, *vi* scilicet vel *fraude*, *fraudavit*, *fraudem fecit; fraude* vel *oppressione detinuit* : præter. עָשַׁק, *oppressit*, Ezech. XVIII. 18. Et passive, עָשְׁקָה־לִּי, *vis* vel *oppressio fit mihi*, Ies. XXXVIII. 14. quod juxta R. Salomonem est imperativus, *oppressionem fac* vel *opprime me*. Quibusdam est nomen substantivum cum Kametz chatuph ab initio, *oppressio*, etc. Pyh. particip. הַמְּעֻשָּׁקָה, *o oppressa*, Ies. XXIII. 12.

עָשׁוֹק, m. *oppressor*, Jer. XXII. 3.

עֹשֶׁק, m. *oppressio*, *fraus*, Psal. LXXIII. 8.

מַעֲשַׁקּוֹת, masc. *oppressiones*, Ies. XXXIII. 15.

עשק Hithp. הִתְעַשֵּׂק, *litem habere* vel *movere*, *litigare*. Præter. הִתְעַשְּׂקוּ, *litem moverunt*, Genes. XXVI. 20.

עֵשֶׂק, m. *lis ;* est autem nomen proprium fontis propter quem litigarunt, Gen. XXVI. 20.

עָשַׁר *ditescere*, *ditari*. Præterit. עָשַׁרְתִּי, *ditatus sum*, Hos. XII. 9. Fut. לֹא־יֶעְשַׁר, *non ditescet*, Job XV. 29. Hiph. הֶעֱשִׁיר, *ditavit :* præterit. הֶעֱשַׁרְתִּי, *ditavi* (*Abrahamum*), Gen. XIV. 23. Absolute positum, est *ditescere ;* Infin. לְהַעֲשִׁיר, *ut ditescas*, Prov. XXIII. 4. etc. Hithp. partic. מִתְעַשֵּׁר, *divitem se jactans* vel *fingens*, Prov. XIII. 7.

עָשִׁיר, m. *dives*, 2 Sam. XII. 1. Plur. וַעֲשִׁירִים, *et divites*, Eccl. X. 6. Construct. עֲשִׁירֵי עָם, *divites populi*, Psalm. XLV. 13.

עֹשֶׁר, m. *divitiæ*, 1 Sam. XVII. 25. Aff. עָשְׁרוֹ, *divitiarum suarum*, Ps. LII. 9.

עָשַׂר *decimavit*, *decimas accepit :* futur. יַעְשֹׂר, *decimabit*, 1 Sam. VIII. 15. Pih. participium, הַמְעַשְּׂרִים, *decimaturi sunt*, Neh. X. 38. Infin. et futur. עַשֵּׂר אֲעַשְּׂרֶנּוּ, *decimando decimaturus sum*, id est, *decimas daturus*, Genes. XXVIII. 22. Sic, עַשֵּׂר תְּעַשֵּׂר, *decimando decimabis*, Deuter. XIV. 22. Hiph. infin. בַּעְשֵׂר, *in decimando*, *quando dabunt decimas*, Neh. X. 39. לְעַשֵּׂר, *decimare*, *decimas dare*, Deut. XXVI. 12.

עָשָׂר, m. *decem*, *decimus;* hæc forma adhibetur dumtaxat in numeris cum *denario* compositis, ut אַחַד עָשָׂר יוֹם, *undecimo die*, Deut. I. 2. וְאַחַד עָשָׂר, *et undecim*, Gen. XXXVII. 9. Chald. עֲשַׂר, *decem*, Dan. VII. 7. תְּרֵי־עֲשַׂר, *duodecim*, Dan. IV. 26.

עֶשֶׂר. f. *decem*, Exod. XXXVI. 21.

עָשׂוֹר, m. *decem*, *decimus*, Genes. XXIV. 55. בֶּעָשׂוֹר, *in ipso decimo*, scil. *die*, Exod. XII. 3. Item, *decachordum*, Psal. XXXIII. 2.

עֲשָׂרָה, m. *decem*, Genes. XVIII. 32. Chald. עַשְׂרָה, *decem*, Dan. VII. 24. Constr. עֲשֶׂרֶת, quod instar substantivi est, quasi *decadem* dicas : עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים, *decas verborum*, *decem verba*, Exod. XXXIV. 28. Plur. עֲשָׂרוֹת, *decuriæ*. וְשָׂרֵי עֲשָׂרֹת, *et præfecti decuriarum*, id est, *decuriones*, Exod. XVIII. 21.

עֶשְׂרֵה, f. *decem :* semper alii nomini numerali postponitur : ut אַחַת־עֶשְׂרֵה, *undecimo*, 2 Reg. IX. 29. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה, *duodecim*, Gen. V. 8.

עֲשִׂירִי, m. *decimus*, Gen. VIII. 5.

עֲשִׂירִיָּה, f. *decimatio*, *decimæ*, Ies. VI. 13.

עֲשִׂירִית, f. *decima*, *pars decima*, Exod. XVI. 36. בַּשָּׁנָה הָעֲשִׂירִית, *in anno decimo*, Jer. XXXII. 1.

עֶשְׂרִים, c. pl. *viginti*, Gen. XVIII. 31. pro עֶשְׂרַיִם, *bis dena*. Item *vicesimus*, וּבְיוֹם עֶשְׂרִים, *et die vicesimo*, 2 Paral. VII. 10. Chald. עֶשְׂרִין, *viginti*, Dan. VI. 2.

עִשָּׂרוֹן, m. *decima pars*, Numer. XV. 4.

עֶשְׂרֹנִים, m. pl. *decimæ partes*, Lev. XIV. 10.

מַעֲשֵׂר, m. *decima*. Hæc erat duplex: *primam* dabat colonus Levitis, de qua ipsi rursus dabant decimam sacerdotibus, (Num. XVIII. 26, 28.) reliquum Levitarum fuit proprium et liberum, vers. 31. Deinde colonus rursus Levitis dabat decimam *secundam*, quæ sacra erat, et a Levitis in templo consumebatur, Deut. XIV. 23. וַיִּתֶּן־לוֹ מַעֲשֵׂר, *et dedit ei decimam (de omnibus)*, Gen. XIV. 20. Constr. מַעְשַׂר, *decimam (terræ)*, Deut. XIV. 25. מִמַּעְשְׂרוֹ, *de decima sua*, Levit. XXVII. 31. Plurale fœmin. מִכֹּל מַעְשְׂרֹתֵיכֶם, *de omnibus decimis vestris*, Num. XVIII. 28.

עָשַׁשׁ *depasci*, *contabescere*: præterit. (*et ossa mea*) עָשֵׁשׁוּ, *contabescunt*, Psalm. XXXI. 11. עָשְׁשָׁה, *contabuit*, *depastus est*, Psal. VI. 8. Quidam, *caligavit*.

עָשׁ, m. *tinea*, a *depascendo* dicta, Job XIII. 28. Aliam significationem vide in עוּשׁ.

עָשַׁת *nitidum esse*: עָשְׁתוּ, *nitidi sunt*, Jerem. V. 28. Hithp. הִתְעַשֵּׁת, *cogitavit*, ex chaldaico usu, ut sequitur: futur. יִתְעַשֵּׁת, *cogitabit*, *cogitationem suscipiet*; vel secundum quosdam, *nitidum*, id est, *amicum exhibebit se*, Jon. I. 6.

עֲשִׁית, Chald. *cogitavit*: præter. וּמַלְכָּא עֲשִׁית, *et rex cogitabat*, Dan. VI. 4.

עָשׁוֹת, m. *nitidum*, *tersum*, Ezech. XXVII. 19.

עֶשֶׁת, m. *nitor*, Cant. V. 14.

עַשְׁתֵּי, *unum*, *unus*, sed semper additur nomini numerali עָשָׂר vel עֶשְׂרֵה, pro *undecim*, *undecimus*. בְּעַשְׁתֵּי־עָשָׂר, *in undecimo*, Deut. I. 3. לְעַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה, *undecim*, Exod. XXVI. 8. Vide Aben Esram, Numer. VII. 72.

עֶשְׁתּוּת, f. *cogitatio*: לְעַשְׁתּוּת, *ad cogitationem*, Job XII. 5. Quidam libri habent, עַשְׁתּוֹת.

עֶשְׁתֹּנוֹת, f. pl. *cogitationes*: affix. עֶשְׁתֹּנֹתָיו, *cogitationes ejus*, Psalm. CXLVI. 4.

עשתר עַשְׁתָּרָה, f. *grex*: plur. constr. וְעַשְׁתְּרוֹת צֹאנֶךָ, *et greges ovium tuarum*, Deuter. VII. 13. Apud Talmudicos legitur, sic dicti שמעשרות את בעליהן, *quod ditant dominos suos*: Cholin fol. 84. 2. Chaldæus, עֶדְרֵי, *greges*. Est et nomen imaginum, ovium formam habentium, ut Kimchi notat, quas pro deabus colebant Tzidonii et Philistæi, Jud. II. 13. 1 Sam. XXXI. 10. Est et nomen proprium urbis, Deut. I. 4. Inde, עַשְׁתְּרָתִי, *hasteratæus*, 1 Par. XI. 44.

עָתַד Pih. *paravit*: imper. עַתְּדָהּ, *para illud*, Prov. XXIV. 27. Hithp. præt. הִתְעַתְּדוּ, *paratæ fuerunt*, vel *parant se*, Job XV. 28.

עָתִיד, m. *paratus*, Job XV. 24. Plur. עֲתִידִים, *parati*, Esth. III. 14. Fœmininum, עֲתִדֹת לָמוֹ, *parata eis*, id est, *quæ eventura sunt ipsis*,

Deut. XXXII. 35. Chald. עֲתִידִין, *parati estis*, Dan. III. 15. Apud Rabbinos, *futurum;* et sic grammaticis, עָתִיד, *tempus futurum.*

עַתּוּדִים, m. pl. *hirci*, majores proprie, qui gregis duces sunt, Numer. VII. 17. Metaphorice, *duces.* Constr. עַתּוּדֵי אָרֶץ, *duces terræ*, Ies. XIV. 9.

עֲתוּדִים, m. pl. *parata*, id est, *thesauri parati*, divitiæ *comparatæ*, juxta Kimchium. Aff. וַעֲתִידֹתֵיהֶם, *et paratos thesauros eorum*, Ies. X. 13. Scribitur in medio cum י, sed legendum juxta Masorethas per ו cum Schurek.

עתם Niph. נֶעְתַּם, *obscurari.* Præterit. נֶעְתַּם אָרֶץ, *obscurata est terra*, Ies. IX. 18. Aben Esra scribit esse idem quod קדר, חָשַׁךְ. Sic arabice, juxta R. Davidem.

עָתַק *consenescere, veterascere: transferri:* præt. עָתְקוּ, *veterascunt*, Job XXI. 7. עָתְקָה, *consenuit*, Psal. VI. 8. Fut. וְיֶעְתַּק, *transferetur, refigetur*, Job XVIII. 4. Hiph. הֶעְתִּיק, *transcribere, transferre, refigere.* Præt. הֶעְתִּיקוּ, *transcripserunt, ex multis libris in unum contulerunt*, Proverb. XXV. 1. הֶעְתִּיקוּ מֵהֶם מִלִּים, *transtulerunt*, impersonaliter, pro *translati sunt ab illis sermones*, Job XXXII. 15. Part. הַמַּעְתִּיק הָרִים, *qui refigit, transfert montes*, Job IX. 5. Fut. וַיַּעְתֵּק, *et refixit, transtulit*, Genes. XII. 8.

עָתָק, m. *durum, perversum, detortum*, 1 Sam. II. 3. Psal. LXXV. 6.

עָתֵק, m. *durans, durabile, stabile*, quasi *antiquum* dicas, Prov. VIII. 18.

עָתִיק, m. idem, Ies. XXIII. 18.

עַתִּיק, Chald. *antiquus*, Dan. VII. 13. וְעַתִּיק יוֹמִין, *et antiquus dierum*, ver. 9. Plural. עַתִּיקִים, *antiqua, obsoleta*, 1 Par. IV. 22. Constr. עַתִּיקֵי מִשָּׁדָיִם, *translati, avulsi ab uberibus*, Ies. XXVIII. 9.

עָתַר *deprecatus est, supplex oravit:* construitur cum præp. אֶל et לְ. Fut. יֶעְתַּר אֶל־אֱלֹהַּ, *supplex oraverit ad Deum*, Job XXXIII. 26. וַיֶּעְתַּר יִצְחָק לַיהוָֹה, *et supplex oravit Isaac ad Dominum*, Gen XXV. 21. Niph. נֶעְתַּר, *exoratus fuit*, Ies. XIX. 22. Et in Cholem, וְנַעְתּוֹר, *et exoratus fuerat*, 1 Par. V. 20. Simile vide in הָפַךְ. Particip. וְנַעְתָּרוֹת, *deprecanda, precibus avertenda*, quia *infida*, Prov. XXVII. 6. Fut. וַיֵּעָתֵר, *et exoratus est*, 2 Sam. XXIV. 25. Hiph. præterit. וְהַעְתַּרְתִּי, *et supplex orabo*, Exod. VIII. 25. וְהַעְתַּרְתֶּם, *et abunde profudistis*, Ezech. XXXV. 13. Imper. הַעְתִּירוּ, *supplices orate*, Exod. VIII. 24. Futur. אַעְתִּיר, *supplex orabo*, Exod. VIII. 5.

עָתָר, m. *abundantia:* construct. וַעֲתַר עֲנַן, *et abundantia nubis (suffitus)*, Ezech. VIII. 11.

עֲתֶרֶת, f. idem, עֲתֶרֶת שָׁלוֹם, *abundantia pacis*, Jer. XXXIII. 6.

עֲתָרִים, m. pl. *supplices:* affix. עֲתָרַי, *supplices mei*, Soph. III. 10. quod multis proprium nomen populorum censetur, *Hataræi.*

עָתַת *tempestive eloqui:* infinit. לָעוּת, *ad tempestive loquendum*, Ies. L. 4. nempe, לֵאמוֹר דָּבָר בְּעִתּוֹ, *loqui rem in tempore suo*, ut Kimchi exponit; et Schurek est loco Cholem, cui simile vide in חָלַל.

עֵת, c. *tempus*, Eccl. III. 2. Vide Aben Esram ad Eccl. X. 11. Affix. עִתּוֹ, *tempus suum*, Eccles. IX. 12. Plur.

עִתִּי, m. *tempestivus*, *opportunus*, Lev. XVI. 21.

עַתָּה, *nunc*, *jam*, *modo*, quasi *hoc tempore* vel *momento*: מֵעַתָּה, *ex nunc*, *ab hoc tempore*, *hinc*, Psalm. CXIII. 2.

עִתִּים, *tempora*, Job XXIV. 1. Cum affixo, עִתֶּיךָ, *temporum tuorum*, Ies. XXXIII. 6. Fœm. לְעִתּוֹת, *temporibus*, Psal. IX. 10. Affix. עִתּוֹתַי, *tempora mea*, Psal. XXXI. 16. וּכְעֶת, Chald. vide in עֶנֶת. Deducunt vulgo ab עוּת, *perdere*, sed Daghesch illis obstat.

פ

פֵּאָה f. *angulus*, *latus*, *plaga*: קְצוּצֵי פֵאָה, *extremati angulo*, Ier. IX. 25. id est, Arabes in *extremis angulis* deserti habitantes, ut Kimchi et R. Salomon exponunt. Construct. פְּאַת־נֶגֶב, *plaga australis*, Numer. XXXIV. 3. Plur. הַפֵּאוֹת, Exod. XXV. 26. Constructum ex terminatione masculina, פַּאֲתֵי, *latera*, *angulos* (*Moab*); vel juxta Chaldæum, *duces*, Num. XXIV. 17. Hinc verbum in Hiphil, unde futur. אַפְאֵיהֶם, *angulabo eos*, Deut. XXXII. 26. id est, *angulatim profligabo eos*, vel *in angulos et extremitates terræ relegabo eos*, aut *ex omnibus angulis ejiciam eos*: Jod est loco tertiæ radicalis, quasi pro אֶפְאֶה אוֹתָם, ut R. Salomon exponit.

* פֹּא, vide infra in פֹּה.

פֵּאֵר Pih. *ornavit*, *decoravit*, *glorificavit*. Semel ex significatione nominis derivati est, *ramos scrutari*, *ramos singillatim recognoscere*, et *fructus decutere*: præt. פֵּאֲרָךְ, *decoravit te*, Ies. LV. 5. Futur. אֲפָאֵר, *ornabo*, Ies. LX. 7. לֹא תְפַאֵר אַחֲרֶיךָ, *non scrutaberis ramos post te*, postquam scil. olivas tuas decusseris, Deut. XXIV. 20. et notatur in medio cum Pathach discernendæ significationis causa, scribit Kimchi. Hithp. infinit. לְהִתְפָּאֵר, *ad glori-andum*, Ies. LX. 21. Imper. הִתְפָּאֵר עָלַי, *gloriare*, *gloriam assume supra me*, Exod. VIII. 5.

פְּאֵר, m. *ornatus*, *ornamentum*, *decus*, Ies. LXI. 3, 10. Item, *tiara*, *capitis ornamentum*, Ezech. XXIV. 17. Plur. הַפְּאֵרִים, *tiaræ*, Ies. III. 20. Constr. פַּאֲרֵי פִשְׁתִּים, *tiaræ lineæ*, Ezech. XLIV. 18. Aff. וּפְאֵרֵכֶם, *et tiaræ vestræ*, Ezech. XXIV. 23. cum defectu י in medio, pro פְּאֵרֵיכֶם, ut Kimchi notat.

פֻּארָה, פֹּארָה, f. *ramus*, quia *ornamentum arboris*, Ies. X. 33. Plur. פֹּארוֹת, *rami*, Ezech. XVII. 6. Affix. פֹּארֹתָיו, *ramos suos*, Ezech. XXXI. 5.

תִּפְאֶרֶת, תִּפְאָרָה, f. *ornatus*, *ornamentum*, *decor*, *gloria*. Aff. תִּפְאַרְתּוֹ, *decor ejus*, Ies. XXVIII. 1.

פָּארוּר, m. *elegantia*, *nitor*, juxta quosdam, per geminationem tertiæ radicalis, Joel II. 6. Nah. II. 11. Vide פרר.

פגג פַּגִּים, m. pl. *grossuli*, *ficus immaturæ*. Aff. פַּגֶּיהָ, *grossulos suos*, Cant. II. 13.

פגל פִּגּוּל, m. *abominatio*, *res abominanda*: proprie dicitur de carne fœtoris et coloris tetri: בְּשַׂר פִּגּוּל, *caro abominationis*, id est, *abominanda*, Ezech. IV. 14. Plural.

וּפְרַק פִּגֻּלִים, *et fragmen sive frustum carnium abominandarum*, Ies. LXV. 4.

פָּגַע *occurrit, incurrit, irruit, incidit, offendit, obviam venit, obviam factus fuit, intervenit, intercessit:* construitur cum præpos. ב et אֶל. Præt. וּפָגַע בְּדַבָּשֶׁת, *et incurrit in Dabbescheth*, וּפָגַע אֶל־הַנַּחַל, *et incurrit quoque in torrentem*, Jos. XIX. 11. Item cum accusativo, פָּגַעְתָּ אֶת־שָׂשׂ, *occurris gaudenti*, Ies. LXIV. 4. Futur. נִפְגַּע־בּוֹ, *intercedemus apud eum*, Job XXI. 15. Hiph. הִפְגִּיעַ, *incurrere fecit: intervenit, intercessit:* præt. הִפְגִּיעַ־בּוֹ, *incurrere fecit in eum*, Ies. LIII. 6. הִפְגַּעְתִּי בְךָ, *intercederem pro te*, Jer. XV. 11.

פֶּגַע, m. *occursus, casus*, 1 Reg. V. 18. Eccles. IX. 11.

מִפְגָּע, m. *scopus*, Job VII. 20.

פָּגַר Pih. *piger, lassus, defectus viribus fuit:* præt. אֲשֶׁר פִּגְּרוּ, *qui defecti viribus erant*, 1 Sam. XXX. 10, 21. Quidam Chirek loco Kibbutz esse volunt, quasi sit ex Pyhal.

פֶּגֶר, *cadaver, corpus viribus defectum*, 1 Sam. XVII. 46. Plur. פְּגָרִים, *cadavera*, 2 Reg. XIX. 35. Construct. פִּגְרֵי הָאָדָם, *cadavera hominum*, Jer. XXXIII. 5. Aff. יִפְּלוּ פִּגְרֵיכֶם, *cadent cadavera vestra*, Num. XIV. 29.

פָּגַשׁ *occurrit:* construitur cum accus. et præpositione ב. Præt. אֲשֶׁר פָּגַשְׁתִּי, *cui occurri*, Gen. XXXIII. 8. Futur. וַתִּפְגֹּשׁ אוֹתָם, *occurrit eis*, 1 Sam. XXV. 20. Niph. præt. נִפְגָּשׁוּ, *occurrunt sibi*, Psal. LXXXV. 11. Pih. fut. יְפַגְּשׁוּ, *incurrent*, Job V. 14.

פָּדָה *redemit:* præterit. פָּדָה אֶת־נַפְשִׁי, *redemit animam meam*, 2 Sam. IV. 9. Niph. præteritum, וְהָפְדֵּה לֹא נִפְדָּתָה, *redimendo non fuit redempta*, Lev. XIX. 20. Futur. לֹא יִפָּדֶה, *non redimetur*, Levit. XXVII. 29. Hiph. præter. וְהֶפְדָּהּ, *et redimi curet eam*, Exod. XXI. 8. Hoph. infin. וְהָפְדֵּה, Lev. XIX. 20.

פְּדוּיִם, *redemptio*, Num. III. 49.

פִּדְיוֹן, m. idem, vel *redemptionis pretium*, Exod. XXI. 30.

פְּדֻת, פְּדוּת, fœm. *redemptio*, Psal. CXI. 8.

פַּדָּן *Paddan*, nomen proprium loci, Gen. XLVIII. 7. מִפַּדַּן אֲרָם, *ex Paddan Aram*, Genes. XXV. 20. id est, *ex campestri* Syria; nam פדן arabice *ager, campus*, ut Aben Esra et R. Salomon tradunt. פַּדֶּנָה, *Paddanem*, Genes. XXVIII. 2. cum ה locali.

אַפֶּדֶן, *palatium, augustale*. Affix. וְיִטַּע אָהֳלֵי אַפַּדְנוֹ, *et figet tentoria palatii sui*, Dan. XI. 45. Sic in Targum, וְיִיגוֹד יַת אַפַּדְנֵיהּ עֲלֵיהוֹן, *et extendet augustale suum super eos*, hebraice שַׁפְרִירוֹ, Jer. XLIII. 10.

פָּדַע *redemit:* imper. פְּדָעֵהוּ, *redime eum*, Job XXXIII. 24. Convenit cum פָּדָה, mutato ה in ע.

פֶּדֶר m. *intestina*, vel juxta Aben Esram, *adeps*, Levit. I. 8. Aff. וְאֶת־פִּדְרוֹ, *et adipem ejus*, ver. 12.

פֶּה masc. *os oris:* metaphorice, *acies*, cum de gladio dicitur, et variis deinceps rebus accommodatur. Radix esset פיה et פָּה pro פֵּיָה, formæ נָאָה, ut Kimchi ponit in Michlol. Simile ipsi est שֶׂה. פִּה־לָהֶם, *os eis*, Psalm. CXV. 5. פֶּה לָפֶה, *ore ad os*, 2 Reg. X. 21. id est, *confertim*, adeo plene, ut ora hominum

se invicem contingerent. פֶּה אֶל־פֶּה, *ore ad os, coram*, Numer. XII. 8. Sic στόμα πρὸς στόμα, 2 Joh. I. 12. Constructum et cum affixis junctum, semper est cum Chirek et Jod: פִּי־צַדִּיק, *os justi*, Psalm. XXXVII. 30. פִּי שְׁנַיִם, *os duorum*, Deut. XXI. 17. id est, *portionem duplicem:* עַל־פִּי, *secundum os, ex præstituto, juxta mandatum*, Numer. III. 16. Sic פִּי sæpe est particula expletiva, seu syllabica adjectio, modum et æstimationem significans; ut, עַל־פִּי הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה, *juxta verba hæc*, Gen. XLIII. 7. לְפִי־חָרֶב, *ore gladii*, Jos. VI. 21. id est, *acie gladii, per gladium.* Item לְפִי, *secundum, juxta, pro ratione:* כְּפִי, idem, quomodo etiam expletivum est, Exod. XVI. 21. Aff. עִם־פִּיךָ וְעִם־פִּיהוּ, *cum ore tuo et cum ore ejus*, Exod. IV. 15. לְפִיהֶן, *secundum illos (annos)*, Lev. XXV. 51. פִּי, *os meum loquitur ad vos*, pro פִּי, Gen. XLV. 12. Plur. masc. פְּצִירָה פִים, *lima ora habens*, 1 Sam. XIII. 21. id est, *cui sunt* פִּים רַבִּים, *ora multa*, hoc est, *plena incisuris, ad melius acuendum ferrum.* Et masculinum sub terminatione fœminina, וְלָהּ שְׁנֵי פֵיוֹת, *et ei erant duo ora*, id est, *duæ acies*, Jud. III. 16. Et פ cum Chirek, כְּחֶרֶב פִּיּוֹת, *sicut gladius acierum*, id est, *bipennis*, Prov. V. 4. Et geminatum, חֶרֶב פִּיפִיּוֹת, *gladius acierum*, ut ante, Psal. CXLIX. 6.

פֹּה *hic*, Genes. XXII. 5. *huc*, 1 Sam. XVI. 11. מִפֹּה, *inde*, Ezech. XL. 39. עַד־פֹּה, *hucusque*, Job XXXVIII. 11. Cum א, וּפֹא, *et hic*, ibid. Sæpissime est cum ו loco ה: *tres* מִפּוֹ *hinc, et tres* מִפּוֹ *illinc*, Ezech. XL. 21. מִפּוֹ וּמִפּוֹ, *hinc et inde, utrimque*, ver. 34. Cum quæsitivo אֵי ab initio; אֵיפֹה, *ubinam?* Job XXXVIII. 4. *quales nam?* Jud. VIII. 18. Quater est cum ו loco ה: item absque Jod, אֵפוֹ, *jam, nunc*, Job IX. 24. וְאַיֵּה אֵפוֹ, *ubinam nunc est?* Job XVII. 15. דְּעוּ־אֵפוֹ, *scitote nunc*, Job XIX. 6. Sic cum א in fine, מִי־אֵפוֹא הוּא, *quis nunc ille?* Gen. XXVII. 33. Est quasi expletiva particula.

פוּג *intermittere, cessare: deficere, deliquium pati:* futur. וַיָּפָג לִבּוֹ, *defecit animus ejus*, Gen. XLV. 26. תָּפוּג תּוֹרָה, *cessabit lex*, Hab. I. 4. Niph. præterit. נְפוּגוֹתִי, *debilitatus sum*, Psal. XXXVIII. 9.

פּוּגָה, fœm. *intermissio, cessatio:* constr. אַל־תִּתְּנִי פוּגַת לָךְ, *ne des intermissionem tibi*, Thren. II. 18. sc. עַיִן, *oculi*, ut Aben Esra complet.

הֲפֻגוֹת, f. pl. *intermissiones*, Thren. III. 49.

פוּחַ *afflavit, aspiravit:* עַד־שֶׁיָּפוּחַ הַיּוֹם, *donec aspiraverit dies*, Cant. II. 17. Hiph. הֵפִיחַ, *conflavit, perflavit, sufflavit, exsufflavit, efflavit:* metaphorice *effatus, elocutus est*, quia sermo nihil aliud quam *flatus et spiritus* est; unde et *spiritus oris* alibi vocatur. Item *illaqueavit* ex significatione nominis derivati, quod *laqueum* significat. Infinitiv. הָפֵחַ, *illaqueando*, Ies. XLII. 22. Imperativ. הָפִיחִי גַנִּי, *perfla hortum meum*, Cant. IV. 16. Futur. יָפִיחַ כְּזָבִים, *efflat mendacia*, Prov. VI. 19. יָפִיחַ בָּהֶם, *sufflat in eos*, Psal. X. 5. יָפִיחוּ קִרְיָה, *exsufflant urbem*, vel *illaqueant*, Prov. XXIX. 8.

פִּיחַ, m. *favilla*, quia *flatu excitatur*, Exod. IX. 8.

פַּח, m. *laqueus*, Hos. V. 1. Plural. פַּחִים, *laquei*, Prov. XXII. 5. Item, *laminæ*, Numer. XVII. 3. Construct. אֶת־פַּחֵי הַזָּהָב, *laminas auri*, Exod. XXXIX. 3. Est quasi a פחח.

פּוּךְ m. *stibium*, *fucus*, qui venustandæ faciei adhibetur. וַתָּשֶׂם בַּפּוּךְ עֵינֶיהָ, *et posuit in fucum oculos suos*, 2 Reg. IX. 30. Vide et Jer. IV. 30. Est et lapidis pretiosi nomen quem alii *carbunculum*, alii *rubinum* esse volunt, 1 Par. XXIX. 2. Ies. LIV. 11.

פּוֹל m. *faba*, 2 Sam. XVII. 28. וּפוֹל וַעֲדָשִׁים, *et fabas et lentes*, Ezech. IV. 9.

פּוּם פֻּם, m. Chald. *os oris*: עַל־פֻּם, *super os*, Dan. VI. 18. בְּפוּם, *in ore*, Dan. IV. 28. Cum aff. בְּפֻמַּהּ, *in ore suo*, Dan. VII. 5.

פּוּן *animi pendere; dubium*, *solicitum*, *anxium esse*, *hæsitare*: futur. אָפוּנָה, *animi pendeo*, Psalm. LXXXVIII. 16.

פֶּן, *ne forte*, *ne*, *ut ne*, *ut non*; quandoque hæsitantis, sæpe simpliciter negantis particula: פֶּן־תְּמֻתוּן, *ne moriamini*, Gen. III. 3. Construitur cum futuro, et semel abusive cum præterito, quod pro futuro ponitur, 2 Sam. XX. 6.

פּוּץ *spargere se*, *spargi*, *dispergi*, *dissipari*, *dissilire*: imperat. פֻּצוּ, *dispergite vos*, 1 Sam. XIV. 34. Fut. פֶּן־נָפוּץ, *ne forte dispergamur*, Gen. XI. 4. Niph. præter. נָפֹצוּ, *dispersæ sunt*, Genes. X. 18. נְפֹצוֹתֶם, *dispersi estis*, Ezech. XI. 17. Pih. futur. יְפֹצֵץ, *facit ut dissiliat* vel *dispergatur*, Jerem. XXIII. 29. Et geminatis duabus radicalibus, וַיְפַצְפְּצֵנִי, *et dissipavit me*, concutiendo *dissilire fecit me*, Job XVI. 12. Hiph. præt. וְהֵפִיץ יְהוָה אֶתְכֶם, *et disperget Dominus vos*, Deut. IV. 27. Hithp. fut. וַיִּתְפֹּצְצוּ, *et dissipati sunt*, Habac. III. 6.

מֵפִיץ, m. *malleus*, *marculus*: quasi *dispergens*, Prov. XXV. 18.

תְּפוֹצוֹת, f. pl. *dispersiones*: affix. וּתְפוֹצוֹתֵיכֶם, *et dispersiones vestræ*, Jerem. XXV. 34. cum duplici Vau Cholem.

פּוּק *titubavit*, *vacillavit*: præter. פָּקוּ, *titubant*, Ies. XXVIII. 7. Hiph. הֵפִיק, *vacillare fecit* vel *sivit*: item, *protulit*, *produxit*, *provexit*, *eduxit*, *exprompsit*, quæ significatio proprie chaldaica est. Part. מְפִיקִים, *proferunt*, Psalm. CXLIV. 13. Futur. וְלֹא יָפִיק, *ut non vacillet*, Jerem. X. 4. יָפִיק תְּבוּנָה, *educit intelligentiam*, Prov. III. 13. id est, *consequitur*.

פִּיק, masc. *titubatio*, Nah. II. 11. scribitur פִּק defective.

פּוּקָה, f. idem, 1 Sam. XXV. 31.

פּוּר *disrumpi*: infinit. פּוֹר, *disrumpendo*, Ies. XXIV. 19. Pih. præt. פּוֹרַרְתָּ בְעָזְּךָ יָם, *disrupisti fortitudine tua mare*, Psalm. LXXIV. 13. Et geminatis duabus radicalibus, fut. וַיְפַרְפְּרֵנִי, *et disrupit me*, *minutim concidit* vel *confregit me*, Job XVI. 12. Hiph. הֵפִיר, הֵפֵר, *fregit*, *irritum fecit*: præt. אֶת־בְּרִיתִי הֵפַר, *fœdus meum irritum fecit*, Genes. XVII. 14. cum Pathach propter pausam; ut etiam Num. XV. 31. הֵפִיר עֲצַת־גּוֹיִם, *irritum fecit consilium gentium*, Psalm. XXXIII. 10. Hoph. futurum, גַּם־בְּרִיתִי תֻּפַר, *et fœdus meum irritum fiet*, Jer. XXXIII. 21. Hithp. præter. הִתְפּוֹרְרָה, *disrupit se*, Ies. XXIV. 19.

פּוּרָה, f. *torcular*, a *confringendis* uvis, Ies. LXIII. 3.

פּוּר, m. *sors*, Esth. III. 7. persicum vocabulum. Plur. פּוּרִים, *sortes, sortium dies*, Esth. IX. 26.

פּוּשׁ *abundare, augescere, multiplicari:* præt. וּפָשׁוּ, *et abundabunt, multiplicabuntur*, Hab. I. 8. וּפִשְׁתֶּם, *et augescetis, crescetis*, Mal. III. 20. Niph. præt. נָפֹשׁוּ, *diffundent se, diffugient*, Nah. III. 18.

פַּשׁ, m. *abundantia, multitudo*, Job XXXV. 15.

פּוֹת m. *cardo fœmina*, ferramentum cavum januæ affixum: metaphorice, *pudendum muliebre*. Affix. פָּתְהֶן יְעָרֶה, *pudendum earum nudabit*, Ies. III. 17. nempe *per hostes*, qui eas *nudas in captivitatem abducent*. Aben Esra, אֲחוֹרֵיהֶן, *posteriora ipsarum;* Talmudici, פִּתְחֵיהֶן quod idem, Schab. fol. 62. 2. Sic et R. David. Græci, αἰσχύνωμα αὐτῶν. Aben Esra monet, quosdam interpretari, פְּאַתְהֶן, *angulos capitis ipsarum*, quos scil. *solent alienis crinibus ornare*. Plural. וְהַפֹּתוֹת, *et cardines*, 1 Reg. VII. 50.

פָּזַז *consolidari, roborari:* futur. וַיָּפֹזּוּ זְרֹעֵי יָדָיו, *et roborata sunt brachia manuum ejus*, Gen. XLIX. 24. Pih. מְפַזֵּז, *subsiliens, saltans*, 2 Sam. VI. 16. Sic Jonathan, מְרַקֵּד. Hoph. partic. זָהָב מוּפָז, *auro solido*, 1 Reg. X. 18. id est, *optimo* et *depuratissimo*, juxta Kimchium in commentario. Talmudici, זהב מופז שדומה לפז, quod simile est *margaritæ*, Ioma fol. 44. nempe *fulgore*.

פָּז, m. *aurum solidum*, Ps. XXI. 4. id est, *bene purgatum;* quanto enim *purius*, tanto *solidius* est: וּמִפָּז רָב, *et præ auro multo*, Psal. XIX. 11. Vide זהב.

אוּפָז, *Uphaz*, nomen proprium loci, Jerem. X. 9. qui alias *Ophir* dicitur, 1 Reg. IX. 28. ubi auri optimi fuit copia. בְּכֶתֶם אוּפָז, *auro insigni Uphaz*, id est, *præstantissimo*, Dan. X. 5. Quidam faciunt primitivum.

פָּזַר *dispersit:* part. Pahul, שֶׂה פְזוּרָה, *pecus dispersum*, Jer. L. 17. Niph. præt. נִפְזְרוּ, *dispersa sunt (ossa)*, Psal. CXLI. 7. Pih. præt. פִּזַּר עַצְמוֹת, *dispersit ossa*, Psal. LIII. 6. פִּזַּרְתָּ אוֹיְבֶיךָ, *dispersisti inimicos tuos*, Psalm. LXXXIX. 11. Pyh. partic. עַם מְפֻזָּר, *populus dispersus*, Esth. III. 8.

פָּחַד *pavit, expavit:* construitur sæpius cum præpositione כִּן et אֶל. Præt. וּמִדְּבָרְךָ פָּחַד לִבִּי, *et a verbo tuo pavet animus meus*, Psal. CXIX. 161. וּפָחֲדוּ אֶל־יְהוָה, *et pavebunt ad Dominum*, Hos. III. 5. id est, *pavidi accedent*. Pih. particip. מְפַחֵד, *pavens*, Proverb. XXVIII. 14. Futur. וַתְּפַחֵד, *paveasque jugiter*, Ies. LI. 13. Hiph. הִפְחִיד, *exterruit*, Job IV. 14.

פַּחַד, m. *pavor*, Gen. XXXI. 42. Aff. וּפַחְדּוֹ, *et pavor ejus*, Job XIII. 11. Plur. פְּחָדִים, *pavores*, Job XV. 21. Ex usu chaldaico, *testes virilitatis, testiculi:* aff. גִּידֵי פַחֲדָו, *nervi testiculorum ejus*, Job XL. 17. habetque aliam formam vocalium ad diversam significationem notandam. Fœm. פַּחְדָּה. Affix. פַּחְדָּתִי, *pavor mei*, Jer. II. 19.

פֶּחָה m. *dux, princeps, præses, præfectus*, Nehem. V. 14. Construct. פַּחַת יְהוּדָה, *principem Jehuda*, Hag.

I. 1. Est et ea forma absolutum, פַּחַת אֶחָד, *ducis unius*, 2 Reg. XVIII. 24. Aff. לְפֶחָתֶךָ, *duci tuo*, Mal. I. 8. פֶּחָם, *dux eorum*, Neh. V. 14. contracte pro פֶּחָתָם, cui simile vide in פנך. Plur. פַּחוֹת, *duces*, *principes*, 1 Reg. XX. 24. Alia forma, פַּחֲווֹת, Esr. VIII. 36. Aff. פַּחוֹתֶיהָ, *duces ejus*, Jerem. LI. 57. Chald. פֶּחָה, *princeps*, Esr. V. 14. vel פֶּחַת, ver. 3. Plur. formæ fœmininæ, פַּחֲוָתָא, *duces*, Dan. VI. 8.

פחז פֹּחֲזִים, m. pl. *instabiles*, *leves*, Jud. IX. 4. נְבִיאֶיהָ פֹּחֲזִים, *prophetæ ejus leves sunt*, Soph. III. 4. פַּחַז, m. *rapiditas*, *rapidus*, Genes. XLIX. 4.

פַּחֲזוּת, f. *levitas*, *instabilitas*, *rapiditas*: affix. וּבְפַחֲזוּתָם, *et rapiditate sua*, Jer. XXIII. 32.

פֶּחָם masc. *carbo*, *pruna*, Ies. LIV. 16. וּפֹעֵל בְּפֶחָם, *et operatur prunis*, Ies. XLIV. 12. Elias vult esse prunam exstinctam, et גחל ardentem.

פֶּחָר m. Chald. *figulus*; מִנְּהוֹן חֲסַף דִּי־פֶחָר, *partim ex luto figuli*, Dan. II. 41.

פַּחַת masc. *fovea*, *fossa*, Jerem. XLVIII. 28. Plural. פְּחָתִים, *fossæ*, 2 Sam. XVII. 9.

פְּחֶתֶת, f. *corrosio*, *plaga corrodens*, Lev. XIII. 55.

פטד פִּטְדָה, fœm. *topazius* vel *smaragdus*, Exod. XXVIII. 17. Constr. פִּטְדַת־כּוּשׁ, *topazius Æthiopiæ*, Job XXVIII. 19. Chaldæus ubique vertit *lapidem viridem*, id est, *smaragdum*.

פָּטַר *dimisit*, *emisit*, *laxavit*, *exemit*: *discessit*, *abscessit*: hinc apud Rabbinos נִפְטַר, *dimissus e vivis*, *mortuus*: פָּטוּר, *licitum*, *permissum*. Præt. לֹא־פָטַר, *non dimiserat* vel *exemerat Jehojada sacerdos ullas distributiones*, 2 Par. XXIII. 8. Particip. פּוֹטֵר מַיִם, *laxat aquas*, Prov. XVII. 14. Fut. וַיִּפְטַר, *et discessit* (*a facie Saulis*), 1 Sam. XIX. 10. Hiph. fut. יַפְטִירוּ בְשָׂפָה, *laxum faciunt labio*, Psal. XXII. 8. id est, *diducunt*, *distorquent labia*.

פֶּטֶר, masc. *apertio*, *laxatio*: פֶּטֶר כָּל־רֶחֶם, *apertionem omnis vulvæ*, Exod. XIII. 2. id est, *quidquid vulvam primo aperit*, seu *e vulva primo emittitur*; hoc est, *primogenitum*. Fœm. פִּטְרָה, idem: construct. תַּחַת פִּטְרַת כָּל־רֶחֶם, *pro apertione prima omnis vulvæ*, Num. VIII. 16. id est, *pro primogenito*.

פְּטוּרִים, *dimissi*, *immunes*, 1 Par. IX. 33. et ita est participium Pahul. Et substantive, *apertiones*. Construct. וּפְטוּרֵי צִצִּים, *et apertiones florum*, 1 Reg. VI. 18. id est, *cælaturæ florum patulæ*.

פטש פַּטִּישׁ, m. *malleus*, Ies. XLI. 7. Jer. XXIII. 29. Chald. *subligaculum*, *femorale*, juxta Aben Esram. Plural. cum aff. פַּטִּישֵׁיהוֹן, *subligaculis suis*, Dan. III. 21. Scribitur cum י post ט redundante, juxta Masorethas.

פִּיד masc. *oppressio*, *casus* vel *eventus malus*, *infortunium*, Proverb. XXIV. 22. Aff. בְּפִידוֹ, *in oppressione ejus*, Job XXX. 24.

פים פִּימָה, fœmin. *plicatura*, *strigæ*, cutis propter pinguedinem conduplicatio; וַיַּעַשׂ פִּימָה, *et effecit strigas*, Job XV. 27. Quidam a plurali פִּים, *ora*, deducunt, de quo in פֶּה; quasi *orificationem* dicas, per metaphoram.

פָּכָה Pih. *manare*, *diffluere*, *effluere*: partic. מַיִם מְפַכִּים, *aquæ manabant*, Ezech. XLVII. 2.

פַּךְ, m. *lenticula*: אֶת־פַּךְ הַשֶּׁמֶן, *lenticulam olei*, 1 Sam. X. 1.

פלא Niph. נִפְלָא, *mirum*, *admirabile esse* vel *fieri*, *in admirationem rapi*: *occultari*, *occultum esse*: construitur cum præpos. מִן. Præter. נִפְלֵיתִי, *in admirationem rapior*, Psal. CXXXIX. 14. cum י in medio, loco א. Fœmin. הִיא נִפְלָאת, *hoc admirabile fuit*, Psalm. CXVIII. 23. contracte pro נִפְלָאָה, ut Kimchi notat. נִפְלְאָתָה אַהֲבָתְךָ לִי, *admirabilis fuit amor tuus mihi*, 2 Sam. I. 26. estque cum duplici signo fœminino, cui simile vide in חבא. Particip. לֹא־נִפְלֵאת הִוא מִמְּךָ, *non est occultum a te*, Deut. XXX. 11. Pih. infinitiv. לְפַלֵּא, vide in פָּלָה: nam hæ duæ radices formas inter se permutant. Hiph. הִפְלִיא, *mirifice*, *mirabiliter*, *mirifica egit*, *mirificum reddidit* vel *effecit*. Sunt et quædam ex hujus verbi forma, pro *segregare*, quæ pertinent ad פָּלָה. Præt. הִפְלִיא חַסְדּוֹ, *mirificam reddit benignitatem suam*, Psal. XXXI. 22. הִפְלָא עֵצָה, *mirificus est*, *mirifice agit consilio*, Ies. XXVIII. 29. וְהִפְלָא, *et mirificas efficiet*, Deut. XXVIII. 59. cum Kametz, ex forma הִפְלָה. Futur. יַפְלָא, vide in פלה. Hithp. futur. תִּתְפַּלָּא בִי, *mirificum te exhibes contra me*, Job X. 16. Aben Esra, *vides mirabilia tua in me*.

* פֶּלֶא, m. *admirabilis*, Ies. IX. 5.

פִּלְאִי, m. *mirificus*, Jud. XIII. 18. quod juxta Masorethas legendum פֶּלִי absque א. Fœmin. פִּלְאִיָּה, *mirifica*, *admiranda*, Psal. CXXXIX. 6. quod legendum est פְּלִיאָה. Ex hac forma præcedens legi posset פָּלִיא.

פֶּלֶא, m. *mirum*, *miraculum*, *mirabile*, Exod. XV. 11. Plural. פְּלָאִים, *cum miraculis*, id est, *mirabiliter*, Thren. I. 9. Fœm. פְּלָאוֹת, *mirabilia*, Psal. CXIX. 129.

מִפְלָאוֹת, f. pl. *mirabilia*: constr. מִפְלְאוֹת תְּמִים דֵּעִים, *mirabilia perfecti scientiis*, Job XXXVII. 16.

פָּלַג Pih. *divisit*: præterit. מִי־פִלַּג, *quis divisit?* Job XXXVIII. 25. Imperat. פַּלַּג לְשׁוֹנָם, *divide linguam ipsorum*, Psal. LV. 10. Niph. præter. נִפְלְגָה הָאָרֶץ, *divisa fuit terra*, Gen. X. 25.

פְּלַג, masc. Chald. *particula*, *dimidium*. וּפְלַג עִדָּן, *et dimidium temporis*, Dan. VII. 25.

פֶּלֶג, masc. *rivus*, quasi *divisum* aut *divergium* fontis: פֶּלֶג אֱלֹהִים, *rivus Dei*, Psalm. LXV. 10. Plur. פְּלָגִים, *rivi*, Ies. XXX. 25. Constr. פַּלְגֵי־מָיִם, *rivi aquarum*, Psal. I. 3. Affix. פְּלָגָיו, *rivi ejus*, Psal. XLVI. 5.

פְּלֻגָּה, f. *classis*, *divisio*. Plural. construct. לִפְלֻגּוֹת בֵּית הָאָבוֹת, *in classes familiarum paternarum*, 2 Par. XXXV. 5. Chald. *partitio*: בִּפְלֻגָּתְהוֹן, *in partitione eorum*, Esr. VI. 18.

פְּלִיגָה, f. Chald. *divisum*, *diversum*, Dan. II. 41.

פְּלַגּוֹת, f. pl. *partes*, Jud. V. 15. *rivi*, Job XX. 17.

מִפְלַגּוֹת, f. pl. *classes*, 2 Paral. XXXV. 12.

פִּלֶגֶשׁ פִּילֶגֶשׁ, f. *concubina uxor*, quæ *uxor* quidem erat, sed non *legitima*: nec *hera*, sed *serva*: unde et liberi earum non fiebant hæredes

paternorum bonorum, sed dono emittebantur, Gen. XXII. 24. et XXV. 6. In jure veterum legitur: » *quæ sunt* נָשִׁים, *uxores? et quæ sunt* פִּילַגְשִׁים, *uxores concubinæ? R. Jehuda dixit*: נָשִׁים *sunt, quæ scripto seu instrumento dotali et sollemnibus sponsalibus ducuntur*: פִּילַגְשִׁים, *quæ neutro*. » Sanhedrin cap. 2. fol 21. Vide Kimch. 2 Sam. V. 11. Quidam vocem compositam volunt ex פָּלַג, *divisit*, et ex אִשָּׁה, *uxor*; quasi *uxor divisa*, vel *dimidia*. Aff. פִּילַגְשׁוֹ, *concubina ejus*, Jud. XIX. 2. Plural. פִּלַגְשִׁים וְנָשִׁים, *concubinas et uxores*, 2 Sam. V. 13. Constr. אֶל־פִּילַגְשֵׁי אָבִיךָ, *ad concubinas patris tui*, 2 Sam. XVI. 21. Aff. וְנֶפֶשׁ פִּלַגְשֶׁיךָ, *et animam concubinarum tuarum*, 2 Sam. XIX. 6.

פֶּלֶךְ m. *lampas, fax, tæda*: plur. fœm. פְּלָדוֹת, *tædæ*, Nah. II. 4.

פלה Niph. נִפְלָה, *segregari, separari*: præter. נִפְלֵיתִי, vide in פלא: nam hæ duæ radices formas inter se commutant. וְנִפְלִינוּ, *et separabimur*, Exod. XXXIII. 16. Pih. infin. לְפַלֵּא, *segregando*, Lev. XXII. 21. Hiph. præter. הִפְלָה, *segregavit*, Psal. IV. 4. וְהִפְלָה, *et separabit, separationem aut discrimen faciet*, Exod. IX. 4. וְהִפְלֵיתִי, *et separabo, excipiam vel eximam*, Exod. VIII. 22. Imper. הַפְלֵה חֲסָדֶיךָ, *separa benignitates tuas*, Ps. XVII. 7. Fut. יַפְלֶה, *separationem faciet, discrimen ponet*, Exod. XI. 7. יַפְלָא, *separaverit, separatim expresserit*, Lev. XXVII. 2.

פְּלוֹנִי, *ploni*, nomen innominati, cujus proprium nomen reticetur; græce, ὁ δεῖνα, Matth. XXVI. 18. πρὸς τὸν δεῖνα, *ad quemdam, ad N*. Jungitur ipsi אַלְמֹנִי, de quo in אלם dictum est; שְׁבָה־פֹּה פְּלֹנִי אַלְמֹנִי, *sede hic ploni almoni, tu N.*, Ruth IV. 1. Volunt et de loco usurpari, אֶל־מְקוֹם פְּלֹנִי אַלְמֹנִי, *ad locum N.*, 2 Reg. VI. 8. 1 Sam. XXI. 2. sed מְקוֹם in constructione positum, ostendit sequentia vocabula *virum quemdam* notare, ut Kimchi monet. pro, *ad locum cujusdam N.* Hinc פַּלְמֹנִי, ex פְּלֹנִי et אַלְמֹנִי compositum: לַפַּלְמוֹנִי הַמְדַבֵּר, *tali loquenti*, Dan. VIII. 13. Talmudici dicunt פְּלָן, et emph. פְּלָנְיָא; et fœmin. פְּלָנִיתָא, ut אני פלניא בר פלנייתא, *ego N. filius mulieris N.*

פָּלַח *dissecuit*: vicinum verbo פלג. Part. פֹּלֵחַ וּבֹקֵעַ, *dissecans et findens*, Psalm. CXLI. 7. Pih. futur. יְפַלַּח חֵץ, *dissecet sagitta*, Prov. VII. 23. תְּפַלַּחְנָה, *dissecant, dilatant*, sc. *matricem* aut *ventrem ad pullos edendos*, Job XXXIX. 3.

פֶּלַח, masc. *fragmentum, segmentum*, 1 Sam. XXX. 12. Cant. IV. 3. כְּפֶלַח תַּחְתִּית, *sicut fragmen inferioris* sc. *molæ*, Job XLI. 16.

פלח Chald. *servivit, coluit*: part. פָּלַח־לֵהּ, *colis eum*, Dan. VI. 17. Plur. לָא פָלְחִין, *non colunt*, Dan. III. 12. Constr. פָּלְחֵי, *servientibus, ministris (domus Dei)*, Esr. VII. 24. Futur. דִּי לָא־יִפְלְחוּן, *ut non colerent*, Dan. III. 28.

פָּלְחָן, m. Chald. *ministerium*, Esr. VII. 19.

פָּלַט *evasit, effugit*: præterit. וּפָלְטוּ, *et evadent*, Ezech. VII. 16. Pih. פִּלֵּט, *evadere fecit, liberavit, eri-*

puit. Item, *parere*, *eniti.* Particip. וּמְפַלְטִי, *et liberator meus*, Psalm. XVIII. 3. Infinit. רָנֵּי פַּלֵּט, *cantionibus liberandi*, pro, *liberationis*, Psal. XXXII. 7. Imper. פַּלֶּט־לָמוֹ, *parito eis*, Psal. LVI. 8. vel, *liberare*, seu *liberatio eis!* admirative juxta Kimchium. Cum ה paragogico, פַּלְּטָה נַפְשִׁי, *eripe animam meam*, Psalm. XVII. 13. Futur. תְּפַלֵּט פָּרָתוֹ, *enitiur vacca ejus*, Job XXI. 10. Hiph. futurum, וְיַפְלִיט, *et eripiet*, Ies. V. 29. וְלֹא־תַפְלִיט, *sed non liberabis*, Mich. VI. 14.

פְּלִיט, m. *evasor*, *evadens*, *effugiens*, *qui evasit*, *aut elapsus est*, Amos IX. 1. Plural. per Tzere in medio, פְּלֵיטִים, *evadentes*, Ies. LXVI. 19. פְּלֵטִים מֵחֶרֶב, *evadentes e gladio*, Jer. LI. 50. Constr. פְּלִיטֵי חֶרֶב; *evasores gladii*, Ezech. VI. 8. Aff. פְּלִיטֵיכֶם, *evasores vestri*, *qui evaserint ex vobis*, Ezech. VI. 9.

פְּלֵיטָה, f. *evasio*, *effugium*, *liberatio*, *residuum*, *reliquiæ*; tria sunt absque י in medio פְּלֵטָה, Ezech. XIV. 22. Jud. XXI. 17. 2 Sam. XV. 14. Constr. פְּלֵיטַת, *residuum*, 2 Reg. XIX. 30.

מִפְלָט, m. *effugium*, Psal. LV. 9.

פֶּלֶךְ m. *scipio*, 2 Sam. III. 29. *colus*, Prov. XXXI. 19. Ex significatione chaldaica, *tractus*, Neh. III. 9. Aff. לְפִלְכּוֹ, *ad tractum suum*, ver. 17.

פלל Pih. *judicavit*, *adjudicavit*, *judicium exercuit*: præterit. וּפִלְלוֹ, *et judicabit eum*, 1 Sam. II. 25. פִּלַּלְתְּ לַאֲחוֹתֵךְ, *adjudicas sorori tuæ*, Ezech. XVI. 52. לֹא פִלָּלְתִּי, *non judicavi*, Gen. XLVIII. 11. id est, *putavi*, *cogitavi*, juxta R. Salomonem. Fut. וַיְפַלֵּל, *et judicium exercuit*, Psal. CVI. 30. Niph. præt. וְנִפְלַל, *et judicabitur*, Ezech. XXVIII. 23. Hithp. הִתְפַּלֵּל, *judicem se constituit*, semel tantum: alias, *oravit*, *supplex oravit*, *supplicavit*, *precatus est*: construitur cum præpos. ל, אֶל et לִפְנֵי; quandoque cum עַל, sed id valet tum idem quod אֶל. Præterit. הִתְפַּלַּלְתָּ אֵלַי, *orasti ad me*, 2 Reg. XIX. 20. Futur. ex prima significatione, מִי יִתְפַּלֶּל־לוֹ, *quis se judicem constituet ipsi? quis judex constituetur ipsi?* 1 Sam. II. 25.

פְּלִילִי, m. *judex*; *judicialis*: עָוֹן פְּלִילִי, *iniquitas judicis*, Job XXXI. 28. id est, *judiciaria*, *quæ ad judicem pertinet*. Plur. פְּלִילִים, *judices*, Deut. XXXII. 31.

פְּלִילָה, f. *judicium*, Ies. XVI. 3.

פְּלִילִיָּה, f. *judicatio*, Ies. XXVIII. 7.

תְּפִלָּה, f. *precatio*, *oratio*, Ies. I. 15. Construct. אֶל־תְּפִלַּת עַבְדְּךָ, *ad orationem servi tui*, 1 Reg. VIII. 28. Affix. תְּפִלָּתוֹ, *oratio ejus*, Proverb. XXVIII. 9. Plur. תְּפִלּוֹת, *orationes*, Psal. LXXII. 20.

*פלם פַּלְמֹנִי, vide supra in פלה.

*פלן פְּלוֹנִי, vide supra in פלה.

פלס Pih. *libravit*, *appendit*; metaphorice, *expendit*, *consideravit*. Partic. מְפַלֵּס, *expendit*, Prov. V. 21. Imper. פַּלֵּס, *expende (orbitam pedis tui)*, Prov. IV. 26. Fut. יְפַלֵּס נָתִיב, *libravit semitam*, Psal. LXXVIII. 50.

פֶּלֶס, m. *statera*, *bilanx*, a *librando*, Prov. XVI. 11. Ies. XL. 12.

מִפְלָשִׂים, m. pl. *libramenta*; *pondera*; constr. עַל־מִפְלְשֵׂי־עָב, *de libramentis nubis*, Job XXXVII. 16. et שׂ est loco ס, juxta Aben Esram.

פלץ Hithp. הִתְפַּלֵּץ, *tremere*,

contremiscere : fut. יִתְפַּלָּצוּן, *contremiscant*, Job IX. 6.

פַּלָּצוּת, f. *tremor*, *terror*, *horror*, Ies. XXI. 4.

מִפְלֶצֶת, f. *horror*, *horriculum*, *idolum*, 1 Reg. XV. 13. sic dictum, שהוא מביא פלצות וצרות רבות לעובדיו, *quia adducit horrorem et calamitates multas cultoribus suis*, scribit hoc loco R. Levi cui assentit Kimchius. Apud Talmudicos legitur: » מפצלת dicitur, דהות מפליא ליצנותא, *eo quod mirificum risum præbuerit*. Quid ita? Rabbi Joseph docuerat: כמין זכרות עשתה לה והיתה נבעלת בו בכל יום. » Tractatu *de idololatria* cap. 3. fol. 84. editionis venetæ. Meminit eorum R. Salomon ad præcedentem locum, et eo respexit sine dubio auctor Vulgatæ latinæ, ad quam conferatur Lyra. Sed omnino ab *horrore* hoc idolum dictum fuit, sicut alias a *terrore*; ut est in אים. Aff. אֶת־מִפְלַצְתָּהּ, *horrendum idolum ejus*, ibidem, et 2 Par. XV. 16.

תִּפְלֶצֶת, f. *horror*. Aff. תִּפְלַצְתְּךָ, *horror tuus*, Jer. XLIX. 16. *horrenda potentia tua*, vel *horrenda terra tua*, in qua nimium confidis.

פלשׁ Hithp. הִתְפַּלֵּשׁ, *volvere*, *volutare se*: vel *conspergere se*. Imperat. הִתְפַּלְּשׁוּ, *volutate vos*, scil. *in pulvere* vel *cinere*, juxta hebræos, Jerem. XXV. 34. וְהִתְפַּלְּשִׁי בָאֵפֶר, *voluta te in cinere*, Jerem. VI. 26. הִתְפַּלָּשְׁתִּי, idem, Mich. I. 10. Scribitur cum ת redundante, ut Masorethæ notant.

* מִפְלָשִׂים, vide supra in פלס.

* פֶּן, vide supra in פון.

פַּנַּג *Phænicia*, nomen regionis, ut quibusdam placet, Ezech. XXVII. 17. Kimchi hic annotat, Josephum Gorionidem explicare אפרסמון, quod vocant *balsamum*. Idem tradit R. Salomon. Ejus in Jericho fuit copia, unde et a רֵיחַ, nempe ab *odore bono* nomen יְרִיחוֹ accepit.

פָּנָה *aspexit*, *respexit*, *spectavit*: *vertit*, *avertit*, *convertit*, *divertit*, *declinavit*, quomodo pro diversa constructione reddi potest. Construitur autem præcipue cum præpos. ל, אֶל, מִן et עַל. Præt. פָּנָה הַיּוֹם, *divertit dies*, *abit*, *declinat*, Jer. VI. 4. אָנָה פָּנָה, *quo respicit*, *vertit se dilectus meus*, Cant. VI. 1. וּפָנִיתָ בַבֹּקֶר, *et vertes te mane*, *reverteris*, Deut. XVI. 7. כָּל־יָמֵינוּ פָּנוּ, *omnes dies nostri declinant*, Psalm. XC. 9. Infinit. לִפְנוֹת עֶרֶב, *aspiciente vespera*, *quum appeteret vespera*, Genes. XXIV. 63. לִפְנוֹת הַבֹּקֶר, *quum appeteret mane*, Jud. XIX. 26. etc. Pih. פִּנָּה, *amovit*, *expedivit*, *paravit*, *præparavit*: præt. פִּנָּה אֹיְבֵךְ, *expedivit inimicum tuum*, Soph. III. 15. וּפִנָּה־דֶרֶךְ לְפָנָי, *et expediat*, *præparet viam ante me*, Mal. III. 1. Hiph. הִפְנָה, *aspicere fecit*, *faciem advertit*, *avertit* vel *obvertit*: *respexit*, *vertit se*: præterit. הִפְנָה עֹרֶף, *obvertit cervicem*, Jer. XLVIII. 39. וְלֹא הִפְנוּ, *ut non obvertant* vel *avertant faciem*, Jerem. XLVI. 5. הִפְנְתָה לָנוּס, *vertit se ad fugiendum*, *in fugam*, Jerem. XLIX. 24. Hoph. præteritum הָפְנוּ, *fiet ut avertant se*, Jerem. XLIX. 8. Partic. מָפְנֶה, *obversa* (*porta*), Ezech. IX. 2.

פָּנִים, m. pl. *facies*, *aspectus*, *conspectus*, *superficies*, et quælibet *externa anterior rerum species*. פָּנִים אֶל־פָּנִים, *facie ad faciem*, Genes. XXXII. 31. προσωπον πρός πρόσωπον, 1 Cor. XIII. 12. *Facies* autem *anterior rei pars est*; inde sumitur pro

צַדִּיק, m. *justus*, Gen. VI. 9. Plur. צַדִּיקִים, *justi*, Psal. I. 5. Et defective, הַצַּדִּיקִם, *justos*, Gen. XVIII. 24.

צֶדֶק, m. *justitia*, Deut. XVI. 20. Cum aff. צִדְקוֹ, *justitiam ejus*, Psal. L. 6. צִדְקֶךָ, *justitiam tuam*, Psalm. XXXV. 28. Addebatur aliquando regum nominibus; ut, מַלְכִּי־צֶדֶק, Gen. XIV. 18. אֲדֹנִי־צֶדֶק, Jos. X. 1. ubi hebræi scribunt, fuisse tunc commune nomen regum Jerusalem, ut aliquando פַּרְעֹה, regum ægyptiorum.

צְדָקָה, f. *justitia*, Ies. XLV. 23. Apud Rabbinos etiam est *eleemosyna*, quod *justum* sit, et *justitiæ symbolum*, pauperibus succurrere. Chald. בְּצִדְקָה, *justitia*, Dan. IV. 24. Construct. צִדְקַת, Ezech. XVIII. 20. Aff צִדְקָתוֹ, *justitiam ejus*, Psalm. XXII. 32. Plural. עֹשֵׂה צְדָקוֹת, *exercens justitias*, Psal. CIII. 6. Constr. צִדְקוֹת, Mich. VI. 5. Aff. צִדְקוֹתֵינוּ, *justitiæ nostræ*, Ies. LXIV. 5.

צהב צָהוֹב, m. *fulvus*, Levit. XIII. 30. Jonathan, *splendens ut aurum;* nam convenit cum זָהָב, commutatis ז et צ, ut in עָלַז et עָלַץ. Hoph. particip. מֻצְהָב, *fulgens*, Esr. VIII. 27.

צָהַל *hinnivit:* verbum equorum proprium, ex lætitia et lascivia hinnientium: metaphorice hominibus tribuitur, pro, *claram*, *lætam vocem edere*, *jubilare*. Præterit. צָהֲלוּ, *hinnient*, Ies. XXIV. 14. צָהֲלָה, *jubilabat*, Esth. VIII. 15. Imperativ. צַהֲלוּ, *jubilate*, Jer. XXXI. 7. צַהֲלִי קוֹלֵךְ, *claram ede vocem tuam*, Ies. X. 30. Fut. אֶל־אֵשֶׁת רֵעֵהוּ יִצְהָלוּ, *ad uxorem proximi sui adhinniunt*, Jerem. V. 8. Hiph. infinit. לְהַצְהִיל פָּנִים, *lætam efficiendo faciem*, Psal. CIV. 15.

מִצְהָלוֹת, f. pl. *hinnitus:* constr. מִקּוֹל מִצְהֲלוֹת אַבִּירָיו, *a sono hinnituum robustorum ejus*, Jer. VIII. 16. Aff. וּמִצְהֲלוֹתַיִךְ, *et hinnitus tui*, Jer. XIII. 27.

צהר צֹהַר, m. *lumen*, *splendor*, *fenestra*, Genes. VI. 16. sic dicta, quod *lucem transmittit*. Verbum צְהַר, *lucere*, chaldæis usitatum est.

צָהֳרַיִם, m. dual. *meridies*, quia diem *in duas partes æquas* dividit, et *geminæ lucis*, antemeridianæ scilicet et vespertinæ, medium est interstitium et terminus. Est autem formæ אָזְנַיִם, ac proinde primum Kametz est breve. בְּעֵת צָהֳרָיִם, *tempore meridiano*, Jer. XX. 16. בַּצָּהֳרָיִם, *in meridie*, Gen. XLIII. 16.

יִצְהָר, masc. *oleum*, a *pellucido colore*, 2 Reg. XVIII. 32. Aff. וְיִצְהָרֶךָ, *et oleum tuum*, Deut. VII. 13.

הִצְהִיר, Hiph. *oleum facere*, vel *exprimere*. Futur. יַצְהִירוּ, *oleum exprimunt*, Job XXIV. 11. Aben Esra scribit, sic dici, quia oleum accensum lucem facit ut meridies.

* צוֹא, צוֹאָה, *excrementum:* vide in יָצָא.

* צַוָּאר, vide infra in צוּר.

צוּד *venatus est:* præterit. צָדוּ צְעָדֵינוּ, *venati sunt gressus nostros*, Thren. IV. 18. et est Milrah præter morem, aut est a צָדָה. Part. הַצָּד, *qui venatus est*, Gen. XXVII. 33. etc. Pih. part. מְצֹדְדוֹת, *venamini*, Ezech. XIII. 20. Infin. לְצוֹדֵד, *ad venandum*, ver. 18. Futur. תְּצוֹדֵדְנָה, *venamini*, ibid. Hithp. præt. הִצְטַיַּדְנוּ, *in viaticum sumpsimus*, Jos. IX. 12. ex significatione sequentis nominis צַיִד.

צַיָּד, m. *venator:* plur. צַיָּדִים, *venatores*, Jer. XVI. 16.

צַיִד, masc. *venatio:* Genes. X. 9. Item, *esca, viaticum, commeatus*, Neh. XIII. 15. Construct. צֵיד חַיָּה, *venationem bestias*, Levit. XVII. 13. Affix. צֵידוֹ, *venationem suam*, Prov. XII. 27.

צֵידָה, צֵדָה, fœm. *viaticum*, Gen. XLII. 25. Jos. IX. 11.

מָצוֹד, masc. *rete*, proprie *venatorium*. Cum aff. וּמְצוּדוֹ, *et rete suum*, Job XIX. 6.

מְצוּדָה, f. *venatio*, Ezech. XIII. 21.

sagena : affix. בִּמְצוּדָתִי, *sagena mea*, Ezech. XII. 13. Vide in מצד.

מָצוֹד, m. *rete*, juxta Aben Esram; *præsidium*, *munitio*, juxta R. Salomonem. Construct. מְצוֹד רָעִים, *præsidium* vel *rete malorum*, Prov. XII. 12. Plur. מְצוֹדִים, *retia*, Eccl. VII. 26. Aliam significationem vide in מצד.

מְצוֹדָה, f. *sagena*, Eccles. IX. 12. Plur. vide in מצד.

צוה Pih. *præcepit, mandavit, jussit* : construitur cum accus. et præpositionibus עַל, אֶל et לְ. Aben Esra notat, cum עַל denotare interdictum et prohibitionem : vide Genes. II. 16. 1 Reg. II. 43 Ies. V. 6 Præterit. וְצִוָּה עָלֶיךָ, *et præcipiet super te*, Nah. I. 14. צִוָּה־לִי, *præcepit mihi*, 1 Sam. XX. 29. וְצִוְּךָ, *et præceperit tibi*, Exod. XVIII. 23. Particip. מְצַוֶּה אֶתְכֶם, *præcipio vobis*, Deut. IV. 2. Constr. מְצַוֵּה לְאֻמִּים, *præceptorem nationum*, Ies. LV. 4. Imper. per apocopam, צַו, *præcipe*, Num. V. 2. et sic futurum, וָאֲצַו, *et præcepi*, Deut. III. 18. Pyh. præter. צֻוָּה, *præceptum fuerat*, Numer. III. 16. צֻוֵּיתִי, *jussus sum*, Levit. VIII. 35. Futur. יְצֻוֶּה, *jussus fuerat*, Exod. XXXIV. 34.

צַו, m. *præceptum*, Ies. XXVIII. 10.

מִצְוָה, fœm. *præceptum*, *mandatum*, Prov. VI. 23. Constr. מִצְוַת, Psalm. XIX. 9. בְּמִצְוַת הַמֶּלֶךְ, *jussu*, *ex mandato regis*, 2 Paral. XXIV. 21. Aff. וְאֶת־מִצְוָתוֹ, *et præceptum ejus*, Num. XV. 31. Plural. מִצְוֹת, *præcepta*, Prov. X. 8. Aff. מִצְוֹתֶיךָ, *præcepta tua*, Psal. CXIX. 6.

צוח *vociferatus est* : fut. יִצְוָחוּ, *vociferabuntur*, Ies. XLII. 11.

צְוָחָה, f. *vociferatio*, *querela*, *clamor*, Ies. XXIV. 11. Constr. וְצִוְחַת, *et querela* (*Jerusalem*), Jer. XIV. 2. Affix. וְצִוְחָתֵךְ, *et clamore tuo* (*impleta est terra*), Jer. XLVI. 12.

צול צוּלָה, f. *profundum*, *profunditas* : לַצּוּלָה, *ipsi profundo*, Ies. XLIV. 27.

מְצוּלָה, f. idem, Psalm. LXIX. 3. Et cum Daghesch loco vocalis longæ, בַּמְּצֻלָּה, *in profundo*, Zach. I. 8. Plur. מִמְּצֻלוֹת, *de profundis*, Psal. LXVIII. 23. Et cum Cholem in medio, בִמְצוֹלֹת, *in profunda*, Exod. XV. 5.

צום *jejunavit* : præter. צַמְתֶּם, *jejunasti*, 2 Sam. XII. 21. Particip. צָם, *jejunans*, Neh. I. 4. Infin. הֲצוֹם, *numquid jejunando?* Zach. VII. 5.

צוֹם, m. *jejunium*, Ies. LVIII. 5. מִצּוֹם, *præ jejunio*, Psal. CIX. 24. Aff. צֹמְכֶם, *jejunii vestri*, Ies. LVIII. 3. Plur. fœm. דִּבְרֵי הַצּוֹמוֹת, *verba jejuniorum*, Esth. IX. 31.

צוף *fluxit*, *effluxit*, *exundavit*, *supernatavit* : præter. צָפוּ־מַיִם, *exundarunt aquæ*, Thren. III. 54. Part. præsens fœm. צָפָתֵךְ, *fluentem ex te*, id est, *ex sanguine tuo*, ut sequitur illic, Ezech. XXXII. 6. vel *natationis tuæ*, ut sit nomen. Hiph. הֵצִיף, *inundare fecit*, Deuter. XI. 4. Futur. וַיָּצֶף, *et fluere* vel *natare fecit*, 2 Reg. VI. 6.

צוּף, m. *favus*, a *fluendo*, Proverb. XVI. 24. Plural. וְנֹפֶת צוּפִים, *et destillatione favorum*, Psal. XIX. 11.

צוק *arctari*, *coarctari*, *arcte cohærere* : futur. יָצוּק בּוֹ, *arcte seu te-*

naciter adhæret ei, Psalm. XLI. 9. Commutant hic quædam formam cum יָצַק. Hiph. הֵצִיק, *arctavit*, *coarctavit*, *anxit*, *pressit*, *angustavit*, *angustiis affecit*: construitur cum dativo, quandoque accusativo affixo. Præter. וַהֲצִיקוֹתִי, *et angustabo*, Ies. XXIX. 2. כִּי־הֱצִיקָה לּוֹ, *quum premeret illum*, Jud. XVI. 16. Particip. הַמֵּצִיק, *qui angustia afficit*, Ies. LI. 13. Plur. הַמְּצִיקִים לָהּ, *angustantes ipsam*, Ies. XXIX. 7. Futur. יָצִיק לְךָ, *anget te*, Deut. XXVIII. 53. יָצִיקוּ לָהֶם, *angent eos*, Jer. XIX. 9. Hoph. part. מוּצָק, *angustatum*, Ies. VIII. 23.

צוֹק, m. *angustia*, Dan. IX. 25.

צוּקָה, f. idem, Ies. VIII. 22.

מוּצָק, masc. *angustum*, ex forma participii Hophal, Job XXXVI. 16. Et in pausa, בְּמוּצָק, *in angustum*, Job XXXVII. 10. Vide aliam significationem in יָצַק.

מָצוֹק, masc. *pressura*, *angustia*, 1 Sam. XXII. 2. וּבְמָצוֹק, *et angustia*. Deut. XXVIII. 53.

מָצוּק, m. *situs*, *constitutus*: מְצוּק מִצָּפוֹן, *situs ab aquilone* (*scopulus*), 1 Sam. XIV. 5.

מְצוּקִים, m. pl. *situs*, *cardines*. Plur. constr. מְצוּקֵי אֶרֶץ, *cardines terræ*, 1 Sam. II. 8. R. David, עמודי, *columnæ*.

מְצוּקָה, f. *angustia*, Soph. I. 15. Plur. cum aff. מִמְּצוּקוֹתַי, *ex angustiis meis*, Psal. XXV. 17.

צוּר *obsedit*, *arctavit*; *inimicatus est*, *hostiliter egit*, *hostiliter pressit*: *ligavit*, *colligavit*, quod a צָרַר mutuatum est: *formavit*, quod a יָצַר habet. Construitur cum dativo et accusativo; item cum עַל et אֶל. Præter. וְצַרְתָּ, *et colligabis* (*argentum*), Deut. XIV. 25. צַרְתָּנִי, *obsides me*, Palm. CXXXIX. 5. וְצַרְתִּי, *et hostiliter premam*, Exod. XXIII. 22. Particip. צָרִים, *hostiliter premunt* (*urbem*), Jud. IX. 31. Infin. לָצוּר אֶל־דָּוִד, *ut obsideret Davidem*, 1 Sam. XXIII. 8. Imper. צוֹר, *liga* (*testimonium*), Ies. VIII. 16. צוּרִי, *obside*, Ies. XXI. 2. Niph. וְהַנָּצוּר, *et obsessus*, Ezech. VI. 12. et Schurek est loco Cholem: fœm. נְצוּרָה, *obsessa*, Ies. I. 8. Pyh. particip. מְצֹרָרִים, vide in צָרַר. Hiph. הֵצִיר, *pressit*, *anxit*, *angustavit*, *angustia affecit*, et formam cum Hiphil verbi צָרַר confundit: construitur cum dativo. Præt. וְהֵצַר לְךָ, *et premet te*, Deuter. XXVIII. 52. Part. מֵצַר, vide inter nomina. Infin. הָצֵר לוֹ, *angustia afficere eum*, 2 Par. XXVIII. 22. Futur. וַיָּצֵרוּ לָהֶם, *et angustia affecerunt eos*, Neh. IX. 27.

צַר, צָר, m. *angustus*, *arctus*; et substantive, *angustia*; *hostis*, quasi *angens* et *arctator* dictus. בְּמָקוֹם צָר, *in loco angusto*, Num. XXII. 26. צַר־לִי הַמָּקוֹם, *angustus est mihi locus*, Ies. XLIX. 20. צָר, *hostis*, Ies. LIX. 19. צַר־לִי, *angustia est mihi*, 2 Sam. I. 26. Est etiam *rupes*, quæ proprie צוּר dicitur, ut sequitur: כַּצָּר, *similes rupi*, Ies. V. 28. Affix. צָרִי, *hostis meus*, Job XVI. 9. Plur. צָרִים, *hostes*, Thren. I. 7. Constr. צָרֵי, Ies. IX. 10. Aff. צָרֶיךָ, *hostes tuos*, Mich. V. 10. צָרֵינוּ, *hostes nostros*, Psalm. XLIV. 6. Fœm. צָרָה, *æmula*, quasi *arctatricem* vel *angentem* dicas: aff. צָרָתָהּ, *æmula ejus*, 1 Sam. I. 6. Alias, *angustia*, *anxietas*, Psal. XX. 2. Constr. צָרַת נַפְשׁוֹ, *angustiam*

animæ ejus, Genes. XLII. 21. Affix. מִצָּרָתוֹ, *ab angustia ejus*, Ies. XLVI. 7. צָרַתְכֶם, *angustiæ vestræ*, Jud. X. 14. Et duplicato signo fœmineo, בַּצָּרָתָה לִּי, *in maxima angustia mea*. Psalm. CXX. 1. simile vide in זָמַם. Plur. צָרוֹת, *angustiæ*, Psal. XXV. 17. Aff. וּמִכָּל־צָרוֹתָם, *et ex omnibus angustiis ipsorum*, Psalm. XXXIV. 18.

צוּר, m. *rupes, acies, acumen, cultri* scilicet vel *gladii*. תָּשִׁיב צוּר חַרְבּוֹ, *retudisti aciem gladii ejus*, Psalm. LXXXIX. 44. Aff. לֹא כְצוּרֵנוּ צוּרָם, *non sicut rupes nostra, rupes eorum est*. Plural. צֻרִים, *rupes*, Psal. LXXVIII. 15. חַרְבוֹת צֻרִים, *cultros acierum*, Id est, *acutos*; Jos. V. 2. Constr. צוּרֵי הַיְּעֵלִים, *rupes rupicaprarum*, 1 Sam. XXIV. 3. Fœmin. בַּצּוּרוֹת, *in rupibus*, Job XXVIII. 10.

צֹר, m. *acies, culter acutus*, Exod. IV. 25. Chald. טִינָרָא, *lapidem acutum. Rupes*, Ezech. III. 9.

צִירִים, m.pl. *tormina, cruciatus, dolores*, gravissimi proprie, quales parturientium, sic dicti, quod *coarctent* et *constringant* corpus., Ies. XIII. 8. Item, *imagines, idola*, ex *formandi* significatione, Ies. XLV. 16. Constr. כְּצִירֵי יוֹלֵדָה, *sicut tormina parturientis*, Ies. XXI. 3. Aff. צִירַי, *dolores mei*, Dan. X. 16. צִירֶיהָ, *dolores ejus*, 1 Sam. IV. 19. Vide infra in צִיר.

צוּרָה, fœm. *forma*. Constr. צוּרַת הַבַּיִת, *formam domus*, Ezech. XLIII. 11. Aff. צוּרָתוֹ, *formam ejus*, ibid. Contractum est, וְצִירָם, *et formam eorum*, Psal. XLIX. 15. pro צוּרָתָם, cui simile vide in פֹּשֶׁת: scribitur autem in medio cum י, sed juxta Masorethas legendum צוּרָם. Plur. cum aff. צוּרֹתָו, *formis suis*, Ezech. XLIII. 11. Vide et paulo ante in צוּר.

צַוָּאר, m. *collum*, Ies. VIII. 8. sic dictum quod oneribus *arctatur* et *premitur*: aff. בְּצַוָּארוֹ, *in collo ejus*, Job XLI. 14. et sic א est epentheticum sive protractivum, ut hebræi vocant. Absque א. צַוָּרָם, *collum suum*, Neh. III. 5. Chald. cum aff. עַל־צַוְּארַהּ, *ad collum ejus*, Dan. V. 7. עַל־צַוְּארָךְ, *in collo tuo*, ver. 16. Duale juxta Kimchium in libro Rad. צַוָּארַיִם; unde cum affixo וַיִּפֹּל עַל־צַוָּארָו, *et irruit in colla ejus*, Gen. XXXIII. 4. id est, *in utrumque latus colli* ipsius: scribitur autem defective juxta Masorethas, pro צַוָּארָיו, ut legitur Gen. XLV. 14. Plurale constr. עַל־צַוְּארֵי הַמְּלָכִים, *super colla regum*, Jos. X. 24. Affix. עַל־צַוְּארֵיהֶם, *super colla eorum*, ibidem. Fœm. צַוְּארֹתֵיכֶם, *colla vestra*, Mich. II. 3.

צַוְּרוֹן, m. *collulum*. Plur. cum aff. מִצַּוְּרֹנָיִךְ. *e collulis, é faucibus tuis*, Cant. IV. 9.

מֵצָר, vide infra in צרר.

מָצוֹר, m. *obsidio*: *munitio, propugnaculum. præmunitio obsidionalis*: יְאֹרֵי מָצוֹר. *rivos obsidionis*, 2 Reg. XIX. 24. Constr. וְאֶל־מְצוֹר, *et contra obsidionem (Jerusalem)*, Ezech. IV. 7.

מָצוֹר, m. idem. Aff. מְצוּרֵךְ, *obsidionis tuæ*, Ezech. IV. 8. ubi multi codices habent מְצוּרֵיךְ, ex forma plurali. Fœmin. מְצוּרָה, *munitio*, 2 Par. XIV. 5. Plur. מְצֻרוֹת, *munitiones, obsidionalia munimenta*, Ies. XXIX. 3.

צָחַח *candidum, nitidum, serenum esse*. Præt. צַחוּ מֵחָלָב, *candi-*

diores, *nitidiores erant lacte*, Thren. IV. 7.

צַח, m. *candidus*, *nitidus*, *serenus*; כְּחֹם צַח, *ut æstus serenus*, Ies. XVIII. 4. רוּחַ צַח, *ventus nitidus*, Jerem. IV. 11.

צָחֶה, masc. *arens*, *aridum*, quasi *nitidum* dictum; pro זָחְחָה, formæ לְבֵנָה, inquit Kimchi. Constr. צְחֵה צָמָא, *arens siti*, Ies. V. 13.

צַחוֹת, f. pl. *nitida*, *explanata verba*. לְדַבֵּר צַחוֹת, *loqui nitida verba*, Ies. XXXII. 4.

צְחִיחַ, m. *nitor*, *nitidum*: *arduus*, *eminens locus*, petræ vel montis, qui sua natura *aridus* et *glaber* existens, *nitorem* refert. עַל צְחִיחַ, *in loco arduo*, Ezech. XXIV. 7. Plur. בַּצְּחִיחִים, *in locis arduis*, Neh. IV. 7.

צְחִיחָה, f. *ariditas*, *locus aridus et siticulosus*, quasi *nitidus* dictus, Psal. LXVIII. 7.

צַחְצָחוֹת, f. pl. *siccitates*, *summa ariditas*, Ies. LVIII. 11.

צחן צַחֲנָה, f. *putor*, *putredo*: affix. וְתַעַל צַחֲנָתוֹ, *et ascendat putor ejus*, Joel II. 20.

צחק צָחַקְתִּי *risit*, *arrisit*: præt. צָחַקְתִּי, *risi*, Gen. XVIII. 15. צָחָקְתְּ, *risisti*, ibidem. Fut. יִצְחַק־לִי, *arridebit mihi*, *ridebit de me*, Genes. XXI. 6. Hinc יִצְחָק, *Isaac*, a *risu* dictus est. Pih. צִחֵק, *irrisit; lusit*, *illusit*, *collusit*, *jocatus est*: construitur cum בְּ et לְ. Partic. מְצַחֵק, *irridentem*, Genes. XXI. 9. Infin. לְצַחֶק בִּי, *ut illudat mihi*, Gen. XXXIX. 17. Futur. וַיְצַחֵק לִפְנֵיהֶם, *et lusit ante illos*, Jud. XVI. 25.

צְחֹק, m. *risus*: לִצְחֹק, *in risum*, Ezech. XXIII. 32.

צחר צְחֹרָה, *alba*, *candida*: plur. אֲתֹנוֹת צְחֹרוֹת, *asinas candidas*, Jud. V. 10.

צַחַר, *candor*, *nitor*. צֶמֶר צַחַר, *lana candoris*, Ezech. XXVII. 18.

ציה צִיָּה f. *siccitas*, *siccum*; *siticulosus*, *aridus locus*, Ies. XLI. 18. Plur. בַּצִּיּוֹת, *per siticulosa loca*, Psalm. CV. 41.

צִי, m. *navis*: וְצִי אַדִּיר, *et navis magnifica*, Ies. XXXIII. 21. Plurale contractum, וְצִים, *et naves*, Num. XXIV. 24. בַּצִּים, *in navibus*, Ezech. XXX. 9. Et integrum, צִיִּים, Dan. XI. 30. Item, *loca deserta et arida*; metonymice, *feri*, *barbari*, desertorum locorum incolæ, Psalm. LXXII. 9. לְעַם לְצִיִּים, *populo desertorum locorum*, *populis barbaris*, Psal. LXXIV. 14. לְצִיִּים, *pro barbaris*, Ies. XXIII. 13. Item, *fera animalia*, Ies. XIII. 21. et Jer. L. 39.

צִיּוֹן, m. *aridus locus*, Ies. XXV. 5. et XXXII. 2. Hinc mons צִיּוֹן, *Tzion* nomen habet a *siccitate* loci.

ציון צִיּוּן, masc. *signum*, *monumentum sepulcrale*, Ezech. XXXIX. 15. הַצִּיּוּן, *monumentum hoc*, 2 Reg. XXIII. 17. Plur. צִיֻּנִים, *monumenta*, Jer. XXXI. 21.

ציץ *floruit*, *effloruit*: præterit. צָץ הַמַּטֶּה, *effloruit virga*, Ezech. VII. 10. Hiph. particip. מֵצִיץ מִן־הַחֲרַכִּים, *efflorescens*, id est, *emicans*, *promicans e clathris* vel *cancellis*, Cant. II. 9. Futur. יָצִיץ, *florebit*, Ies. XXVII. 6. וַיָּצֵץ צִיץ, *et floruisset flos*, Num. XVII. 23.

צִיץ, m. *flos*, *apertus* proprie, Ies. XL. 7. *bractea*, *lamina*, Exod. XXVIII. 36. *penna*, *pennata ala*, Jer. XLVIII. 9. Plural. צִצִּים, *flores*, 1 Reg. VI. 18. cum Daghesch loco vocalis longæ,

euphoniæ causa. Fœmin. construct. צִיצַת נֹבֵל, *flos caduci*, Ies. XXVIII. 4. id est, *caducus*, *decidens vel marcescens.*

צִיצִת, f. *cincinnus*, Ezech. VIII. 3. Item, *peniculamentum*, *peniculatus filorum textus*: וְעָשׂוּ לָהֶם צִיצִת עַל־כַּנְפֵי בִגְדֵיהֶם, *et faciant sibi peniculamentum in oris vestimentorum suorum*, Num. XV. 38.

צִיר masc. *cardo*; item *legatus*, quod in eo rerum agendarum *cardo* vertatur: צִיר נֶאֱמָן, *legatus fidelis*, Prov. XXV. 13. Aff. עַל־צִירָהּ, *super cardine suo*, Prov. XXVI. 14. Plural. צִירִים, *legati*, Ies. XVIII. 2. Affix. צִרַיִךְ, *legatos tuos*, Ies. LVII. 9. Vide etiam in צור.

הִצְטַיֵּר, Hithp. *legatum se finxit.* Futur. וַיִּצְטַיָּרוּ, *et legatos se finxerunt*, Jos. IX. 4.

צית Hiph. הֵצִית, *incendit*, *succendit*: fut. אֲצִיתֶנָּה, *succendam eam*, Ies. XXVII. 4.

צלא צְלָה, Chald. *oravit*: Pahel particip. וּמְצַלֵּא, *et orans erat*, *orabat*, Dan. VI. 11. וּמְצַלַּיִן, *et orantes sint*, *orent*, Esr. VI. 10.

צָלָה *assavit*: infinitiv. לִצְלוֹת, *ad assandum*, 1 Sam. II. 15. Futur. אֶצְלֶה בָשָׂר, *assabo carnem*, Ies. XLIV. 19. יִצְלֶה צָלִי, *assabit assaturam*, ver. 16.

צָלִי, masc. *assum*, *assatura*, ut in præcedenti exemplo. Constr. צְלִי־אֵשׁ, *assum ignis* vel *igne*, Exod. XII. 8.

צְלִיל, m. *tostum*, *torta*, ut vulgo vocant, Jud. VII. 13. Scribitur cum ו, sed legitur per י, formæ הֲגִיג ab הָגָה.

צָלַח *prosperari*, *secundari*, *prosperum*, *secundum esse*; *succedere*; *proficere*, *prodesse*, *utile esse*: item, *irruere*, *invadere*, *pervadere*, *transire*, et ita fere cum עַל et אֶל construitur. Præter. וְצָלְחוּ, *et transiverunt* (*Jordanem*), 2 Sam. XIX. 17. וְצָלְחָה עָלֶיךָ, *et irruet in te*, 1 Sam. X. 6. צָלֵחָה, *prosperatur*, Jerem. XII. 1. Imper. צְלַח, *prosperare*, Psal. XLV. 5. Futur. לֹא יִצְלַח לַכֹּל, *non prodest ulli rei*, Jer. XIII. 7, 10. יִצְלַח, *prosperabitur*, Jer. XXII. 30. Item, פֶּן־יִצְלַח, *ne forte pervadat*, Amos V. 6. Hiph. הִצְלִיחַ, *secundavit*, *prosperavit*, *prosperum effecit*, *secundatus*, *prosperatus fuit*: præt. הִצְלִיחַ דַּרְכִּי, *secundavit viam meam*, Gen. XXIV. 56. וְהִצְלַחְתָּ, *et prosperaberis*, 1 Par. XXII. 11. Partic. מַצְלִיחַ, *secundans*, Genes. XXIV. 42. Item intransitive *prosperans*, *prosperis rebus utens*, Genes. XXXIX. 2. Imperat. וְהַצְלַח, *et prosperare*, 1 Reg. XXII. 15. הַצְלִיחָה נָּא, *prospera nunc*, Psalm. CXVIII. 25. cum accentu in ultima præter morem. Futur. יַצְלִיחַ, *prosperabitur*, Psal. I. 3. יַצְלִיחַ לָנוּ, *secundabit nos*, *prosperitatem largietur nobis*, Nehem. II. 20. Chald. præterit. הַצְלַח, *prosperos effecit*, Dan. III. 30. Item, *prospere egit*, Dan. VI. 28. Part. מַצְלַח, *prosperatur*, Esr. V. 8. מַצְלְחִין, *prosperabantur*, Esr. VI. 14.

צְלֹחִית, f. *paropsis*, 2 Reg. II. 20.

צַלַּחַת, f. *gabata*, *scutella*; vel *lebes*, juxta quosdam, ad figuram *gabatæ* formatus, 2 Reg. XXI. 13. Item, *manica*, *sinus*, Prov. XIX. 24. quem ironice sic appellat, quod *lebetis modo concavus* sit. Hebræi in prima significatione exponunt.

צְלָחוֹת, plur. fœm. *gabatæ*, 2 Par. XXXV. 13.

צָלַל *obumbrari: profundum petere: tinnire, palpitare*. Præt. כַּאֲשֶׁר צָלְלוּ, *quum obumbrarentur*, Nehem. XIII. 19. צָלְלוּ, *profundum petierunt*, Exod. XV. 10. Item *tinnierunt, palpitarunt*, Hab. III. 16. Niph. futur. תְּצִלֶּנָה אָזְנָיו, *tinnient aures ejus*, Jerem. XIX. 3. 2 Reg. XXI. 12. Hiph. partic. מֵצַל, *umbrosa, umbram faciens*, Ezech. XXXI. 3. Futurum, תְּצִלֶּינָה שְׁתֵּי אָזְנָיו, *tinnient ambæ aures ejus*, 1 Sam. III. 11.

צֵל, m. *umbra*, Jud. IX. 36. Affix. בְּצִלּוֹ, *in umbra ejus*, Cant. II. 3.

צֵלֶל, m. idem: aff. צִלְלוֹ, *umbra sua*, Job XL. 22. Plural. צְלָלִים, *umbræ*, Cant. II. 17. Constr. צִלְלֵי־עָרֶב, *umbræ vespertinæ*, Jer. VI. 4. Huc referunt quidam צֶאֱלִים, *umbrosa, umbrosæ arbores*, Job XL. 21, 22. cum א loco ל geminandi. Vide simile in מקס.

צְלִיל, vide paulo ante in צָלָה.

צִלְצַל. masc. *umbra densa*, Ies. XVIII. 1. Item, *fuscina*: וּבְצִלְצַל דָּגִים, *et fuscina piscaria*, Job XL. 31.

צְלָצַל, m. *sideratio*, arborum vitium, Deuter. XXVIII. 42. Quidam, *rubigo, ærugo*: alii, *locusta*: forte alterius originis est. R. Salomon scribit, 1 Paral. XIII. 8. esse locustam *clamosam*, a *strepera voce* sic dictam.

צֶלְצְלִים. m. pl. *cymbala*, a *tinnitu*, 2 Sam. VI. 5. Constr. בְּצִלְצְלֵי־שָׁמַע, *in cymbalis sonoris*, Psal. CL. 5.

צַלְמוֹן, m. *tenebræ, caligo*: תַּשְׁלֵג בְּצַלְמוֹן, *albesces, nivesces in caligine*, Psal. LXVIII. 15. Chaldæus, מִטוּלָא דְמוֹתָא, *de umbra mortis* (*eripuit eam*). Aliis nomen proprium montis noti cis Jordanem, ut Jud. IX. 48.

צַלְמָוֶת, f. *umbr aletalis*, Ies. IX. 1. Composita vox ex צֵל, *umbra* et ex מָוֶת, *mors*.

מְצִלּוֹת, f. pl. *tintinnabula*, Zach. XIV. 20. Dual. מְצִלְתַּיִם, idem, Neh. XII. 27. Numeri varietas fortasse formæ diversitatem indicavit.

צֶלֶם m. *imago*, Genes. IX. 6. בְּצַלְמוֹ, *ad imaginem suam*, Gen. I. 27. Plurale construct. צַלְמֵי, Numer. XXXIII. 52. Aff. וְאֶת־צְלָמָיו, *et imagines ejus*, 2 Reg. XI. 18. Chald. צְלֵם חַד, *statua quædam*, Dan. II. 31. צַלְמָא דִכֵּן, *statua hæc*, ibidem. לְצֶלֶם דְּהַבָא, *statuæ auri*, id est, *aureæ*, Dan. III. 5.

צַלְמָוֶת, vide in præcedenti radice.

צַלְמוֹן, vide ibidem.

צָלַע, צֶלַע, c. *costa*, synecdochice, *latus*: item *claudicatio*, quasi *lapsum lateris* dicas: *substructio, trabs substructionis, quæ lateribus ædificii adhæret*, quasi *structuram lateralem* dicas: *cella, cubiculum laterale*, seu *ad latus templi exstructum*. צֵלָע אֶל־צֵלָע, *substructio ad substructionem*, Ezech. XLI. 6. אֶת־הַצֵּלָע, *costam illam*, Gen. II. 22. לְצֶלַע, *ad claudicationem*, Psal. XXXVIII. 18. cum Sægol, cum alias ea forma sit constructum. צֶלַע־הַמִּשְׁכָּן, *lateris tabernaculi*, Exod. XXVI. 26. בְּצֵלַע הָהָר, *in latere montis*, 2 Sam. XVI 13. ubi tamen quædam exemplaria Tzere habent, sed male juxta Kimchium. Aff. לְצַלְעוֹ, *ad latus ejus*, Job XVIII. 12. וּבְצַלְעִי, *et in claudicatione mea*, Psal. XXXV. 15. Plural. masc. צְלָעִים, *valvæ*, 1 Reg. VI. 34. et fœm. צְלָעוֹת,

substructiones, 1 Reg. VI. 5. Constr. עַל־צַלְעֹת, *ad latera* (*arcæ*), Exod. XXXVII. 5. בְּצַלְעוֹת אֲרָזִים, *trabibus*, *tabulis cedrinis*, 1 Reg. VI. 15. Affix. צַלְעֹתָיו, *lateribus ejus*, Exod. XXX. 4. מִצַּלְעֹתָיו, *e costis ejus*, Gen. II. 21.

צֹלֵעַ, m. *claudicans*, *claudus*, *in latus labens*, Gen. XXXII. 32. Fœm. הַצֹּלֵעָה, *claudicantem*, Mich. IV. 6.

צמא *sitivit.* Præter. צָמֵתִי, *sitio*, Jud. IV. 19. deficiente Aleph : צָמְאוּ, *sitiunt*, Ies. XLVIII. 21. צָמְאָה נַפְשִׁי, *sitit anima mea*, Psal. XLII. 3. וְצָמִת, *et quum sities*, Ruth II. 9. cum Chirek, more verborum quiescentium tertia ה. Futur. וַיִּצְמָא, *et sitivit*, Exod. XVII. 3.

צָמֵא, m. *sitiens*, *sitibundus*, Ies. XXI. 14. Plural. צְמֵאִים, *sitibundi*, Psal. CVII. 5. Fœmin. אֶת־הַצְּמֵאָה, *cum sitiente*, Deut. XXIX. 18.

צָמָא, masc. *sitis*, Ies. V. 13. Affix. וְלִצְמָאִי, *et ad sitim meam*, Psalm. LXIX. 22. צְמָאָם, *sitim suam*, Psal. CIV. 11.

צִמָּאוֹן, m. *sitis*, Deut. VIII. 15.

צִמְאָה, f. idem, Jer. II. 25.

צמד Niph. נִצְמַד, *conjugavit*, *copulavit se*. Particip. הַנִּצְמָדִים, *qui copulati sunt* vel *copularunt se*, Num. XXV. 5. Futur. וַיִּצָּמֶד, *et copulavit se*, ver. 3. וַיִּצָּמְדוּ, *et copulaverunt se*, Psalm. CVI. 28. Pyh. particip. fœm. מְצֻמֶּדֶת, *copulatum*, *conjunctum*, 2 Sam. XX. 8. Hiph. futur. תַּצְמִיד מִרְמָה, *copulas*, *concinnas dolum*, Psal. L. 19.

צָמִיד, masc. *copulatus*, *conjunctus*, Num. XIX. 15. item, *armilla*: וְצָמִיד, *et armillam*, Num. XXXI. 50. Plur. צְמִידִים, *armillas*, Gen. XXIV. 22.

צֶמֶד, m. *copulatio*, *copula*, *copulatum*, *jumentum conjugatum*, *jugum*, *par*. צֶמֶד בָּקָר, *par boum*, 1 Sam. XI. 7. Aff. וְצִמְדּוֹ, *et jugum ejus*, id est, *jumentum conjugatum ejus*, Jer. LI. 23. Plur. צְמָדִים, *jugis*, *paribus boum*, 1 Reg. XIX. 19. רֹכְבִים צְמָדִים, *equitantes pares*, *bini*, *pariter*, 2 Reg. IX. 25. Constr. צִמְדֵּי־כֶרֶם, *jugera vinearum*, Ies. V. 10.

צמח *pullulare*, *germinare*, *efflorescere*, *reflorescere*, *provenire*, *oriri*, *exoriri*. Præter. צָמַח־בּוֹ, *effloruit in eo*, Lev. XIII. 37. וְצָמַחוּ, *et efflorescent*, Ies. XLIV. 4. Particip. צֹמֵחַ, *pullulans*, Eccl. II. 6. הַצֹּמֵחַ, *quidquid oritur*, Exod. X. 5. Plural. צֹמְחוֹת, *provenientes*, Gen: XLI. 6. Futur. יִצְמַח, *oriretur*, Genes. II. 5. Pih. præt. צִמֵּחַ, *germinaverat*, Ezech. XVI. 7. Infinit. לְצַמֵּחַ, *reflorescere*, Jud. XVI. 22. Futur. יְצַמַּח, *reflorescat*, 2 Sam. X. 5. Hiph. וְהִצְמִיחָהּ, *et facit ut producat ipsa*, Ies. LV. 10. Partic. מַצְמִיחַ, *faciens ut germinet*, Psal. CIV. 14. Infinit. וּלְהַצְמִיחַ, *et ut germinare faciat*, Job XXXVIII. 27. Fut. אַצְמִיחַ, *efficiam ut germinet*, Psalm. CXXXII. 17. תַּצְמִיחַ, *proferet*, Gen. III. 18. תַּצְמִיחַ, *efflorescat*, Ies. XLV. 8.

צֶמַח, m. *germen*, Ies. IV. 2. Affix. תּוֹצִיא צִמְחָהּ, *producet germen suum*, Ies. LXI. 11.

צמם צַמָּה, fœm. *coma*, *crines*. Aff. צַמָּתֵךְ, *crines tuos*, Ies. XLVII. 2. מִבַּעַד לְצַמָּתֵךְ, *præ crine tuo*, vel, *præter crines tuos*, Cant. IV. 1.

צַמִּים, masc. *horridus*, quasi *crinitum* dicas, id est *prædo*, *latro*, Job V. 5. nam hi comam alere solent, et *horridi* incedere, scribit Rabbi Levi Ghersom.

צמק *arescere*, *flaccescere*: part. שָׁדַיִם צֹמְקִים, *ubera flaccida*, Hos. IX. 14.

צִמּוּקִים, masc. *uvæ passæ*, massæ uvarum passarum, a *flacciditate*, 1 Sam. XXV. 18.

צמר צֶמֶר, m. *lana*, Lev. XIII. 47. Aff. צַמְרִי, *lanam meam*, Hos. II. 7.

צַמֶּרֶת, *calamus*, *surculus*, *ramus summus*, sic dictus quasi *lanuginosus*; vel a זָמַר, *amputavit*, quod ad insitionem *amputari* et *avelli* soleat; et ita ז et צ permutantur. אֶת־צַמֶּרֶת, *surculum summum*, Ezech. XVII. 3. Aff. צַמַּרְתּוֹ, *calamus summus ejus*, Ezech. XXXI. 3.

צמת *exscidit*, *succidit*: præter. צָמְתוּ, *exscindunt*, Thren. III. 53. Niph. præt. נִצְמַתִּי, *excisus sum*, Job XXIII. 17. נִצְמָתוּ, *excisi sunt*, Job VI. 17. Pih. præter. cum geminata tertia radicali, צִמְּתֻתוּנִי, *exscindunt me*, Psal. LXXXVIII. 17. צִמְּתַתְנוּ, *succidit me*, Psalm. CXIX. 139. Hiph. præter. הִצְמַתָּה, *exscindis*, Psalm. XXXVII. 27. Partic. plurale מַצְמִיתַי, *exscindentes me*, Psalm. LXIX. 5.

צְמִיתֻת, f. *excisio*, Lev. XXV. 23.

צנח *desiliit*, *insiliit*; *infixus fuit*. Fut. וַתִּצְנַח בָּאָרֶץ, *et defixus fuit in terram*, Jud. IV. 21. Chald. וְנִעֲצַת, *et infixus fuit*. וַתִּצְנַח מֵעַל הַחֲמוֹר, *et desiliit de asino*, Jud. I. 14.

צנם צְנוּמָה, f. *gracilis*, *tenuis*. Plur. שִׁבֳּלִים צְנֻמוֹת, *spicæ graciles* Gen. XLI. 23.

צנן צִנָּה, f. *clypeus*, *scutum*, *umbo*, 1 Reg. X. 16. Semel ex chaldaica significatione, *frigus*: constr. כְּצִנַּת־שֶׁלֶג, *sicut frigus nivis*, Prov. XXV. 13. Plural. צִנּוֹת, *clypei*, 2 Par. XI. 12. Et secundum aliam significationem, *aculei*, *hami*: בְּצִנּוֹת, *aculeis*, *hamis aculeatis*, Amos IV. 2.

צִנִּים, m. pl. *aculei*, *spinæ*, Prov. XXII. 5.

צְנִינִים, m. pl. idem, Numer. XXXIII. 55.

צנע Hiph. הַצְנֵעַ, *humiliter*, *modeste agere*: infinit. הַצְנֵעַ, *modeste agendo*, Mich. VI. 8. Chaldæis et Rabbinis frequens est.

צְנוּעִים, m. pl. *modesti*, *verecundi*, Prov. XI. 2.

צנף *circumvolvit*, *volutavit*; *obvolvit*, *obtexit*: infinit. צָנוֹף יִצְנָפְךָ, *volutando volutabit te*, Ies. XXII. 18. Futur. יִצְנֹף, *obtegitor*, Lev. XVI. 4.

צָנִיף, m. *cidaris*, a *circumvolvendo*, Zach. III. 5. Constr. וּצְנִיף מְלוּכָה, *et cidaris regni*, Ies. LXII. 3. Plur. צְנִיפוֹת, Ies. III. 23.

צְנֵפָה, f. *volutatio*, Ies. XXII. 18.

מִצְנֶפֶת, f. *cidaris*, Exod. XXVIII. 4.

צנצנת fœmin. *urna*, Exod. XVI. 33. Utrumque Targum reddit צְלוֹחִית, *paropsis*, *scutella*. R. David deducit a צנן.

צנק צִינֹק, m. *nervus*, *vinculum*, juxta R. Salomonem, quo *pedes* vel etiam *cervices impediuntur*: vel *manicæ*, *vincula manuum*, juxta R. D. Kimchi, Jer. XXIX. 26. Sunt qui compositum nomen existiment ex צִי et יָנַק, quasi *naviculam sugentem* dicas. Re-

fert autem Plutarchus in Artaxerxe, fuisse olim cruciatus seu carceris quoddam genus, quo duæ scaphæ pari commensu sibi respondentes, ita compingebantur, ut hominis corpus illis inditum, quasi in vagina esset, cui præbebatur mel temperatum cum lacte, ac invito etiam infundebatur in os, unde viveret, etc.

צנר צִנּוֹר, m. *emissarium*, *canalis*, *tubus*, per quem aquæ emittuntur, 2 Sam. V. 8. Plural. צִנּוֹרֶיךָ, *canalium tuorum*, Psal. XLII. 8.

צַנְתְּרוֹת m. pl. *tubi*, *fistulæ*, Zach. IV. 12. Aben Esra scribit, esse *vas in quo calcantur olivæ*.

צעד *gradi*, *progredi*, *procedere*, *itare*. Præt. צָעֲדוּ, *progressi essent*, 2 Sam. VI. 13. צָעֲדָה, *procedit*, Gen. XLIX. 22. Infinit. בְּצַעְדְּךָ, *quum gradereris tu*, Jud. V. 4. Fut. יִצְעַד, *gradiebatur*, Prov. VII. 8. Hiph. fut. וְתַצְעִידֵהוּ, *et incedere facit* vel *adigit eum*, Job XVIII. 14.

צַעַד, m. *gressus*, *passus*, *processus*, Prov. XXX. 26. Aff. אֶת־צַעֲדוֹ, *gressum suum*, Jer. X. 23. Plur. צְעָדִים, *gressus*, 2 Sam. VI. 13. Construct. צַעֲדֵי אוֹנוֹ, *gressus roboris ejus*, Job XVIII. 7. Aff. צְעָדַי, *gressus meos*, Job XIV. 16.

צְעָדָה, f. *incessus*, 2 Sam. V. 24. Pluraliter, *periscelides*, Ies. III. 20. juxta R. Salomonem et Chaldæum: juxta Aben Esram, *armillæ*.

אֶצְעָדָה, fœm. *periscelis*: *armilla*, Numer. XXXI. 50. 2 Sam. I. 10. ubi expresse dicitur brachiorum ornamentum esse.

מִצְעָדִים, m. pl. *gressus*: constr. מִצְעֲדֵי־גֶבֶר, *gressus viri*, Psalm. XXXVII. 23.

צעה *peragravit*, *peregrinatus est*, *peregre egit*: particip. צֹעֶה, *peregrinans*, *exsulans* seu *vagans*, Ies. LI. 14. Fœm. צֹעָה, *peragras*, Jer. II. 20. Pih. præt. וְצִעֲהוּ, *et peregre agant eum*, Jer. XLVIII. 12.

צַעֲצֻעִים, m. pl. *motiones*. מַעֲשֵׂה צַעֲצֻעִים, *opere motionum*, 2 Par. III. 10. id est, *mobili*, vel quod artificio *suapte sponte mobile* esset, et *vagari* videretur; vel quod propter magnitudinem et gravitatem *a se invicem dimoveri*, et *eximi ac divelli posset*. R. Salomon: *opere puerorum*, id est, *ad imaginem puerorum* facto. Sic est idem quod צֶאֱצָאִים, *pueri*, literarum ע et א permutatione.

צען *disrumpi*, *dissipari*: futur. בַּל־יִצְעָן, *non dissipabitur*, Ies. XXXIII. 20. cum Kametz juxta Masorethas.

צעף צָעִיף, masc. *peplum*, Gen. XXIV. 65. Aff. צְעִיפָהּ, *peplum suum*, Gen. XXXVIII. 19.

צעק *clamavit*, *inclamavit*, *exclamavit*, *vociferatus est*: præter. צָעַק, *inclamavit*, 1 Reg. XX. 39. etc. Niph. futur. וַיִּצָּעֵק, *et convocatus est*, Jud. VII. 23. וַיִּצָּעֲקוּ, *et convocati sunt*, Jud. X. 17. Pih. partic. מְצַעֵק, *clamans*, 2 Reg. II. 12. Hiph. futur. וַיַּצְעֵק, *et convocavit*, 1 Sam. X. 17.

צְעָקָה, f. *clamor*, Genes. XXVII. 34. Construct. צַעֲקַת, Exod. III. 9. Affix. צַעֲקָתוֹ, *clamorem ejus* (*audiam*), Exod. XXII. 22.

צער *minui*, *diminui*, *exiguum fieri*: fut. יִצְעָרוּ, *exigui fient*, Jer. XXX. 19.

צָעִיר, m. *parvus*, *exiguus*, qualitate et quantitate: וְרַב יַעֲבֹד צָעִיר, *et major serviet minori*, Gen. XXV. 23.

Aff. צְעִירוֹ, *natu minimi sui*, 1 Reg. XVI. 34. Plural. צְעִירִים, *minores*, Job XXX. 1. Constr. צְעִירֵי הַצֹּאן, *minores pecorum*, Jerem. XLIX. 20. Aff. צְעִירֵיהֶם, *minimos suos*, Jerem. XIV. 3. Fœm. צְעִירָה, *minor natu*, Gen. XIX. 31. Et substantive, *minorennitas*. Affix. כִּצְעִרָתוֹ, *secundum minoritatem*, id est, *minorem ætatem suam*, Gen. XLIII. 33.

צְעָרִים, masc. plural. *parvuli*, Zach. XIII. 7.

מִצְעָר, m. *perexiguum, res perexigua*, *paucitas*, Gen. XIX. 20. Est et nomen proprium montis, *Mitzhar*, Ps. XLII. 7. לְמִצְעָר, *ad minimum usque*, vel, *ad modicum, et exiguum tempus*, Ies. LXIII. 18. בִּמְצְעַר אֲנָשִׁים, *in paucitate hominum*, 2 Par. XXIV. 24.

מִצְעִירָה, fœm. *perparvum*, Dan. VIII. 9. cum Daghesch redundante; et מ hœmantico, juxta hebræos.

צָפַר *adhærere*, *cohærere*, *concretum esse:* præt. צָפַד עוֹרָם, *cohæret* vel *concreta est cutis ipsorum*, Thren. IV. 8.

צָפָה *speculatus est*, *exspectavit speculando*, *exploravit*, *observavit*. Particip. צֹפֶה, *speculans*, *speculator*, Ezech. III. 17. Plur. צֹפִים nomen proprium loci, Num. XXIII. 14 et 1 Sam. I. 1. *speculatores*, Jerem. VI. 17. Fœm. צוֹפִיָּה, *speculatur*, Prov. XXXI. 27. Particip. præterit. וְצָפוּ (legendum וְצָפוּי) *et exploratur*, Job XV. 22. Infinit. loco imperativi, צָפֹה, *speculare*, Ies. XXI. 5. Futurum per apocopam, יִצֶף, *speculetur*, Genes. XXXI. 49. Pih. צִפָּה, idem: item, *obtexit, obduxit*. Præt. צִפָּה זָהָב, *obduxit auro*, Exod. XXXVI. 34. צִפִּינוּ, *speculamur*, Thren. IV. 17. Pyh. particip. מְצֻפֶּה, *obducta*, Proverb. XXVI. 23.

צִפּוּי, m. *obductio*, *tectorium*, Num. XVII. 3.

צֶפֶת, f. *coronamentum*, ab *obtegendo*, 2 Par. III. 15.

צְפִיָּה, f. *speculatio*. Aff. בְּצִפִּיָּתֵנוּ, *in speculatione nostra*, Thren. IV. 17.

צָפִית, fœm. idem, Ies. XXI. 5. vel *specula*.

צָפָה, unde צָפְתָךְ, quod vide in צוּף.

מִצְפֶּה, masc. *specula*, Ies. XXI. 8. Constr. אֶת־מִצְפֵּה, *Mitzpe* (*Ghilhad*), nomen proprium loci, Jud. XI. 29.

מִצְפָּה, f. *specula*, sed sumitur ut nomen proprium, Gen. XXXI. 49.

צְפִצְפָה, f. *speculatio*, *circumspectio accuratissima;* et per subauditam præpositionem ב est adverbium, *circumspectissime*, Ezech. XVII. 5.

צִפְצֵף, vide infra in צפף.

צַפַּחַת צַפַּחַת, f. *ampulla*, *lecythus*. צַפַּחַת הַמַּיִם, *ampullam aquæ*, 1 Sam. XXVI. 11. צַפַּחַת הַשֶּׁמֶן, *lecythus olei*, 1 Reg. XVII. 14.

צַפִּיחִת, f. *laganum*, placenta vel crustula mellita, Exod. XVI. 31.

צָפַן *abscondit*, *recondidit*, *reposuit:* quandoque est, *abscondit se*, *delituit*. Præterit. צָפַן רוּחַ, *abscondit ventum*, Prov. XXVII. 16. צָפַנְתָּ, *recondis*, Psalm. XXXI. 20. Futur. נִצְפְּנָה, *abscondamus nos*, Prov. I. 11. יִצְפֹּנוּ, *delitescunt*, Psalm. X. 8. Niph. præt. נִצְפַּן, *abdita est*, Jerem. XVI. 17. נִצְפְּנוּ, *reconditi sunt*, Job XV. 20. Hiph. infin. הַצְפִּינוֹ, *abscondere illum*, Exod. II. 3.

צָפוֹן, fœm. *septentrio*, *aquilo*, *plaga mundi septentrionalis*, quasi *abdita* dicta, nempe a sole, qui ad eam non

accedit, (unde R. Bechai scribit ad Deuter. III. 23. נקרא צפון על שם שהשמש צפון ומתעלם שם, *vocatur* Tzaphon, *quia sol abditus et absconditus est illic*) Exod. XXVI. 20. צָפוֹנָה, *versus aquilonem*, Ezech. XLVII. 17. Constr. מִצְּפוֹן לָעַי, *ab aquilone Hai*, Jos. VIII. 11. מִצְּפוֹנָה לְבֵית־אֵל, *ab aquilone Bethel*, Jud. XXI. 19.

צְפוֹנִי, masc. *aquilonaris*, Joel II. 20. Est et gentilitium, צְפוֹנִי, *Tzephonita*, Num. XXVI. 15.

צָפוּן, m. *reconditum*, *res recondita*, *reconditus thesaurus*: aff. וּצְפִינְךָ, *et recondito thesauro tuo*, Psalm. XVII. 14. scribitur cum י sed legitur per ך. אֶת־צְפוּנִי, *absconditum meum*, scil. *locum*, id est, *adytum*, Ezech. VII. 22. לִצְפוּנָיו, *in repositis ejus*, Job XX. 26. צְפוּנֶיךָ, *abditos tuos*, Psalm. LXXXIII. 4.

צָפְנַת, *Tzophnat*, cognomentum Josephi, Genes. XLI. 45. qui hinc dictus aegyptiace צָפְנַת פַּעְנֵחַ, *occultorum revelator* vel *interpres*. Sic Onkelos, גַּבְרָא דְטְמִירָן גַּלְיָן לֵיהּ, *vir cui occulta revelata sunt*. Sic etiam Jonathan, et communiter hebræi. R. Bechai citat hoc loco, in quadam precatione legi, המפענח נעלמים, *qui revelat abscondita*. In Bereschit rabba, sect. 90. docuerunt Rabbini, esse idem quod צפונות מופיע, *occulta declarans*; et R. Chiskia dixit, צפונות מופיע בדעה, *occulta illustrans per scientiam*. Sapientes per notationem primarum literarum explicarunt, צ'ופה פ'ודה נ'ביא ת'ומיך פ'ותר ע'רום נ'בון ח'וזה, id est, *speculator*, *redemptor*, *propheta*, *tenens sceptrum*, *interpres*, *astutus*, *intelligens*, *videns futura*. Hæc illic.

מַצְפּוּנִים, m. pl. *abscondita*, *res repositæ et absconditæ*: affix. מַצְפּוּנָיו, *abdita ejus*, Obad. ver. 5.

צֶפַע masc. *regulus*, *basiliscus*, *hæmorrhois*, venenatissimi serpentis genus, Ies. XIV. 29.

צִפְעוֹנִי, m. idem, Ies. XI. 8. Plur. צִפְעוֹנִים, Jer. VIII. 17.

צְפִיעִים, m. pl. *egesta*, *excrementa*: constr. צְפוּעֵי הַבָּקָר, *egesta boum*, Ezech. IV. 15. Scribitur cum ך sed legitur per י.

צְפִעוֹת, f. pl. *nepotes*, *neptes*, secundum Chaldæum et R. Salomonem, Ies. XXII. 24. quasi *egressiones* dicas.

צפף Pih. צִפְצֵף, *pipire*: partic. מְצַפְצֵף, *pipiens*, Jos. X. 14. Plural. המצפצפים, *qui pipiunt*, Ies. VIII. 19. Futur. אֲצַפְצֵף, *pipio*, Ies. XXXVIII. 14. תְּצַפְצֵף, *pipiat*, Ies. XXIX. 4.

צַפְצָפָה, vide in צָפָה.

צְפַר *evolavit*, *maturavit*: chaldaicum est. Futur. וְיִצְפֹּר, *et evolet*, Jud. VII. 3.

צִפּוֹר, c. sed f. sæpius, *avis*, *avicula*, et synecdochice, *passer*. Nomen generale est omnium, quibus est *ala*, scribit Aben Esra Gen. VII. 14. צִפּוֹר טְהֹרָה, *avem mundam*, Deut. XIV. 11. כְּצִפּוֹר, *sicut passer*, Psal. CII. 8. Plur. צִפֳּרִים חַיּוֹת, *aves vivas*, Lev. XIV. 4. Item, צִפֳּרִים, Eccl. IX. 12. Chald. כְּצִפְּרִין, *sicut avium*, Dan. IV. 30. וְצִפְּרַיָּא, *et aves*, ver. 11. Constr. צִפְּרֵי שְׁמַיָּא, *aves cæli*, Dan. IV. 9.

צָפִיר, masc. *hircus*, Dan. VIII. 5. Constr. צְפִיר, ver. 5. Plur. construct. צְפִירֵי חַטָּאת, *hircos pro peccato*, Esr. VIII. 35. Chald. וּצְפִירֵי עִזִּין, *et hircos caprarum*, Esr. VI. 17.

צְפִירָה, fœmin. *matutinum tempus*,

Ezech. VII. 10. ex chaldææ, ubi צפר vel צְפָרָא, *mane:* Item, *cidaris, diadema:* unde construct. וְלִצְפִירַת תִּפְאָרָה, *et pro cidari decoris*, Ies. XXVIII. 5. a *cingendo*, verbi significatione chaldaica.

צִפֹּרֶן, m. *unguis, ungula;* metaphorice, *stylus, scalprum*, ferramentum quo lapides cæduntur et veluti scalpuntur: בְּצִפֹּרֶן שָׁמִיר, *scalpro lapidis servabilis*, seu *diuturni*; aut, *stylo adamantis*, Jer. XVII. 1. Plur. cum affixo, צִפָּרְנֶיהָ, *ungues suos*, Deuter. XXI. 12.

צְפַרְדֵּעַ c. *rana;* et collective, *ranæ*, Exod. VIII. 6. Plur. צְפַרְדְּעִים, *ranas*, ver. 3.

*צֶפֶת, vide in צָפָה.

צקל צִקְלוֹן, m. *gluma*, folliculus grani frumentarii: aff. בְּצִקְלֹנוֹ, *cum gluma sua*, 4 Reg. IV. 42.

צרב Niph. נִצְרַב, *adustus fuit:* præt. וְנִצְרְבוּ־בָהּ, *et adurentur in ea*, Ezech. XXI. 3.

צָרֶבֶת, f. *adurens*, Prov. XVI. 27. nomen Toar formæ קְשֶׁבֶת, *attenta*. Item, *adustio*, juxta Kimchium, Lev. XIII. 23. at secundum R. Salomonem est *cicatrix adustionis*.

צרה צֳרִי, צְרִי, m. *opobalsamum*, Gen. XXXVII. 25. Jerem. LI. 8. a Judæis in versione hebræo-germanica Pentateuchi *theriaca* redditur.

צרח *clamavit:* part. מַר צֹרֵחַ, *amare clamat*, Soph. I. 14. Hiph. יַצְרִיחַ, *exclamat*, Ies. XLII. 13.

צְרִיחַ, m. *arx, propugnaculum, turris munita;* sic dicta, quod speculator inde *exclamat*, scribit Kimchi. אֶל־צְרִיחַ, *in arcem* vel *propugnaculum*, Jud. IX. 46. Plural. וּבַצְּרִיחִים, *et in arcibus* vel *turribus*, 1 Sam. XIII. 6.

צרך צֹרֶךְ, m. *necessitas, indigentia:* aff. צָרְכְּךָ, *necessitatem tuam*, 2 Par. II. 15. Apud Rabbinos צָרִיךְ, *necesse, necessarium*: נִצְרַךְ, הִצְרִיךְ, הוּצְרַךְ, *necesse habere*.

צרע צָרוּעַ, m. *leprosus*, Lev. XIII. 44. Ex Pyhal partic. מְצֹרָע, idem, Lev. XIV. 2. Plural. מְצֹרָעִים, *leprosi*, 2 Reg. VII. 3. Fœm. מְצֹרַעַת, *leprosa*, Exod. IV. 6.

צָרַעַת, f. *lepra*, Lev. XIII. 2. Aff. מִצָּרַעְתּוֹ, *a lepra sua*, 2 Reg. V. 3.

צִרְעָה, f. *crabro*, Exod. XXIII. 28.

צרף *conflavit, purgavit, defæcavit*, proprie *metalla:* metaphorice, *examinavit, exploravit, probavit*. Præt. צָרַף צָרוֹף, *conflat conflando*, Jer. VI. 29. Imp. צָרְפָה כִלְיוֹתַי, *examina renes meos*, Psal. XXVI. 2. Fut. וְאֶצְרֹף, *et defæcabo*, Ies. I. 25. Niph. futur. וְיִצָּרְפוּ, *et conflabuntur*, Dan. XII. 10. Pih. מְצָרֵף, *conflans*, Mal. III. 3.

צֹרֵף, m. *conflans, conflator, fusor, aurifaber:* לַצֹּרֵף, *fusori*, Jud. XVII. 4. Plur. צֹרְפִים, *aurifabri*, Neh. III. 8.

צָרְפַת, f. *Tzorphat* nomen urbis, 1 Reg. XVII. 9. Obad. ver. 20. *Franciam, Galliam*, Rabbini interpretantur; et inde צָרְפָתִי, *Gallus*.

מַצְרֵף, m. *fusorium vas*, Proverb. XVII. 3.

צָרַר *ligavit, colligavit:* item, *hostiliter egit, oppugnavit, arctavit, angustiis affecit*, et ita cum צור convenit. Præt. צָרַר רוּחַ אוֹתָהּ, *ligat ventus eam*, Hos. IV. 19. וְצָרְרוּ אֶתְכֶם, *et angustabunt vos, hostiliter agent vobiscum*, Num. XXXIII. 55. צְרָרוּנִי, *angustiis affecerunt me*, Psal. CXXIX. 1. Partic. צֹרֵר־מַיִם, *ligat*

aquas, Job XXVI. 8. הַצֹּרֵר אֶתְכֶם, *oppugnantem vos*, Num. X. 9. Plurale, צֹרְרִים, *hostiliter agentes*, Numer. XXV. 18. Constr. צֹרְרֵי צַדִּיק, *hostes justi*, Amos V. 12. Affix. נֶגֶד צֹרְרָי, *coram hostibus meis*, Psal. XXIII. 5. Particip. præteritum, צָרוּר, *colligata est*, Hos. XIII. 12. Infinitiv. כִּצְרוֹר, *sicut qui ligat*, Prov. XXVI. 8. Pyh. partic. plur. וּמְצֹרָרִים, *et colligatos*, Jos. IX. 4.

צְרוֹר, m. *fasciculus*, *loculus*, quasi *ligamen* dicas: צְרוֹר־כַּסְפּוֹ, *fasciculus pecuniæ suæ*, Genes. XLII. 35. צְרוֹר הַכֶּסֶף, *fasciculum*, *loculum pecuniæ*, Proverb. VII. 20. אֶל־צְרוֹר נָקוּב, *in loculum pertusum*, Hag. I. 6. Item. *granum*, *lapillus*, Amos IX. 9.

מֵצַר, m. *angustia*, Psal. CXVIII. 5. Plural. בֵּין־הַמְּצָרִים, *inter angustias*, Thren. I. 3. וּמְצָרֵי שְׁאוֹל, *et angustiæ*, *angores inferni*, Psalm. CXVI. 3. Quidam hoc ad צוּר reducunt.

ק

* קָא, קָאָה, vide infra in קוֹא.

קָבַב *maledixit*, *exsecratus est.* Præter. מָה אֶקֹּב לֹא קַבֹּה אֵל, *quid exsecrabor, quem non exsecratur Deus?* Num. XXIII. 8. וְקַבֹּתוֹ, *ut exsecreris eum*, Num. XXIII. 27. Imperat. קָבָה־לִּי, *exsecrare mihi*, Numer. XXII. 11. cum Kametz loco Kametz chatuph et Daghesch: קָבְנוֹ, *exsecrare illum*, Num. XXIII. 13. pro קָבֶנּוּ. Simile affixum in voce יְשָׁנוֹ vide in radice ישׁה. Futur. אֶקֹּב, ut ante; quod a נָקַב esse possit. Similem formam vide in קָדַד.

קֻבָּה, f. *lupanar*, dictum quasi *exsecrabile*, Numer. XXV. 8. Hebræi exponunt אֹהֶל, *tentorium*.

קוּבָה, f. idem: aff. אֶל־הַקֻּבָּתָהּ, *in lupanari illius*, Num. XXV. 8. Onkelos, לִמְעָהָא, *per ventrem ejus*.

קֵבָה, fœm. *ventriculus bestiarum*, *ingluvies*, Deut. XVIII. 3. quod (ut et præcedens) formam habet quasi a קוּב.

קַב, masc. *cabus*, mensura frumentaria parva: וְרֹבַע הַקַּב חֲרֵייוֹנִים, *et quarta pars cabi stercoris columbini*, 2 Reg. VI. 25. Quidam scribunt, eo stercore usos ipsos fuisse loco lignorum: alii intelligunt, *contenta in ingluvie*, id est, frumentum quod columbæ in agris collegerant. Videatur Kimchi. Porro *cabus* est sexta pars *seæ* sive *sati*, scribit Kimchi in libro Radicum. De hac et aliis quibusdam mensuris antiquis ita scriptum reperi in opere R. Alphes, tractatu de Paschate, cap. 5. fol. 176. » רְבִיעִית, *quadrans*, sive *quartarius legis*, (id est, quarta pars mensuræ sacræ in liquidis) continet *sesquiovum*. לֹג, *log*, sive *sextarius*, quatuor *quadrantes*, id est, sex ova. קַב, *cabus*, quatuor *logos* sive *sextarios*, id est 16 *quadrantes*, 24 ova. הִין, *hin*, tres *cabos*, id est, 12 *logos*, 48 *quadrantes*, 72 ova. סְאָה, *sea*, *satum*, sex *cabos*, hoc est, 24 *sextarios*, duos *hin*, 92 *quadrantes*, 144 ova. אֵיפָה, *epha*, tres *seas*, id est, 18 *cabos*, 6 *hinos*, 72 *logos*, 288 *quadrantes*, 432 ova. עוֹמֶר, *homer*, deci-

mam *ephæ*, id est, 43 ova et ⅕ ovi. Hæc ibi. Vide R. Salomonem, Exod. XVI. 36. et Aruch in קב.

קִבֵּל Pih. *accepit, recepit, suscepit:* præterit. וְלֹא קִבֵּל, *et non accepit*, Esth. IV. 4. וְקִבְּלוּ, *et receperunt sacerdotes*, Esr. VIII. 30. Imperativ. קַבֶּל־לָךְ, *accipe tibi*, 1 Par. XXI. 11. Chald. præterit. קַבֵּל מַלְכוּתָא, *accepit regnum*, Dan. VI. 1. Futur. תְּקַבְּלוּן, *recipietis*, Dan. II. 6. וִיקַבְּלוּן, *et suscipient*, Dan. VII. 18. Hiph. partic. מַקְבִּילוֹת, *recipientia*, hoc est, continentia unum cum altero, Exod. XXVI. 5.

קֳבֵל, *coram, ex adverso.* קֳבֵל־עָם *coram populo*, 2 Reg. XV. 10. Affix. קֳבָלוֹ, *adversum sibi*, id quod ex adverso situm est, Ezech. XXVI. 9. de quo vide etiam in מְחִי. Chald. וְלָקֳבֵל אַלְפָּא, *et coram mille*, Dan. V. 1. לָקֳבֵל מִלֵּי, *ob* vel *propter verba (regis)*, ver. 10. לָקֳבֵל דְּנָה, *propter hoc, propterea*, Esr. IV. 16. כָּל־קֳבֵל, vel כָּל־קֳבֵל, *propter, propterea, eo quod, quandoquidem;* et in Daniele semper adjunctum est דְּנָה vel דִּי. Cum affixo, לְקָבְלָךְ, *ex adverso tui*, Dan. II. 31.

קָבַע *rapuit, diripuit, spoliavit:* præt. וְקָבַע, *et rapiet*, Prov. XXII. 23. הֲיִקְבַּע, *an spoliet (homo Deum)?* quod vos קֹבְעִים אֹתִי, *spoliatis me, et dicitis* בַּמֶּה קְבַעֲנוּךָ, *qua in re spoliamus te?* Mal. III. 8. ubi etiam participium, et futurum est. Hinc Rabbinis, קַבְּעָן, *raptor.*

קוֹבַע, m. *galea*, 1 Sam. XVII. 38. et est idem quod כּוֹבַע, literis כ et ק commutatis.

קֻבַּעַת, f. *fæx, fæculentum*, Ies. LI. 17.

קָבַץ *collegit, aggregavit, congregavit, comportavit, contraxit:* dicitur proprie *de re dispersa*, ut אָסַף *de re non dispersa.* Sic recte dicitur, אֱסֹף יָדֶךָ, *recollige, retrahe manum tuam*, 1 Sam. XIV. 19. non autem קְבוֹץ: item וַיֶּאֱסֹף, *et retraxit (pedes suos in lectum)*, Gen. XLIX. 33. non autem וַיִּקְבּוֹץ; Kimchi ad Joel II. 6. Præterit. קָבַץ אֶת־כָּל־חֵילוֹ, *congregavit omnes copias suas*, 1 Reg. XX. 1. Niph. præter. נִקְבְּצוּ אֵלֵינוּ, *congregantur contra nos*, Jos. X. 6. Imper. הִקָּבְצוּ, *congregate vos*, Gen. XLIX. 2. Pih. præterit. קִבְּצָם, *congregavit eos*, Mich. IV. 12. Pyh. קֻבָּצָה, *collecta est*, pro קֻבְּצָה juxta Kimchium, Mich. I. 7. Partic. מְקֻבֶּצֶת, *congregatam*, Ezech. XXXVIII. 8. Hithp. præterit. כִּי הִתְקַבְּצוּ, *quod congregassent se*, Jud. IX. 47. Fut. יִתְקַבְּצוּ, *congregent se*, Ies. XLIV. 11.

קִבּוּצִים, m. pl. *collectiones, congregationes, catervæ:* aff. קִבּוּצַיִךְ, *catervæ tuæ*, Ies. LVII. 13.

קְבֻצָה, f. *congregatio:* construct. קְבֻצַת כֶּסֶף, *congregatione argenti*, Ezech. XXII. 20.

קָבַר *sepelivit.* Præterit. קָבַר, *sepelivit (Abrahamus Saram)*, Gen. XXIII. 19. Partic. וְאֵין קֹבֵר, *et non erit sepeliens*, 2 Reg. IX. 10. Niph. futur. יִקָּבֵר, *sepelietur*, Jer. XXII. 19. תִּקָּבֵר, *sepelieris*, Gen. XV. 15. Pih. part. וְאֵין מְקַבֵּר לָהֵמָּה, *et non erit sepeliens eis*, Jerem. XIV. 16. Futur. תְּקַבְּרֵם, *sepelies eos*, Hos. IX. 6. Pyh. præter. קֻבַּר, *sepultus est (Abraham)*, Gen. XXV. 10.

קֶבֶר, m. *sepulcrum*, Psal. V. 10. Aff. קִבְרוֹ, *sepulcrum suum*, Genes. XXIII. 6. Plural. קְבָרִים, *sepulcra*, Exod. XIV. 11. Construct. קִבְרֵי, Jer. XXVI. 23. Aff. מִקִּבְרֵיהֶם, *de sepulcris eorum*, Jer. VIII. 1. Fœm. plural. לְקִבָרוֹת, *ad sepulcra*, Job XXI. 32. Construct. קִבְרוֹת, Num. XI. 34. Aff. קִבְרֹתֶיהָ, *sepulcra ejus*, Ezech. XXXII. 23.

קְבוּרָה, f. *sepultura*, Ies. XIV. 20. Constr. קְבֻרַת־רָחֵל, *sepultura Rachelis*, Gen. XXXV. 20. Aff. קְבֻרָתוֹ, *sepulturam* vel *sepulcrum ejus*, Deut. XXXIV. 6.

קָדַד *inclinavit*, *incurvavit verticem*, honoris exhibendi causa. R. Salomon scribit ad Genes. XLIII. 28. » קידה כפיפת קדקד השתחויה משטח לארץ, id est : verbum קָדַד significat *incurvationem verticis ;* הִשְׁתַּחֲוָיָה, *procubitum in terram.* » Vide בָּרַךְ. Fut. וָאֶקֹּד, *et verticem inclinavi*, Gen. XXIV. 48. וַיִּקֹּד, *et inclinavit verticem*, ver. 26. cum Daghesch et vocali brevi, loco vocalis longæ Kametz : simile vide in דָּמַם. Item, וַיִּקְּדוּ, *et incurvarunt se.*, Genes. XLIII. 28. pro וַיִּקֹּדוּ : simile vide in בָּלַל.

קָדְקֹד, m. *vertex*, Psal. LXVIII. 22. Aff. וְעַל־קָדְקֳדוֹ, *et super verticem ejus*, Psal. VII. 17.

קִדָּה, f. *casia*, Ezech. XXVII. 19. Exod. XXX. 24.

קָדַח *accendit*, *accensus fuit*, *conflagravit*. Præt. כִּי־אֵשׁ קְדַחְתֶּם, *nam ignem accendistis*, Jer. XVII. 4. אֵשׁ קָדְחָה, *ignis accensus fuit*, Deut. XXXII. 22. Part. constr. קֹדְחֵי אֵשׁ, *accendentes ignem*, Ies. L. 11. Infinit. כִּקְדֹחַ, *sicut conflagrat ignis*, Ies. LXIV. 2.

קַדַּחַת, fœm. *febris ardens*, Lev. XXVI. 16.

אֶקְדָּח, m. *carbunculus*, Ies. LIV. 12.

קָדַם Pih. *antevertit*, *anticipavit*, *anteivit*, *prœivit*, *prævenit*, *obvenit*. Præter. קִדַּמְתִּי, *anteverti*, Jon. IV. 2. Imper. קַדְּמָה פָנָיו, *anticipa faciem ejus*, Psalm. XVII. 13. Hiph. præter. מִי הִקְדִּימַנִי, *quis prævenit me?* Job XLI. 3. Futur. וְתַקְדִּים, *et obveniet*, Amos IX. 10.

קֶדֶם, m. *antiquitas ; æternitas*, si de Deo dicatur: *antiquum*, *priscum :* et adverbialiter, *antique*, *ante*, *pridem*, *olim: antrorsum.* Item, *oriens*, plaga mundi orientalis, quasi *anterior* dicta: ferunt enim Adamum creatum, facie versus orientem disposita, ut lucem et solem mundi orientem aspiceret; unde oriens ipsi fuit *Kedem*, hoc est, *anterior mundi pars :* R. Bechai, Deut. III. 23. Ab eo situ reliquæ deinceps mundi plagæ, *occidentalis* nempe, *australis*, et *borealis* nominantur, *posterior*, *dextra*, *sinistra.* כְּקֶדֶם, *sicut antea*, *olim* vel *pridem :* מִקֶּדֶם, *ab antiquitate*, *ab æterno*, *inde a principio*, Habac. I. 12. *ab oriente*, Mich. V. 1. Plural. constr. מִקַּדְמֵי־אָרֶץ, *ante primordia*, *a primordiis terræ*, Prov. VIII. 23. Cum ה locali, קֵדְמָה, *orientem versus*, Gen. XXV. 6. קֵדְמָה מִזְרָחָה, *ad anteriorem plagam orientem versus*, Exod. XXVII. 13. Similem locutionem vide Exod. XXVI. 18.

קִדְמָה, f. idem. Construct. קִדְמַת, *ad orientem*, Genes. II. 14. Et cum Pathach ab initio, שֶׁקַּדְמַת שָׁלַף, *quæ antequam egrediatur*, Psalm. CXXIX. 9. Aff. לְקַדְמָתְכֶן, *ad antiqui-*

talem, pristinum statum suum, Ezech. XVI. 55. לְקַדְמַתְכֶן, ad pristinum statum vestrum, ibid. Plur. כְּקַדְמוֹתֵיכֶם, sicut priscis temporibus vestris, Ezech. XXXVI. 11. Chald. קֳדָם, coram: מִן קֳדָם, a coram: קֳדָמַי, coram me: מִן־קֳדָמַי, a coram me, id est, a me, Dan. II. 6. מִן־קֳדָמוֹהִי, a conspectu ejus, Dan. V. 19. קֳדָמֵיהוֹן, coram eis, etc. מִקַּדְמַת vel מִן קַדְמַת דְּנָה, ab ante hoc, antehac, Esr. V. 11. קַדְמָיֵא, priores, Dan. VII. 24. Fœm. sing. קַדְמָיְתָא, prima, prior, antecedens, Dan. VII. 4. Plural. emph. קַדְמָיָתָא, priora, ver. 8.

קָדִים, m. oriens, plaga orientalis mundi; eurus, ventus orientalis. Cum ה locali, קָדִימָה, ad orientem, Hab. I. 9.

קְדוּמִים, m. pl. antiquitates, Jud. V. 21.

קַדְמֹנִי, masc. antiquus, antiquum, 1 Sam. XXIV. 14. orientalis, Ezech. XLVII. 18. Plur. וְקַדְמֹנִים, et priores, superiores, antiqui, Job XVIII. 20. Fœm. וּכְשָׁנִים קַדְמֹנִיּוֹת, et sicut anni antiqui, Mal. III. 4.

קַדְמֹנָה, f. orientalis, Ezech. XLVII. 8.

רָקַע *expandit, dispandit, extendit, diduxit;* item, *plausit, percussit*, locutione ab iis deducta, quæ *tundendo* et *percutiendo distenduntur*, ut pavimenta lutea. Particip. רֹקַע הָאָרֶץ, *expandens terram*, Ies. XLII. 5. Infin. וְרַקְעֲךָ בְּרֶגֶל, *et plaudere te pede*, Ezech. XXV. 6. id est, *eo quod complodis, plaudis.* Imper. וּרְקַע, *et plaude*, Ezech. VI. 11. Fut. אֶרְקָעֵם, *dispandam eos*, 2 Sam. XXII. 43. Pih. fut. וַיְרַקְּעוּ אֶת־פַּחֵי הַזָּהָב, *et diduxerunt, extenderunt bracteas auri*, Exod. XXXIX. 3. Pyh. part. כֶּסֶף מְרֻקָּע, *argentum ductum*, Jerem. X. 9. Hiph. futur. תַּרְקִיעַ, *expandes*, Job XXXVII. 18.

רָקִיעַ, m. *expansum, cœli* scil. *in latum diductio* et *extensio*, quod græci dixerunt στερέωμα, latini *firmamentum*, Gen. I. 6. Constr. רְקִיעַ הַשָּׁמַיִם, *expansi cælorum*, ver. 20. Hebræi *septem firmamenta* enumerant. Vide R. Salomonem ad Psal. XIX. 7.

רִקֻּעִים, m. pl. *diductiones:* constr. רִקֻּעֵי פַחִים, *diductiones bractearum*, Num. XVII. 3. id est, *laminas ductiles.*

רָקַק *spuere, despuere*, quod ab affini verbo יָרַק mutuatur. Fut. יָרֹק, *despuerit*, Levit. XV. 8. Ex Hiphil quidam deducunt, אֲרִיקֵם, *friabo, ex-*

tenuabo eos, Psalm. XVIII. 43. ut Daghesch in vocalem longam diductum sit. Aben Esra scribit esse ex significato nominis sequentis רַקּוֹת, *tenues*. R. Salomon, כטיח הנרוק שאינו עב, *sicut cæmentum tenue, quod non est crassum*. Erit ergo רקק, *attenuare, tenue reddere*, et *spuendi* significatum ex nomine efformatum. Vide supra in ריק.

רֹק, m. *sputum, saliva*. Job XXX. 10. Affix. עַד־בִּלְעִי רֻקִּי, *donec deglutiam sputum meum*, Job VII. 19.

רַק, *tantum, tantummodo, dumtaxat*, particula *extenuandi*. Gen. XX. 11. et XIX. 8. הֲרַק אַךְ, *an tantummodo dumtaxat?* Num. XII. 2. pleonasmus ad magis extenuandum; vide אַךְ.

רַקָּה, fœm. *tenuis*, unde plurale, רַקּוֹת בָּשָׂר, *tenues carne*, Gen. XLI. 19. הַפָּרוֹת הָרַקּוֹת, *vaccæ tenues*, ver. 20.

רַקָּה, f. *tempus*, pars capitis: aff. רַקָּתוֹ, *tempora ejus*, Jud. V. 26. בְּרַקָּתוֹ, *in tempora ejus*, Jud. IV. 21.

רָקִיק, m. *laganum*, placenta *tenuis*, Exod. XXIX. 23. Plurale construct. וּרְקִיקֵי מַצּוֹת, *et lagana azymorum*, id est, *azyma*, ver. 2. Apud Rabbinos, *tenue, transparens, pellucidum, diaphanum*.

רשה רְשְׁיוֹן, m. *facultas, licentia*, Esr. III. 7. pro quo Rabbini dicunt רְשׁוּת.

רְשַׁם Chald. *exaravit, consignavit*. Præt. רְשַׁם כְּתָבָא, *consignavit scripturam*, Dan. VI. 10. הֲלָא אֱסָר רְשַׁמְתְּ, *nonne edictum exarasti?* ver. 13. Part. Pehil sive præt. רְשִׁים, *exaratum*, ver. 11. Fut. וְתִרְשֻׁם, *et consignabis*, ver. 9. Hebraice partic. Pahul; רָשׁוּם, *exaratum*, Dan. X. 21.

רוֹשֶׁם, *descriptio, annotatio, nota, signatura*, apud Rabbinos.

רָשַׁע *improbum esse, improbe se gerere, improbe agere* vel *facere*. Construitur absolute, et bis cum præpositione מִן. Præt. וְלֹא רָשַׁעְתִּי מֵאֱלֹהָי, *neque improbe egi a Deo meo*, 2 Sam. XXII. 22. Psal. XVIII. 22. id est, *defeci* vel *averti me per improbitatem a Deo meo*. Nam, הרשע הוא הנטייה מדבר הראוי והצדק ההליכה בדרך הראוי, id est, *improbitas est declinatio ab eo quod decet et justum est; et probitas est incessus in via recta et convenienti*, scribit hic R. Levi. אִם־רָשַׁעְתִּי, *si improbus sim*, Job X. 15. Hiph. הִרְשִׁיעַ, *improbum fecit* seu *pronunciavit, improbavit, damnavit, condemnavit*: et interdum, *improbe agere*. Item, *inquietavit, exagitavit*. Præterit. הוּא הִרְשִׁיעַ לַעֲשׂוֹת, *ipse improbe egit faciendo*, 2 Par. XX. 35. id est, *impiissime se gessit*: וְהִרְשִׁיעוּ אֶת־הָרָשָׁע, *et improbum pronunciabunt eum qui improbus est*, Deut. XXV. 1. Particip. plur. constr. מַרְשִׁיעֵי בְרִית, *improbe agentes fœderis*, id est, *in* vel *contra fœdus*, Dan. XI. 32. Fut. יַרְשִׁיעַ, *inquietabat*, 1 Sam. XIV. 47. וְהוּא יַשְׁקִט וּמִי יַרְשִׁעַ, *ipso tranquillante, quis inquietabit?* Job XXXIV. 29.

רָשָׁע, m. *improbus*, ἀσεβής, Gen. XVIII. 23. Plur. בַּעֲצַת רְשָׁעִים, *in consilio improborum*, Psal. I. 1. ubi Aben Esra scribit, improbos sic dictos, quasi *inquietos*, qui numquam in eadem constitutione permanent, juxta illud: *et improbi sunt ut mare propulsum*, Ies. LVII. 20. et juxta præcedentia duo loca, ubi *inquietare* significat, quasi hæc sit prima verbi significatio. At hæc inquietudo potius est effectum improbitatis sive

aversionis a Deo ejusque verbo, et provenit ab eo spiritu, qui eos agitavit, ut a Deo declinarent. מֵרְשָׁעִים יֵצֵא־רֶשַׁע, *ab improbis egreditur improbitas*, 1 Sam. XXIV. 14. Constr. רִשְׁעֵי־אָרֶץ, *improbi terræ*, Psalm. LXXV. 9. Fœmin. רְשָׁעָה, *improba*, Ezech. III. 18.

רֶשַׁע, masc. *improbitas*, ut paulo ante: aff. וְאֶל־רִשְׁעוֹ, *et ad improbitatem ejus*, Deuter. IX. 27. Fœmin. רִשְׁעָה, idem, Ies. IX. 17. Constr. וְרִשְׁעַת הָרָשָׁע, *et improbitas improbi*, Ezech. XVIII. 20.

מִרְשַׁעַת, f. *improba*, *improbe se gerens*, 2 Par. XXIV. 7. Habet vim participii.

רֶשֶׁף m. *pruna ignita*, *scintilla*; metaphorice, *anthrax*, *inflammatio* vel *morbus ardens*. וּלְחֻמֵי רֶשֶׁף, *et exesi anthrace*, Deuter. XXXII. 24. Sic Hab. III. 5. וּבְנֵי רֶשֶׁף, *et filii prunæ*, id est, *scintillæ*, Job V. 7. Plur. לָרְשָׁפִים, *prunis ignitis*, Ps. LXXVIII. 48. Constr. רִשְׁפֵי־קָשֶׁת, *scintillas arcus*, Psal. LXXVI. 4. id est, *scintillantes sagittas*. Aff. רְשָׁפֶיהָ רִשְׁפֵּי אֵשׁ, *prunæ ejus prunæ ignis sunt*, Cant. VIII. 6.

רשש Pyh. רֻשַּׁשׁ, *depauperari*. Præterit. רֻשַּׁשְׁנוּ, *depauperati sumus*, Malach. I. 4. Convenit cum רוּשׁ; ubi vide reliqua, quæ hinc esse possint.

רֶשֶׁת f. *rete*, Psalm. LVII. 7. וְרֶשֶׁת פְּרוּשָׂה, *et rete expansum*, Hos. V. 1. Aff. וְרִשְׁתּוֹ, *et rete illius*, Psalm. XXXV. 8. Quidam deducunt a יָרַשׁ, quod capta *possideat* et *retineat*.

רָתַח Pih. *fervefecit*. Imperat. רַתַּח רַתָּחֶיהָ, *fervefac fervefactiones ejus*, Ezech. XXIV. id est, *fac ut vehementer ferveant*. Pyh. præterit. מֵעַי רֻתְּחוּ, *viscera mea effervefacta sunt*, Job XXX. 27. Hiph. futur. יַרְתִּיחַ כַּסִּיר מְצוּלָה, *fervefacit tamquam ollam*, *profundum*, Job XLI. 23.

רְתָחִים, m. pl. *ebullitiones*, *fervefactiones*. Aff. רְתָחֶיהָ, ut paulo ante.

רָתַם *ligavit*, *junxit*: imper. רְתֹם הַמֶּרְכָּבָה, *liga* vel *junge currum*, Mich. I. 13.

רֹתֶם, c. *juniperus*: תַּחַת רֹתֶם אֶחָד, *sub junipero quadam*, 1 Reg. XIX. 5. et versu 4. fœmininum est. Plur. רְתָמִים, *juniperi*, Job XXX. 4.

רתק Niph. נִרְתַּק, *concatenari*, *catenis jungi* aut *vinciri*. Futur. יֵרָתֵק, *concatenetur*, *catenæ instar jungatur*, Eccles. XII. 6. sic Masorethæ legendum tradunt pro יֵרָחֵק, *procul amoveatur*, ut in textu scriptum est. Tales voces observatæ sunt *undecim*, quæ leguntur per ת, et non sunt scriptæ per ת: vide Masoram. Pyh. præt. רֻתְּקוּ, *concatenati*, *vincti sunt compedibus*, Nah. III. 10.

רַתּוֹק, m. *catena*: *funis*, Ezech. VII. 23. Plur. בְּרַתּוּקוֹת, *catenis* (*auri*), 1 Reg. VI. 21. Scribitur per י, sed legitur per ו.

רַתֻּקוֹת, f. pl. idem, Ies. XL. 19.

רְתֵת m. *tremor*, Hos. XIII. 1. proprie chaldaicum est: nam pro hebræo רַעַד, in Targum est רְתֵיתָא, Exod. XV. 15.

ש

שָׁאַב *hausit:* præt. וּשְׁאַבְתֶּם־מַיִם, *et haurietis aquas*, Ies. XII. 3. Infinit. לִשְׁאֹב מָיִם, *ad hauriendum aquas*, Gen. XXIV. 13.

מַשְׁאַבִּים, m. pl. *haustra*, juxta quosdam: R. Salomon vult esse *loca ubi hauriuntur aquæ*, Jud. V. 11.

שָׁאַג *rugiit*, leonum proprium, sed aliis etiam per metaphoram accommodatur. Præt. אַרְיֵה שָׁאָג, *leo rugit*, Amos III. 8. שָׁאֲגוּ צֹרְרֶיךָ, *rugierunt hostes tui*, Psal. LXXIV. 4.

שְׁאָגָה, fœm. *rugitus*, Ies. V. 29. Constr. שַׁאֲגַת כְּפִירִים, *rugitus leonum*, Zach. XI. 3. Aff. דִּבְרֵי שַׁאֲגָתִי, *verba rugitus mei*, Psal. XXII. 2.

שָׁאָה *vastari*, proprie *cum tumultu*, *fragore* et *irruptione*: inde est, *tumultuari*. Præt. שָׁאוּ עָרִים, (*donec*) *vastentur urbes*, Ies. VI. 11. Niph. futur. תִּשָּׁאֶה שְׁמָמָה, *vastata sit desolatione*, ibid. יִשָּׁאוּן, *tumultuantur*, Ies. XVII. 12. Hiph. infinit. לְהַשְׁאוֹת, *ad vastandum*, Ies. XXXVII. 26. Contractum hinc, לְהְשׁוֹת, 2 Reg. XIX. 25. quod juxta Masorethas legendum, ut præcedens. In Hithp. *stupere*, *obstupescere*: metaphorice ad animum relatum, quasi *animo vastari*. Partic. וְהָאִישׁ מִשְׁתָּאֵה לָהּ, *et vir ille stupens erat*, *stupebat ipsi*, id est, *de* vel *super ea*, Gen. XXIV. 21. Similis usus est verbi שָׁמַם, quod vide illic.

שׁוֹאָה, fœm. *vastatio tumultuosa*, *vastitas*, *vastum*: שׁוֹאָה וּמְשׁוֹאָה, *vastationem et pervastationem*, id est, *in locum vastissimum*, Job XXX. 3. Constr. וּמִשֹּׁאַת רְשָׁעִים, *et a vastatione improborum*, Prov. III. 25.

שְׁאִיָּה, f. *vastatio*, Ies. XXIV. 12.

שֵׁאת, f. idem, Thren. III. 47.

שׁוֹאִים, m. pl. *vastationes*: affix. מִשֹּׁאֵיהֶם, *a vastationibus* sive *tumultuationibus ipsorum*, Psal. XXXV. 17.

שָׁאוֹן, m. *tumultuatio*, *tumultus*, *strepitus*: קוֹל שָׁאוֹן, *voce tumultus*, id est, *tumultuosa*, Ies. LXVI. 6. Construct. שְׁאוֹן יַמִּים שְׁאוֹן גַּלֵּיהֶם, *strepitum marium*, *strepitum fluctuum eorum*, Psalm. LXV. 8. Aff. וּשְׁאוֹנָהּ, *et tumultuatio ejus*, Ies. V. 14.

שַׁאֲנָן, m. idem: aff. וְשַׁאֲנַנְךָ, *et tumultuatio tua*, 2 Reg. XIX. 28. Sic Chaldæus, אִתְרַגְּשׁוּתָךְ: et Kimchi deducit a שָׁאוֹן, per geminationem literæ נ, ad *vehementem tumultuationem* designandam. Vide etiam שאן.

מְשׁוֹאָה, f. *devastatio*, *pervastatum*, Job XXX. 3.

מַשָּׁאוֹן, m. *vastitas*, *solitudo vasta*: תִּכַּסֶּה שִׂנְאָה בְּמַשָּׁאוֹן, *legitur odium in solitudine*, (*sed retegitur malitia ejus in cœtu* id est, *publice*), Prov. XXVI. 26. Vide et נָשָׁא.

מַשּׁוּאוֹת, מַשָּׁאוֹת, f. pl. *vastitates*, Psalm. LXXIII. 18. et LXXIV. 3. Significatione quidem huc pertinet, ut Aben Esra refert, sed propter Daghesch est quasi a נָשָׁא.

תְּשׁוּאוֹת, תְּשֻׁאוֹת, f. pl. *fragores*, *acclamationes*, *fragosi clamores*, *tu-*

multuationes : תְּשֻׁאוֹת נוֹגֵשׂ , *fragosi clamores exactoris*, Job XXXIX. 7. תְּשֻׁאוֹת חֵן חֵן לָהּ , *acclamationes gratiæ*, *gratiæ ei sunt*, Zach. IV. 7. Phrasis in familiaribus Judæorum scriptis usitatissima, quando summas alicui gratias agere volunt. Habet autem hoc nomen formam ex ordine quiescentium secunda, quasi a שׁוּא , sed significatione ad hanc radicem pertinet.

שָׁאַט , שָׁאט , *depopulari*, *spernere*. Verbum est irregulare, origine chaldaicum : nam שְׁט , chaldæis usurpatur pro hebræo בָּזָה , *sprevit*, *contempsit*, Psalm. XV. 4. et Genes. XXV. 34. in utroque Targum, *Jonathanis*, scil. et *Onkeli*. Habet א quiescens, uno tantum loco excepto, quasi protractionis sit (ut hebræi loquuntur), et thema habeat שׁוּט ex ordine quiescentium secunda, sitque א loco mediæ quiescentis ו, imitatione chaldæorum. Sic קוּם et רוּם quandoque in medio habent א. Vide illic. Particip. הַשָּׁאטִים אֹתָם , *qui depopulentur eos*, Ezech. XXVIII. 24. Chaldæus, דְּבָזְזִין , *qui diripiunt eos.* הַשָּׁטִים , vide in שׁוּט. Fœm. הַשָּׁאטוֹת אֹתָךְ , *quæ depopulantur*, *prædantur te*, Ezech. XVI. 57. juxta Kimchium : Chaldæus et R. Salomon, *quæ spernunt te*.

שְׁאָט , m. *contemptus*, vel *depopulatio :* בִּשְׁאָט בְּנֶפֶשׁ , *cum contemptu in animo*, Ezech. XXV. 15. id est, *summo* et *ignominioso contemptu*, vel *depopulatione*. Sic בִּשְׁאָט נֶפֶשׁ , Ezech. XXXVI. 5. Aff. בְּכָל־שְׁאָטְךָ בְּנֶפֶשׁ , *in toto contemptu tuo ex animo*, Ezech. XXV. 6. Chaldæus tribus hisce posterioribus locis, צְפוּחַ , *lætitiam*, transfert.

שָׁאַל שָׁאֵל , *rogavit*, *interrogavit*, *petiit*, *expetiit*: *consuluit*, *quæsivit*, *requisivit*, *percunctatus est*. Item, *mendicavit*. Construitur cum accusativo, et præpos. מֵאֵת , מִן , et ל. Præt. שָׁאַל אֶת־עֲבָדָיו , *interrogaverat servos suos*, Gen. XLIV. 19. חַיִּים שָׁאַל מִמְּךָ , *vitam petiit a te*, Psalm. XXI. 5. וְשָׁאַל לוֹ , *ut consulat illum*, Numer. XXVII. 21. וְשָׁאַל בַּקָּצִיר , *et mendicat in æstate*, Prov. XX. 4. וּשְׁאֵלֵךְ , *et rogaverit te*, Jud. IV. 20. quod est, ex terminatione Tzere. וְשָׁאֲלוּ לְךָ לְשָׁלוֹם , *et interrogabunt te pacis*, hoc est, *valetudinis causa*, 1 Sam. X. 4. id est, *pacifice te salutabunt :* vide 1 Sam. XXV. 5. et 2 Sam. VIII. 10. Chald. præt. לָא שְׁאֵל לְכָל־חַרְטֹם , *non petiit ab ullo mago*, Dan. II. 10. אֱדַיִן שְׁאֵלְנָא , *tunc interrogavimus*, Esr. V. 9. Futur. כָּל־דִּי יִשְׁאֲלֶנְכוֹן , *quidquid postulaverit*, Esr. VII. 21. cum נ epenthetico. Niph. נִשְׁאַל , *exorari*, *precibus obtinere*. Præter. cum infinitivo, נִשְׁאֹל נִשְׁאַל מֵעִמָּדִי , *expetendo expetivit* (*David*) *a me*, 1 Sam. XX. 28. id est, *obnixe petiit a me*, et *obtinuit*. Similem formam vido in נִשְׁאַלְתִּי מִן־הַמֶּלֶךְ ·שׁלח , *precibus obtinui a rege*, Nehem. XIII. 6. Pih. præt. וְשִׁאֲלוּ , *et petant*, id est, *mendicent*, Psalm. CIX. 10. Futur. שָׁאוֹל יְשָׁאֲלוּ , *interrogando interrogabunt*, 2 Sam. XX. 18. Hiph. הִשְׁאִיל , *mutuavit*, *commodato dedit petenti*. Præt. וְהִשְׁאִלְתִּיהוּ לַיהוָה , *et mutuo eum Domino*, 1 Sam. I. 28. id est, *quem precario ab ipso acceperam*, *nunc rursus ipsi sisto et consecro*, *ut ipsius minister sit*. Fut. וַיַּשְׁאִלוּם , *et commodato dederunt ipsis petentibus*, Exod. XII. 36. Hoph. הוּשְׁאַל , *commodatum*, apud Rabbinos.

שְׁאוֹל , c. *sepulcrum*, *infernus*. Se-

pulcrum autem sic a *petendo* et *postulando* dictum, quod ore hiante et dilatato, (Ies. V. 14. Habac. II. 5.) repleri *expetat;* unde et *insatiabile* dictum, Prov. XXVII. 20. et XXX. 16. Significat autem in genere locum corporum humanorum post mortem, unde communiter pro *sepulcro*, interdum etiam pro *inferno* ponitur. Dicitur etiam de *loco infimo*, qui *altissimo* opponitur, Job XI. 8. Masculinum, עָרוֹם שְׁאוֹל, *nudum est sepulcrum*, Job XXVI. 6. id est, *abditissima et intima* terræ pars, juxta Aben Esram; vel מַרְכַּז הָאָרֶץ, *centrum ipsius terræ* (*ipsi in aperto et propatulo est*). Fœminum, הִרְחִיבָה שְׁאוֹל נַפְשָׁהּ, *dilatat sepulcrum animam suam*, id est, *seipsum*, Ies. V. 14. Cum ה paragogico, לִשְׁאוֹלָה, *in sepulcrum usque*, Psalm. IX. 18. Et sic cum accentu in ultima præter morem, שְׁאֹלָה, *in sepulcrum*, Gen. XXXVII. 35.

שְׁאֵלָה, f. *petitio:* שְׁאֵלָה אַחַת, *petitionem unam (ego peto a te)*, 1 Reg. II. 16. Affix. אֶת־שְׁאֵלָתִי, *petitionem meam*, 1 Sam. I. 27. Hinc contractum, יִתֵּן אֶת־שֵׁלָתֵךְ, *det petitionem tuam*, 1 Sam. I. 17. Et aliter, תָּבוֹא שֶׁאֱלָתִי, *eveniat petitio mea*, Job VI. 8. Chald. שְׁאֵלְתָא, f. *petitio, postulatum*, Dan. IV. 14. Apud Rabbinos etiam est, *quæstio*, *interrogatio*, *metaphora:* ה״ עַל דֶּרֶךְ הַשְּׁאֵלָה, *He interrogationis;* הַשְּׁאָלָה, *per modum interrogationis*, vel, *per metaphoram.*

מִשְׁאָלוֹת, f. pl. *petitiones:* affix. כָּל־מִשְׁאֲלוֹתֶיךָ, *omnes petitiones tuas*, Psalm. XX. 6.

שאן Pih. geminata tertia radicali, שַׁאֲנַן, *tranquillum esse, tranquille agere.* Præter. שַׁאֲנַן מוֹאָב, *tranquillus fuit Moab*, Jer. XLVIII. 11. שַׁאֲנַן מִפַּחַד רָעָה, *tranquillus erit a timore mali*, Proverb. I. 33. שַׁאֲנָנוּ, *tranquille agent*, Job III. 18.

שַׁאֲנָן, m. *tranquillus:* נָוֶה שַׁאֲנָן, *habitaculum tranquillum*, Ies. XXXIII. 20. Aff. וְשַׁאֲנַנְךָ, *et tranquillitas tua*, 2 Reg. XIX. 28. id est, *insolentia*, *ferocia*, quam *tranquillitas* tibi parit. Vide et שׁאה. Plural. הוֹי הַשַּׁאֲנַנִּים, *væ tranquillis (in Tzione)*, Amos VI. 1. Fœm. נָשִׁים שַׁאֲנַנּוֹת, *mulieres tranquillæ*, Ies. XXXII. 9.

שַׁלְאֲנָן, m. *tranquillissimus*, Job XXI. 23. cum epenthesi ל, vel potius (ut Kimchi scribit in libro Radicum), est vox composita ex שָׁלֵו et שַׁאֲנָן, et notatur eo *summe tranquillus*, id est, *tranquillissimus.*

שָׁאַף *hausit*, proprie aerem vel ventum; *anhelavit, adspiravit;* metaphorice, *absorbuit*, *deglutivit.* Præter. וְשָׁאַף, *et exhaurit*, *absorbet*, Job V. 5. Scribitur cum י, sed legitur per ך. שְׁאָפַנִי, *absorbet me*, *anhelus persequitur ad deglutiendum me*, Psalm. LVI. 2. שָׁאֲפוּ רוּחַ, *haurient ventum*, Jerem. XIV. 6. Particip. וְאֶל־מְקוֹמוֹ שׁוֹאֵף, *et ad locum suum anhelat*, Eccl. I. 5.

שָׁאַר *reliquum esse*, *superesse.* Præter. עוֹד שָׁאַר, *adhuc reliquus est (minimus)*, 1 Sam. XVI. 11. Niph. נִשְׁאַר, *reliquum*, *residuum esse* vel *fieri*, *relinqui:* *superstitem manere*, *remanere*, *superesse.* Frequenter construitur cum præpos. ב, quæ quandoque per *e*, *ex*, explicanda est. Præter. וְהוּא לְבַדּוֹ נִשְׁאָר, *et ipse solus est relictus*, Genes. XLII. 38. cum Kametz propter pausam. Anomalum cum epenthesi א, וָנֵאשְׁאַר אֲנִי, *et reliquus fui ego*, Ezech. IX. 8. pro נִשְׁאַרְתִּי. Kimchi in commentario scribit esse compositum ex præterito

Niphal et ex futuro Kal, quasi dicere propheta voluerit: *cum ego*, *percutientibus illis*, *videre vellem*, מִי נִשְׁאַר, *quis reliquus maneret; animadverti*, כִּי אֶשָּׁאֵר אֲנִי, *quod ego tantum reliquus essem*. Non dissimile vide in שָׁחָה in Hithpahel. וְלֹא נִשְׁאֲרוּ־בָם, *neque relicti sunt in eis*, id est, *ex eis*, *duo pariter*, 1 Sam. XI. 11. Hiph. הִשְׁאִיר, *reliquit; reliquum, residuum*, *superstitem fecit* vel *reliquit*: Præter. הִשְׁאִיר־לוֹ, *reliquerunt ei superstitem*, Num. XXI. 35. וְהִשְׁאִיר אַחֲרָיו בְּרָכָה, *et relinquat post se benedictionem*, Joel II. 14. Futur. וְלֹא־נַשְׁאֵר בָּהֶם אִישׁ, *ut non reliquum faciamus ex eis quemquam*, 1 Sam. XIV. 36.

שְׁאָר, m. *reliquus*, *reliquum*, *residuum*, *reliquiæ*. In constructione non mutatur. וּשְׁאָר עֵץ, *et reliqua ligna*, Ies. X. 19. וּשְׁאָר, *et residuum*, Ies. XIV. 22. וּשְׁאָר רוּחַ לוֹ, *et (nonne) residuum spiritus ipsi?* Mal. II. 15. Vide hic Rabbi Salomonem. Chald. עִם־שְׁאָר חַכִּימַי, *cum reliquis sapientibus* (*Babyloniæ*), Dan. II. 18. וּשְׁאָרָא, *et residuum*, Dan VII. 7.

שְׁאֵר, m. *caro*, et generaliter, *alimentum*: item, *propinquus*, *propinqua*, de *eadem carne* existens, nempe *consanguineus*; et sic eodem genere de utroque sexu dicitur. אָכְלוּ שְׁאֵר עַמִּי, *comedunt carnem populi mei*, Mich. III. 3. אֶל־כָּל־שְׁאֵר, *ad omnem propinquum (carnis suæ)*, Lev. XVIII. 6. שְׁאֵר אָבִיךָ, *propinqua patris tui est*, ver. 12. Aff. לִשְׁאֵרוֹ, *propinquo ejus*, Num. XXVII. 11. שְׁאֵרָהּ, *alimentum ejus*, Exod. XXI. 10. וּשְׁאֵרֶךָ, *et corpus tuum*, Prov. V. 11. Sic reddunt propter præcedens nomen *carnis*, cui synonymum est.

שַׁאֲרָה, fœm. *propinquitas*. שַׁאֲרָה הֵנָּה, *propinquitas sunt*, Lev. XVIII. 17. id est, *propinquæ una alteri*.

שְׁאֵרִית, f. *residuum*, *reliquiæ*. Semel scribitur contracte absque א. שֵׁרִית, 1 Par. XII. 38. Aff. וּשְׁאֵרִיתוֹ, *et residuum ejus*, Ies. XLIV. 17. Contracte ut ante, שֵׁרוּתְךָ, *residuum tuum*, Jer. XV. 11. Scribitur cum ו, sed legendum per י juxta Masorethas: Chirek autem sub ת est loco Sægol, pro שֵׁרִיתֶךָ. Simile vide in פוּץ, inter nomina.

מִשְׁאֶרֶת, fœm. *mactra*. Cum aff. וּמִשְׁאַרְתֶּךָ, *et (benedicta) mactra tua*, Deut. XXVIII. 5. Plur. וּבְמִשְׁאֲרוֹתֶיךָ, *et in mactras tuas*, Exod. VII. 28.

שְׂאֹר m. *fermentum*: תַּשְׁבִּיתוּ שְׂאֹר מִבָּתֵּיכֶם, *amovebitis fermentum e domibus vestris*, Exod. XII. 15.

שְׁבָב m. *fragmentum*: plurale, שְׁבָבִים, *fragmenta*, Hos. VIII. 6. Verbum שָׁבַב, *frangere*, apud Talmudicos usitatum est.

שָׁבִיב, m. *scintilla*, quasi *fragmen ignis* dicta, Job XVIII. 5. Chald. שְׁבִיבָא דִּי נוּרָא, *scintilla* vel *flamma ignis*, Dan. III. 22. Plurale, שְׁבִיבִין דִּי־נוּר, *scintillæ ignis*, Dan. VII. 9.

שָׁבָה *captivum cepit*, *duxit*, *abduxit*, *deportavit*, *fecit*, *tenuit*, *detinuit*. Præterit. אֲשֶׁר־שָׁבָה, *quem captivum abduxit*, Jerem. XLI. 14. שָׁבִיתָ שֶּׁבִי, *captivam duxisti captivitatem*, Psalm. LXVIII. 19. Part. שֹׁבִים לְשֹׁבֵיהֶם, *captivos capient captivantes ipsos*, Ies. XIV. 2. Futur. per apocopam, וַיִּשְׁבְּ מִמֶּנּוּ שֶׁבִי, *et captivam fecit ex eo captivam turbam*, Numer. XXI. 1. Niph. præter. כִּי נִשְׁבָּה, *quod capti-*

vus abduceretur, Gen. XIV. 14. נִשְׁבָּה, *capti essent*, 1 Sam: XXX. 3.

שְׁבוֹ, m. *achates*, lapis pretiosus, Exod. XXVIII. 19. Judæis germanis *topazius* est.

שְׁבִי, m. *captivitas*, *captiva turba*, *captivorum multitudo*. שְׁבִי צַדִּיק, *captiva turba justi*, Ies. XLIX. 24. בַּשְּׁבִי יֵלֵכוּ, *in captivitatem ibunt*, Jer. XXII. 22. Aff. מֵאֶרֶץ שִׁבְיָם, *de terra captivitatis ipsorum*, Jerem. XLVI. 27. Cum Sægol sub שׁ, שֶׁבְיְךָ, *captivitatem tuam*, Jud. V. 12.

שְׁבִיָּה, f. *captiva*, Ies. LII. 2.

שִׁבְיָה, f. *captivitas*, ut ante, 2 Par. XXVIII. 5.

שִׁיבָה, f. idem. Constr. שִׁיבַת צִיּוֹן, *captivam multitudinem Tzionis*, Psal. CXXVI. 1. Formam habet a שׁוּב, quasi *reducem captivam turbam* dicas. Aliam significationem vide in יָשַׁב.

שְׁבִית, f. *captivitas*, Numer. XXI. 29. Affix. אֶת־שְׁבוּתֵנוּ, *captivitatem nostram*, Psal. CXXVI. 4. Scribitur cum ו, sed legitur per י. Plurale cum aff. שְׁבִיתַיִךְ, *captivitatum tuarum*, id est, *multitudinis captivorum tuorum*, Ezech. XVI. 53.

שְׁבוּת, f. idem, Jerem. XXX. 3. Affix. אֶת־שְׁבוּתְךָ, *captivitatem tuam*, Deut. XXX. 3. Quædam scribuntur per י in medio, sed legenda per ו; שְׁבִיתֵךְ, *captivitatem tuam*, Thren. II. 14.

שִׁבַּח Pih. *laudavit*, *laudibus celebravit*: item, *repressit*, *compescuit*. Præter. וְשִׁבַּחְתִּי אֲנִי, *et laudavi ego* (*lætitiam*), Eccles. VIII. 15. Futur. תְּשַׁבְּחֵם, *reprimis illos* (*fluctus*), Psal. LXXXIX. 10. et sic Prov. XXIX. 11. Chald. præter. שַׁבַּחְתָּ, *laudasti*, Dan. V. 23. וּלְחַי עָלְמָא שַׁבְּחֵת, *et viventem in perpetuum laudavi*, Dan. IV. 31. וְשַׁבַּחוּ לֶאֱלָהֵי דַהֲבָא, *et laudabant Deos aureos*, Dan. V. 4. Particip. מְשַׁבַּח, *laudo*, etc. לְמֶלֶךְ שְׁמַיָּא, *regem cœlorum*, Dan. IV. 34. ubi notanda constructio cum dativo. Hiph. particip. מַשְׁבִּיחַ שְׁאוֹן יַמִּים, *compescens strepitum marium*, Psalm. LXV. 8. Hithp. infinitiv. לְהִשְׁתַּבֵּחַ בִּתְהִלָּתֶךָ, *ad laudationibus commendandum nos in laude tua*, Psalm. CVI. 47.

שַׁבֵּחַ, masc. *laudans*, vim et usum habet participii: וְשַׁבֵּחַ אֲנִי אֶת־הַמֵּתִים, *et laudabam ego mortuos*, Eccl. IV. 2.

שֶׁבַח, m. *laus*, apud Rabbinos usitatissimum.

שֵׁבֶט c. sed m. sæpius, *virga*, *baculus*, Exod. XXI. 20. Proverb. X. 13. *sceptrum*: לֹא־יָסוּר שֵׁבֶט מִיהוּדָה, *non recedet sceptrum de Jehuda*, Gen. XLIX. 10. id est, *reges* et *regia auctoritas*, juxta triplex Targum, et hebræos veteres Talmudicos, (cod. Sanhedrin cap. 1. fol. 5. et cod. Horajoth cap. 3. fol. 11.) ac recentiores, Kimchium, R. Salomonem, Aben Esram, R. Abrahamum hispanum, R. Tanchuma, R. Bechai, R. Mosche ben Nachman, R. Jitzchack ben Arama, Chaskuui sive R. Chiskia, quos ego vidi; unde frustra sunt, qui aliter interpretantur. Item, *tribus*, Deut. XVIII. 1. *stylus*, *calamus*: מֹשְׁכִים בְּשֵׁבֶט סֹפֵר, *trahentes stylo scribæ*, Jud. V. 14. id est, *scribentes* בְּקוּלְמוֹס, *calamo scriptorio*, ut Chaldæus transfert; estque periphrasis poetica *scribarum*, sive *doctorum* et *sapientum*. שֵׁבֶט מֹאֶסֶת, *virga spernens*, Ezech. XXI. 15. ubi fœmininum est. Aff. שִׁבְטוֹ, *virgam suam*, Prov. XIII. 24. Plurale, שְׁבָטִים, *tribus*,

Jos. XVIII. 2. *tela, spicula*, 2 Sam. XVIII. 14. Constr. שִׁבְטֵי, *tribus* (*filiorum Israel*), Jos. IV. 8. Aff. בְּשִׁבְטָיו, *in tribubus ejus*, Psalm. CV. 37. Chald. לְמִנְיַן שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל, *secundum numerum tribuum Israelis*, Esr. VI. 17.

שְׁבָט, m. *Schebhat*, nomen mensis *undecimi*, respondentis *Januario* nostro, Zach. I. 7.

• שׂבך, quæ hinc esse possint vide in סָבַךְ.

שבל שְׁבִיל, masc. *semita: via.* Affix. וּשְׁבִילְךָ, *et semita tua*, Psalm. LXXVII. 20. ubi legendum juxta Masorethas, שְׁבִילְךָ. Plur. construct. שְׁבִילֵי עוֹלָם, *semitæ seculi*, Jerem. XVIII. 15.

שֹׁבֶל, mascul. idem: חֶשְׂפִּי־שֹׁבֶל, *denuda* (*pedes*) *ad semitam*, Ies. XLVII. 2. Vide et XX. 2.

שִׁבֹּלֶת, f. *spica*, Job XXIV. 24. Item, *fluxus*, *fluentum*, Psalm. LXIX. 3, 16. Plural. fœm. sub terminatione masculina, שִׁבֳּלִים דַּקּוֹת, *spicæ tenues*, Gen. XLI. 6.

שִׁבֳּלִים, m. pl. *baccæ*: construct. שְׁתֵּי שִׁבְּלֵי הַזֵּיתִים, *duæ baccæ olivarum*, Zach. IV. 12.

שַׁבְּלוּל, m. *limax*, Psal. LVIII. 9. In codice Talmudico Mohed katon cap. 1. fol. 6. scribit scholiastes ad locum Psalmi: שַׁבְּלוּל, est *reptile*, quod cum egreditur e concha sua, saliva fluit ab ipso, donec plane liquescat et moriatur. Et in cod. de Schabbath, cap. 8. fol. 77.

שבס שְׁבִיסִים, m. pl. *reticula*, ornamenta muliebria capitis, juxta R. Salomonem, Ies. III. 18.

שבע שֶׁבַע f. *septem*, *septies*: שֶׁבַע שָׁנִים, *septem annos*, Gen. V. 7. שֶׁבַע בַּיּוֹם הִלַּלְתִּיךָ, *septies in die laudavi te*, Psalm. CXIX. 164.

שִׁבְעָה, m. idem; item, *septimus*. שִׁבְעָה פָרִים, *septem juvencos*, Num. XXIII. 29. שִׁבְעָה שִׁבְעָה, *septem septem*, id est, *septena*, Gen. VII. 2. בְּשִׁבְעָה־עָשָׂר יוֹם, *septimo decimo die* (*mensis*), Gen. VII. 11. Semel cum נ epenthetico, שִׁבְעָנָה, Job XLII. 13. Construct. לְשִׁבְעַת הַיָּמִים, *septimo dierum*, id est, *die septimo*, Genes. VII. 10. Aff. שִׁבְעָתָם, *septem illi*, 2 Sam. XXI. 9. Scribitur cum י redundante, et est quasi a separata forma שִׁבְעַת. Duale, שִׁבְעָתַיִם, *septies*, *septuplum*; idem quod שֶׁבַע, inquit R. Salomon, ut apparet ex Ies. XXX. 26. Sic etiam, אַרְבַּעְתַּיִם, *quadruplum*, effertur numero *duali*, ut est in רָבַע: forma autem dualis adhibetur ad differentiam numeri. Plurale, שִׁבְעִים, *septuaginta*: שִׁבְעִים שָׁנָה, *septuaginta annos*, Gen. V. 12. Chald. שִׁבְעָה עִדָּנִין, *septem tempora*, Dan. IV. 13. Constr. וְשִׁבְעַת יָעֲטֹהִי, *et septem consiliarios ejus*, Esr. VII. 14.

שְׁבִיעִי, m. *septimus*: בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי, *die septimo*, Gen. II. 2. Fœm. וּבַשָּׁנָה הַשְּׁבִיעִת, *et anno septimo*, Levit. XXV. 4. Semel etiam medio י deficiente, וּבַשְּׁבִעִת, *et septimo* (*anno*), Exod. XXI. 2.

שָׁבוּעַ; m. *septimana*, vel *dierum*, ut communiter; vel *annorum*, ut Dan. IX. 27. Constr. שְׁבֻעַ זֹאת, *septimanam hujus*, Gen. XXIX. 27. Dual. שְׁבֻעַיִם, *septimanæ duæ*, Lev. XII. 5. Plur. שָׁבֻעִים שִׁבְעָה, *septimanæ septem*, Dan. IX. 25. Constr. שְׁבֻעֵי, vide mox infra. Fœm. וְחַג שָׁבֻעוֹת, *et festum septimanarum* (*facies*), Exod. XXXIV. 22. Aff. בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם, *in septimanis vestris*, Num. XXVIII. 26.

נִשְׁבַּע, Niph. *juravit.* Præt. נִשְׁבַּע־בִּי לִי, *juravit mihi*, Gen. XXIV. 7. נִשְׁבַּעְתִּי, *per me juravi*, Gen. XXII. 16. Particip. וְהַנִּשְׁבָּע בָּאָרֶץ, *et qui jurat per terram*, Ies. LXV. 16. Hiph. הִשְׁבִּיעַ, *adjuravit.* Præt. cum infinit. הַשְׁבֵּעַ הִשְׁבִּיעַ, *adjurando adjuraverat* (*filios Israelis*), id est, *jurejurando obstrinxerat*, Exod. XIII. 19. הִשְׁבַּעְתִּי אֶתְכֶם, *adjuro vos*, Cant. II. 7.

שְׁבוּעַ, m. *juramentum*, *jusjurandum*. Plur. constr. שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת לָהֶם, *juramenta juramentorum istis sunt*, Ezech. XXI. 28.

שְׁבוּעָה, f. *juramentum*, *jusjurandum*, *adjuratio.* בַּעֲלֵי שְׁבוּעָה לוֹ, *domini juramenti ipsi*, id est, *conjurati*, Neh. VI. 18. Constr. וּשְׁבֻעַת שֶׁקֶר, *et juramentum falsitatis*, Zach. VIII. 17. Aff. וּשְׁבֻעָתוֹ, *et juramenti sui*, Psal. CV. 9. Plur. שְׁבֻעוֹת, Hab. III. 9.

שָׂבַע *satiari*, *saturari*, *saturum esse.* Præt. וְאָכַל וְשָׂבַע, *et comedet et saturabitur*, Deut. XXXI. 20. שָׂבַעְתָּ קָלוֹן, *saturaris ignominia*, Hab. II. 16. וּשְׂבַעְתֶּם אתוֹ, *ut saturemini eo*, Joel II. 19. שָׂבְעָה בְרָעוֹת נַפְשִׁי, *saturata est malis anima mea*, Psalm. LXXXVIII. 4. Pih. imper. שַׂבְּעֵנוּ, *satura nos*, Psal. XC. 14. Fut. נַפְשָׁם לֹא יְשַׂבֵּעוּ, *animam suam non saturabunt*, Ezech. VII. 19. Hiph. præter. הִשְׂבִּיעַ נֶפֶשׁ שׁוֹקֵקָה, *satiat animam appetentem*, Psal. CVII. 9. Particip. וּמַשְׂבִּיעַ לְכָל־חַי, *et saturas omne vivens*, Psal. CXLV. 16.

שָׂבֵעַ, m. *satur*, Genes. XXV. 8. Constr. וּשְׂבַע יָמִים, *et satur dierum*, Genes. XXXV. 29. Plur. שְׂבֵעִים, *saturi*, 1 Sam. II. 5. Fœmin. נֶפֶשׁ שְׂבֵעָה תָּבוּס נֹפֶת, *anima satura calcat favum*, Prov. XXVII. 7.

שָׂבָע, m. *saturitas*, Gen. XLI. 29.

שֹׂבַע, m. idem, Exod. XVI. 3. Aff. שָׂבְעֲךָ, *ad saturitatem tuam*, Deut. XXIII. 25.

שָׂבְעָה, f. idem, Ies. LVI. 11. Aff. מִבִּלְתִּי שָׂבְעָתֵךְ, *eo quod non esset satietas tibi*, Ezech. XVI. 28.

שִׂבְעָה, f. idem. Constr. שִׂבְעַת־לֶחֶם, *saturitas panis*, Ezech. XVI. 49.

שִׁבֵּץ Pih. *tessellatum*, *ocellatum*, *intertextum opus fecit:* præterit. וְשִׁבַּצְתָּ, *et tessellatum facies*, Exod. XXVIII. 39. Pyh. partic. מְשֻׁבָּצִים זָהָב, *intexti*, *impacti auro* (*erunt*), id est, *fundis aureis insiti*, ver. 20.

שָׁבָץ, masc. *ocellata chlamys:* כִּי אֲחָזַנִי הַשָּׁבָץ, *quia detinuit me hæc ocellata chlamys*, 2 Sam. I. 9.

מִשְׁבְּצָה, f. *ocellatio: pala*, *funda annuli.* Plurale, מִשְׁבְּצוֹת זָהָב, *fundis aureis*, Exod. XXVIII. 11. מִמִּשְׁבְּצוֹת זָהָב לְבוּשָׁהּ, *ex ocellationibus auri vestis ejus*, Psal. XLV. 14.

תַּשְׁבֵּץ, masc. *tessella*, *ocellatio:* כְּתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ, *tunica ocellationis*, Exod. XXVIII. 4. id est, *tessellata*, vel *ocellata.*

שְׁבַק Chald. *sivit*, *reliquit*, *dimisit*, *remisit:* infin. לְמִשְׁבַּק, *ad relinquendum*, Dan. IV. 23. Imper. שְׁבֻקוּ, *sinite*, Esr. VI. 7. Ithpeh. futur. לָא תִשְׁתְּבִק, *non relinquetur*, Dan. II. 44.

שָׁבַר *fregit*, *confregit*, *diffregit*,

effregit, *perfregit*. Item, *vendidit*: *emit*, *comparavit annonam*, a nomine שֶׁבֶר, *annona*, quasi *annonare* dicas. Præter. שָׁבַר יְהוָה, *fregit Dominus*, Ies. XIV. 5. Infin. לִשְׁבּוֹר אֶל־יוֹסֵף, *ut emerent a Josepho*, Gen. XLI. 57. et אֶל est pro מִן; aut est transpositio verborum, pro *venerunt ad Josephum ut emerent*. Imper. שִׁבְרוּ־לָנוּ, *emite*, *comparate nobis*, Gen. XLIII. 2. Fut. וַיִּשְׁבֹּר לְמִצְרַיִם, *et vendidit Ægyptiis*, Gen. XLI. 56. אֹכֶל תִּשְׁבְּרוּ, *cibarium emetis (ab eis)*, Deut. II. 6. וְאֹתוֹ תִשְׁבֹּרוּ, *illud (vas) confringetis*, Lev. XI. 33. Niph. præt. כִּי נִשְׁבַּר שֵׁבֶט, *quod confracta fuerit virga*, Ies. XIV. 29. נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם, *fractus sum ab animo ipsorum*, Ezech. VI. 9. et אֶת est loco בֵּין, scribit Kimchi. Pih. præterit. שִׁבַּר דַּלְתוֹת, *effregit valvas*, Psalm. CVII. 16. Particip. מְשַׁבֵּר סְלָעִים, *confringens petras*, 1 Reg. XIX. 11. Hiph. הִשְׁבִּיר, *vendidit*. Partic. וּבְרָכָה לְרֹאשׁ מַשְׁבִּיר, *et benedictio (erit) super caput vendentis*, Prov. XI. 26. Et sic Gen. XLII. 6. Fut. הַאֲנִי אַשְׁבִּיר, *an ego effringerem matricem?* Ies. LXVI. 9. *ad partum aperirem?* significatio a nomine petita est, quod *os matricis* significat: אֹכֶל בַּכֶּסֶף תַּשְׁבִּרֵנִי, *cibum pro argento vendes mihi*, Deuter. II. 28. et ponitur pro תַּשְׁבִּיר לִי. Hoph. præter. הָשְׁבַּרְתִּי, *confractus sum*, Jer. VIII. 21.

שֶׁבֶר, שֵׁבֶר, m. *fractura*, *fractio*, *confractio*, *contritio*. Item, *annona*, Gen. XLII. 1, 19. quasi *famis fractura* dicta, ut et *aqua*, sive *potus*, dicitur *frangere sitim*, Psal. CIV. 11. Metaphorice, *explicatio*, *enucleatio*; quasi rei aut quæstionis difficilis *fractio* et *solutio*. Aff. וְאֵת כֶּסֶף שִׁבְרוֹ, *et pecuniam annonæ ejus*, Gen. XLIV. 2. וְאֶת־שִׁבְרוֹ, *et interpretationem ejus*, Jud. VII. 15. Plural. שְׁבָרִים, nomen proprium loci, Jos. VII. 5. מִשְּׁבָרִים, *propter confractiones*, Job XLI: 17. id est, *pericula* et *calamitates*. Aff. רְפָה שְׁבָרֶיהָ, *cura fracturas ejus*, Psalm. LX. 4. Ceterum grammatici quidam Rabbinorum *Chirek breve* vocant, שֶׁבֶר, ut Aben Esra, Num. XXXV. 19.

שִׁבָּרוֹן, m. *fractio*, *contritio*, Jer. XVII. 18. Constr. בְּשִׁבְרוֹן מָתְנַיִם, *cum fractione lumborum*, Ezech. XXI. 11.

מַשְׁבֵּר, masc. *matrix*, *os matricis*, 2 Reg. XIX. 3. juxta Kimchium; Chaldæus et R. Salomon, *sellam parturientis*, explicant. Dicitur sic a *frangentibus doloribus*, qui tum mulieri parienti, tum ipsi fœtui in articulo partus obveniunt.

מִשְׁבָּר, m. idem; constr. בְּמִשְׁבַּר בָּנִים, *in matrice filiorum*, Hos. XIII. 13. id est, *in ore matricis*. Plurale, מִשְׁבָּרִים, *fluctus*, sic dicti, quod *se mutuo*, vel etiam *naves confringant*. Constr. מִשְׁבְּרֵי־מָוֶת, *fluctus mortis*, 2 Sam. XXII. 5. Aff. כָּל־מִשְׁבָּרֶיךָ, *omnes fluctus tui*, Jon. II. 4.

שׂבר Pih. *speravit*, *spectavit*, *exspectavit*, *exspectationem habuit*: construitur cum præpos. אֶל vel לְ. Præterit. שִׂבַּרְתִּי לִישׁוּעָתְךָ, *exspecto salutem tuam*, Psal. CXIX. 166. Futur. אֵלֶיךָ יְשַׂבֵּרוּ, *ad te spectant*, Psalm. CXLV. 15.

שֵׂבֶר, m. *exspectatio*: שִׂבְרוֹ, *cujus exspectatio*, Psal. CXLVI. 5. מִשִּׂבְרִי, *ab exspectatione mea*, Psal. CXIX. 116.

שׁבשׁ Chald. *perplexum*, *attonitum reddi*, *obstupescere*, *conturbari*.

Ithpah. part. plural. מִשְׁתַּבְּשִׁין, *attoniti*, Dan. V. 9.

שִׁבּוּשׁ, rabbinice, *perplexitas*, *difficultas*, *error*.

שָׁבַת *quievit*, *cessavit*: præterit. כִּי בוֹ שָׁבַת, *nam in illo quievit*, Gen. II. 3. שָׁבְתָה מַדְהֵבָה, *cessavit aurea*, Ies. XIV. 4. Futur. וַיִּשְׁבֹּת, *et quievit*, Gen. II. 2. Niph. וְנִשְׁבַּת מִבְצָר, *et cessabit munitio*, Ies. XVII. 3. וְנִשְׁבְּתוּ גִּלּוּלֵיכֶם, *et cessabunt stercorea idola vestra*, Ezech. VI. 6. Hiph. הִשְׁבִּית, *cessare fecit* vel *sivit*; *abolevit*, *sustulit*, *amovit*, *removit*, *summovit*: præt. וְהִשְׁבִּית אֶת־הַכְּמָרִים, *et abolevit atratos sacrificulos*, 2 Reg. XXIII. 5. וְהִשְׁבַּתִּי גְּאוֹן זֵדִים, *faciamque ut cesset fastus superborum*, Ies. XIII. 11. Futurum, וְאַשְׁבִּיתָה מֵאֱנוֹשׁ זִכְרָם, *et faciam ut cesset e mortalibus memoria ipsorum*, Deuter. XXXII. 26.

שַׁבָּת, c. *cessatio*, *requies*, *sabbathum*, dies septimus hebdomadæ *cessationi ab operibus* destinatus; et synecdochice, *septimana*, a septimo die appellata. Quater legitur שַׁבַּת, ut tradit Masora ad Levit. XXV. 6. שֹׁמֵר שַׁבָּת, *custodiens sabbathum*, Ies. LVI. 2. Construct. וְהָיְתָה שַׁבַּת הָאָרֶץ, *eritque requies terræ*, Levit. XXV. 6. Aff. שַׁבַּת בְּשַׁבַּתּוֹ, *sabbathi in sabbatho suo*, Num. XXVIII. 10. ubi prius in Pathach desinit, cui simile שַׁבַּת שַׁבָּת, *sabbatho sabbatho*, id est, *unoquoque sabbatho*, 1 Par. IX. 32. וְשַׁבַּתָּהּ, *et sabbathum ejus*, Hos. II. 13. Plur. שַׁבָּתוֹת, *sabbatha*, *septimanæ*: constr. שַׁבְּתֹת שָׁנִים, *septimanas annorum*, Lev. XXV. 8. Affix. אֶת־שַׁבְּתֹתֶיהָ, *sabbatha sua*, Lev. XXVI. 34.

שֶׁבֶת, m. *cessatio*. שֶׁבֶת מֵרִיב, *cessatio a lite*, Prov. XX. 3. שָׁבֶת, *cessatio*, Ies. XXX. 7. Possint hæc etiam esse infinitivus a יָשַׁב, *sedere*, *manere*. Aff. שִׁבְתּוֹ, *cessationem ejus*, Exod. XXI. 19.

שַׁבָּתוֹן, m. *quies*, *requies*, *cessatio*: שַׁבָּתוֹן שַׁבַּת־קֹדֶשׁ, *quies*, *sabbathum sanctum erit*, Exod. XVI. 23. שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן, *sabbathum quietis*, Exod. XXXV. 2.

מִשְׁבַּתִּים, m. pl. *cessationes*: affix. עַל־מִשְׁבַּתֶּהָ, *propter cessationes ejus*, Thren. I. 7.

שְׂגָא, שְׂגָה, Chald. *crescere*, *multiplicari*, *augeri*: futur. לְמָה יִשְׂגֵּא, *ad quid cresceret?* Esr. IV. 22. שְׁלָמְכוֹן יִסְגֵּא, *pax vestra multiplicetur*, Dan. III. 31. Quædam exemplaria illic שׂ habent loco ס. Hinc hebraice futur. יִשְׂגֶּה, *crescit*, *augetur*, Job VIII. 7, 11. Pih. geminatis literis, futur. תְּשַׂגְשֵׂגִי, *facies ut crescat*, vel *adolescat*, Ies. XVII. 11. Hiph. præter. הִשְׂגּוּ, *auxerunt*, Psal. LXXIII. 12. Particip. מַשְׂגִּיא, *augens*, Job XII. 23. Futur. תַּשְׂגִּיא, *amplificabis*, Job XXXVI. 24.

שַׂגִּיא, m. *amplus*, Job XXXVI. 26. Chald. וִיקָר שַׂגִּיא, *et gloriam multam*, Dan. II. 6. Plur. מַתְּנָן רַבְרְבָן שַׂגִּיאָן, *munera magna et ampla*. Dan. II. 48. Et adverbialiter, שַׂגִּיא בְּאֵשׁ, *vehementer malum visum fuit*, vel *displicuit*, Dan. VI. 15. שַׂגִּיא מִתְבָּהַל, *valde conturbatus fuit*, Dan. V. 9.

שָׂגַב *exaltari*, *extolli*, *altum*, *editum esse*: *roborari*, *robustum esse*. Præt. שָׂגְבוּ יֶשַׁע, *extollantur salute*, Job V. 11. אֲשֶׁר שָׂגְבָה מִמֶּנּוּ, *quæ robustior nobis fuerit*, Deut. II. 36.

Niph. præter. וְנִשְׂגָּב, *editusque erit*, Ies. II. 11. Part. נִשְׂגָּב שְׁמוֹ, *exaltatum est nomen ejus*, Ies. XII. 4. Pih. futur. אֲשַׂגְּבֵהוּ, *extollam*, vel *roborabo eum*, Psalm. XCI. 14. Pyh. futur. יְשֻׂגָּב, *in edito collocatur*, Proverb. XXIX. 25. Hiph. fut. יַשְׂגִּיב בְּכֹחוֹ, *roborat*, *extollit virtute sua*, Job XXXVI. 22.

מִשְׂגָּב, masc. *locus editus*, *munitio*, *arx edita*. מִשְׂגָּב לָנוּ, *locus editus est nobis*, Psalm. XLVI. 8. Construct. מִשְׂגַּב חוֹמֹתֶיךָ, *locum editum murorum tuorum*, Ies. XXV. 12. Affix. מִשְׂגַּבִּי, *munitio edita mea*, Psalm. LIX. 10.

שָׁגַג *erravit*; præt. עַל שִׁגְגָתוֹ אֲשֶׁר־שָׁגַג, *super errore quo erravit*, Lev. V. 18. Part. אֲנִי שֹׁגֵג, *ego errabam*, Psal. CXIX. 67. Fœm. הַשֹּׁגֶגֶת, *quæ erravit*, Num. XV. 28.

שְׁגָגָה, f. *error*; *peccatum ex ighorantia*, Num. XV. 28.

מְשׁוּגָה, fœm. idem: affix. אִתִּי תָּלִין מְשׁוּגָתִי, *mecum morabitur error meus*, Job XIX. 4. quod formam a שׁוּג habet.

שָׁגָה *erravit*, *aberravit*, *oberravit*: præter. וּמַה־שָּׁגִיתִי, *et in quo erraverim*, Job VI. 24. Partic. וְכָל־שֹׁגֶה בּוֹ, *et quisquis oberrat in eo*, Prov. XX. 1. Hiph. particip. מַשְׁגֶּה עִוֵּר, *errare faciens cæcum*, Deut er. XXVII. 18.

מִשְׁגֶּה, *error*, Genes. XLIII. 12.

שְׁגִיאוֹת, f. pl. *errores*: שְׁגִיאוֹת מִי־יָבִין, *errores quis intelligit?* Psal. XIX. 13.

שִׁגָּיוֹן, m. *cantio erratica*, Psalm. VII. 1. id est, *varia*, quae omnibus rationibus artis musicæ decantabatur simul. Vocabulum musicum est, cujus ratio hebræis ignota: plurale fœmin. שִׁגְיֹנוֹת, *odæ erraticæ*, vel *mixtæ*, Hab. III. 1.

• שָׂגָה, שָׂגְשַׂג, vide supra in שָׂגָא.

שגח Hiph. הִשְׁגִּיחַ, *prospexit*, *respexit*, *consideravit*: præt. הִשְׁגִּיחַ, *prospicit* (*in omnes habitatores terræ*), Psal. XXXIII. 14. Particip. מַשְׁגִּיחַ מִן־הַחַלֹּנוֹת, *prospiciens e fenestris*, Cant. II. 9. Fut. אֵלֶיךָ יַשְׁגִּיחוּ, *ad te respicient*, Ies. XIV. 16.

הַשְׁגָּחָה, f. *providentia Dei*, apud Rabbinos.

שָׁגַל *vitiare*, *violare mulierem*. Verbum est, hebræis actum venereum propriissime denominans, ac proinde pronunciatu obscœnum in communi sermone ipsis habitum. Unde Masorethæ verbum שָׁכַב, *cubuit*, *concubuit*, pro eo legendum substituerunt, quomodo germani dicunt, *beyschlaffen*, *beyliegen*. Similem correctionem vide infra in שִׁין. Vide Rambam in More p. 3. c. 8. circa finem. Futur. יִשְׁגָּלֶנָּה, *vitiabit eam*, Deut. XXVIII. 30. legendum יִשְׁכָּבֶנָּה, *cubabit cum ea*. Niph. fut. וְנְשֵׁיהֶם תִּשָּׁגַלְנָה, *et fœminæ eorum vitiabuntur*, legendum תִּשָּׁכַבְנָה, *concubitu violabuntur*, Ies. XIII. 16. Item, Zach. XIV. 2. Pyh. præterit. אֵיפֹה לֹא שֻׁגַּלְתְּ, *ubi non fueris vitiata*, legendum, שֻׁכַּבְתְּ, Ier. III. 2.

שֵׁגָל, f. *conjux*, *uxor*, appellatione honesta, ut sponsæ vocabulum germanis, cujus verbum obscœnum. Dicitur autem tantum de *Augusta*, sive de *regina*, aut *regia conjuge*. נִצְּבָה שֵׁגַל, *assistit conjux* (*ad dexteram tuam*), Psal. XLV. 10. Vide etiam Neh. II. 6. et utrobique in Bibliis venetis magnis scribitur cum Pathach. Chald. plur. cum

affixo, שֵׁגְלָתָהּ וּלְחֵנָתָהּ, *uxores ejus et concubinæ ejus*, Dan. V. 2. שֵׁגְלָתָךְ, *uxores tuæ*, ver. 23.

שגע Pyh. part. וְהָיִיתָ מְשֻׁגָּע, *et eris amens, demens*, Deut. XXVIII. 34. Plur. חֲסַר מְשֻׁגָּעִים אָנִי, *an careo amentibus ego?* 1 Sam. XXI. 16. Hithp. part. מִשְׁתַּגֵּעַ, *insanum, amentem agens*, 1 Sam. XXI. 15. Infinitiv. לְהִשְׁתַּגֵּעַ עָלָי, *ut amentem agat coram me*, ver. 16.

שִׁגָּעוֹן, m. *amentia*, Deuter. XXVIII. 28.

שגר שֶׁגֶר, m. *fœtus: proprie, emissum*, vel *emissio*; nam verbum שְׁגַר in Targum et apud Rabbinos est *mittere, emittere*. Constr. שְׁגַר אֲלָפֶיךָ, *fœtui boum tuarum*, Deut. VII. 13.

שֶׁגֶר, masc. idem: כָּל־פֶּטֶר שֶׁגֶר בְּהֵמָה, *omnem apertionem fœtus jumenti*, Exod. XIII. 12. id est, *omnem primogenitum fœtum*.

שד m. *mamma*: חָלְצוּ שַׁד, *extrahunt mammam*, Thren. IV. 3. id est, *extractam præbent*; metaphora a lactantibus. Dual. וְיוֹנְקֵי שָׁדָיִם, *et sugentes ubera*, Joel II. 16. Constr. שְׁדֵי אִמִּי, *ubera matris meæ*, Cant. VIII. 1. Affix. בֵּין שָׁדַי, *inter ubera mea*, Cant. I. 13.

שֹׁד, m. idem, Ies. LX. 16. מִשֹּׁד, *ab ubere*, Job XXIV. 9. Aliam significationem vide in sequenti radice.

שַׁד; vide in seq. radice.

שדד *vastavit, devastavit*. Præt. וְשָׁדְדוּ אֶת־גְּאוֹן, *et vastabunt fastum (Ægypti)*, Ezech. XXXII. 12. שַׁדּוּנִי, *(ab impiis qui) vastarunt me*, Psal. XVII. 9. Futur. in Schurek pro Cholem, יְשׁוּד, *vastabit*, Psalm. XCI. 6. Vide simile in רנן. Cum affixo, וְשַׁדֵּם, *vastabit eos*, quod legitur, יְשָׁדֵּם, Prov. XI. 3. Niph. præter. שָׁדוֹד נְשַׁדְּנוּ, *vastando vastati sumus*, Mich. II. 4. Kibbutz est loco Cholem. Pih. partic. מְשַׁדֶּד־אָב, *devastans patrem*, Prov. XIX. 26. Futur. יְשֹׁדֵד מַצֵּבוֹתָם, *vastabit statuas eorum*, Hos. X. 2. יְשָׁדְדֵם, *vastabit eos*, Jer. V. 6. ubi Cholem propter affixum correptum est. Pyh. præter. שֻׁדַּד, *vastatus est*, Ies. XV. 1. et integre, שֻׁדְּדָה, *vastata est (Nineve)*, Nah. III. 7. Hoph. futur. וְכָל־מִבְצָרַיִךְ יוּשַּׁד, *et quæque munitionum tuarum vastabitur*, Hos. X. 14.

שֹׁד, m. *vastator*, Ies. XVI. 4. Et substantive, *vastitas, vastatio*, Ies. XXII. 4. Hos. VII. 13. Aliam significationem vide in præcedenti radice.

שֵׁד, m. *dæmon*, quasi *vastator* dictus: plur. יִזְבְּחוּ לַשֵּׁדִים, *sacrificaverunt dæmonibus*, Deut. XXXII. 17.

שִׁדָּה, f. *symphonia*, sic dicta, quod voces pares et impares, soni contrarii et similes se ita invicem grata mixtura et temperamento *frangant* et *vastent*, ut inde concinnum melos, concordiaque discors oriatur: שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת, *symphonia et symphonias*, id est, *omnis generis symphonias*, Eccl. II. 8. Hanc Kimchius in libro Radicum omnibus aliis interpretationibus præfert.

שַׁדַּי, masc. *præpotens, omnipotens*, Gen. XVII. 1. Est unum ex nominibus Dei a *potentia* ejus desumptum; qua enim potentia omnia creavit, eadem omnia *vastare*, et in nihilum redigere potest. Vide Pirke Rab. Elieser cap. 3. Hinc et Judæi in versione hebræo-germanica, *Allmechtig*, reddunt. LXX. in hunc sensum sæpe reddiderunt παντοκράτωρ; et Job VIII. 3. ὁ τὰ πάντα ποιήσας. Aben Esra, תַּקִּיף, *fortem, potentem*, explicat. R. Salo-

non vult illud idem esse quod דַּי, *sufficiens*, *ad omnia* scil. *præstanda*; et qui talis est, is recte etiam dicitur *omnipotens*. Vide דַּי.

שִׂדֵּד Pih. *occavit*. Fut. אִם־יְשַׂדֵּד עֲמָקִים, *an occaret valles?* Job XXXIX. 10. וִישַׂדֵּד אַדְמָתוֹ, *et occabit terram suam*, Ies. XXVIII. 24.

שִׂדִּים, *Siddim*, nomen proprium vallis, Gen. XIV. 3.

שָׂדֶה m. *ager*, tam *cultus* et *sativus*, quam *pascuosus*, ut scribit Kimchi ad Jos. VIII. 24. Uterque habitationi hominum inservit; unde et pro *terra aliqua* vel *regione* sumitur, quam homines incolunt. אֶל־שָׂדֶה טוֹב, *in agro bono*; Ezech. XVII. 8. Constr. בִּשְׂדֵה מוֹאָב, *in agro Moab*, Genes. XXXVI. 35. Aff. בִּקְצֵה שָׂדֵהוּ, *in extremitate agri sui*, Gen. XXIII. 9. שָׂדְךָ, *agrum tuum* (*noli seres*), Levit. XIX. 19. Est et שָׂדַי pro שָׂדֶה, juxta Kimchium, Psalm. XCVI. 12. Ies. LVI. 9. Similem formam vide in הָרֵר in הַר. Plurale, שָׂדוֹת; unde constr. עַל־שְׂדֵי־חֶמֶד, *super agros desiderii*, Ies. XXXII. 12. Aff. לֵךְ עַל־שָׂדֶיךָ, *ito in agros tuos*, 1 Reg. II. 26. Fœmin. וּמִן־הַשָּׂדֹת, *et de agris*, Exod. VIII. 9. Constr. וּמִשְּׂדוֹת, *et de agris* (*Ghebah*), Neh. XII. 29. Aff. בִּשְׂדֹתָם, *in agris eorum*, Neh. XI. 25.

שְׁדֵמָה שׁדם, f. *ager*, *arvum uredine tactum*, Ies. XXXVII. 27. idem quod שְׁדֵפָה, 2 Reg. XIX. 26. per commutationem מ et פ, quæ sunt literæ homogeneæ, ut hebræi scribunt. Pluraliter in genere sumitur pro *agris* vel *arvis*, sive *frumentum* sive *vinum* proferant; unde et *vites* significat. Ob generalem hunc usum masculine usurpatur: וּשְׁדֵמוֹת לֹא־עָשָׂה אֹכֶל, *et agri non fecit cibum*, Habac. III. 17. id est, *nullus agrorum*. Construct. שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן, *vites Chesbon*, Ies. XVI. 8. R. Salomon, *arva*, *agri*, et sic quoque, Deuter. XXXII. 32. accipit.

שְׁדֻפוֹת שׁדף, f. *adustæ*, *uredine tactæ*, Gen. XLI. 27. item ver. 6. Est participium Pahul.

שְׁדֵפָה, f. *adustio*, *uredo segetum*, 2 Reg. XIX. 26.

שִׁדָּפוֹן, m. idem, 1 Reg. VIII. 37.

שְׁדַר Chald. *mittere*. Ithpah. הִשְׁתַּדַּר, *conari*, *satagere*, *contendere*, *operam dare*; et ponitur pro הִשְׁתַּדֵּל, quod proprie illud significat, ל et ר inter se permutatis, scribit Elias in suo Methurgheman. Part. הֲוָה מִשְׁתַּדַּר, *erat satagens*, Dan. VI. 15.

אֶשְׁתַּדּוּר, m. *conspiratio*, *rebellio*: אֶשְׁתַּדּוּר עָבְדִין, *conspirationem faciunt*, Esr. IV. 15. Rectum est, scribit Kimchi in libro Radicum, esse hoc ex significatione *mittendi*: nam rebellare conantes, frequenter et inter se et ad eum, ad quem deficere volunt, vel a quo auxilium sperant, *nuncios missitant*.

שְׂדֵרוֹת שׂדר, vide in סֶדֶר.

שֶׂה c. sed m. sæpius, *pecus*, proprie *parva*; et sæpe est singulare, *agnus*, *hædus*. Radix est שׂיה, et שֶׂה pro שֵׂיֶה, formæ פֶּה .os. בָּאָה. Simile ipsi כָּל־שֶׂה נָקֹד, *omnem pecudem punctis respersam*, Genes. XXX. 32. שֶׂה תָמִים, *agnus integer*, Exod. XII. 5. Fœm. שֶׂה פְזוּרָה, *pecus dispersa*, Jer. L. 17. Constr. שֵׂה כְשָׂבִים, *pecudes ovium*, וְשֵׂה עִזִּים, *et pecudes caprarum*, Deut. XIV. 4. Affix.

אֶת־שֵׂיו, *pecudem ejus*, Deut. XXII. 1. שֵׂיֵהוּ, *pecus suum*, 1 Sam. XIV. 34. Hinc patet esse שֶׂה pro שֵׂיָה, formæ גֵּאָה.

שׂהד שָׂהֵד, m. *testis*, *testificator*. Affix. וְשָׂהֲדִי בַּמְּרוֹמִים, *et testificator meus in excelsis est*, Job XVI. 19. hoc diversimode in exemplaribus punctatum est: nam quædam habent שַׂהֲדִי quasi a שַׂהַד; alia, שָׂהֲדִי quasi a שֹׂהַד, formæ קֹדֶשׁ. Præstat שָׂהֵד, formæ אָבֵל. Origine chaldæum est: nam סְהַד, *testari*, in Targum frequens est; et inde nomen sequens.

שָׂהֲדוּתָא, f. Chald. *testimonium*: יְגַר שָׂהֲדוּתָא, *acervus testimonii*, Genes. XXXI. 47. nomen proprium cumuli lapidum, quem Laban syre vel chaldaice sic appellavit.

שֹׂהַם m. *sardonyx*, lapis pretiosus, Exod. XXV. 7. Quibusdam, *onyx*, est.

• שַׂהֲרֹנִים . שׂהר, vide in סַהַר.

שָׁוְא m. *vanitas*, *vanum*, *falsitas*, *falsum*, *mendacium*: et adverbialiter, *frustra*, *in vanum*: אַל־יַאֲמֵן בַּשָּׁו כִּי־שָׁוְא, . *ne credat vanitati*, *nam vanitas* (*erit compensatio ejus*), Job XV. 31. prius scribitur defective absque א. עֵד שָׁוְא, *testimonium falsitatis*, Deuter. V. 20. לַשָּׁוְא, *in vanum*, Exod. XX. 7. Vide et Jerem. II. 30. Kimchi monet esse formæ מָוֶת. et dicendum שָׁוֶא; sed ultimam vocalem correptam esse in Scheva, ut in חַטְא, *peccatum*, pro חַטָא.

שׁוּב *reverti*, *redire*; *convertere se*, *converti*; *avertere se* vel *averti*; *recedere*, *retro agi*, pro diversa structura. Construitur absolute et cum præposit. מֵאַחֲרֵי vel אַחֲרֵי, ל, אֶל, מִן, quibus motus, vel ad aliquem, vel ab aliquo, significatur. Sæpe etiam transitivum est, *restituit*, *reduxit*, *redire fecit*. Sunt et qui interdum pro *quietum esse*, *requiescere* exponant, ut Psalm. XXIII. 6. Num. X. 36. Ante aliud verbum continuo positum significat *verbi ipsius actionem iteratam*, et latine verti potest per *rursus*, aut *denuo*. Id fit vel simpliciter, vel cum Vau. Vide Dan. IX. 25. Zach. V. 1. et VI. 1. Ps. LXXXV. 7. Præt. שָׁב אֶת־שְׁבוּת, *restitui captivitatem*, Job XLII. 10. Et sic Soph. II. 7. שַׁבְתָּ שְׁבִית, *reduxeras captivam turbam*, Psal. LXXXV. 2. וְשַׁבְתִּי בְשָׁלוֹם, *reversusque fuero in pace*, Gen. XXVIII. 21. שַׁבְתֶּם, *aversi estis*, Numer. XIV. 43. Fœmin. וְשָׁבַת לַנָּשִׂיא, *et revertetur ad principem*, Ezech. XLVI. 17. in ת ad formam chaldaicam. Simile vide in אָזַל. Infinit. בְּשׁוּב יְהוָֹה, *in reducere*, hoc est, *quum reduceret Dominus*, Psal. CXXVI. 1. בְּשׁוּב מִצִּדְקָתוֹ, *quum avertit se* (*justus*) *a justitia sua*, Ezech. XVIII. 26 Fut. אִם־יָשׁוּב וְלֹא יָשׁוּב, *si convertatur*, *nonne revertetur*? Jer. VIII. 4. id est, *si populus convertatur a malitia sua*, *annon convertetur etiam Deus ab ardore iræ suæ*? Kimchi et R. Sal. Pih. שׁוֹבֵב, *reverti fecit*, *convertit*, *restituit*, *reduxit*: *avertit*, *pervertit*, *perversum reddidit*: præt. וְשֹׁבַבְתִּי אֶת־יִשְׂרָאֵל, *faciam ut revertatur Israel*, Ies. L. 19. שׁוֹבְבָתֶךְ, *perversum reddidit te*, Ies. XLVII. 10. Partic. מְשׁוֹבֵב נְתִיבוֹת, *restituens semitas*, Ies. LVIII. 12. Futurum, נַפְשִׁי יְשׁוֹבֵב, *animam meam reverti facit*, Psal. XXIII. 3. id est, *recreat*, *revocat*, *quietum efficit*: תְּשׁוֹבֵב לָנוּ רְצוֹנְךָ, *redire facias nobis benevolentiam tuam*, Psalm. LX. 3. Pyh. particip. מְשׁוֹבֶבֶת מֵחֶרֶב, *reducem a gladio*, Ezech. XXXVIII. 8. id est: cujus habitatores *reversi sunt* ex captivitate, in quam deportati erant *gladio inimici*: R. Salomon, et in eumdem sensum Chaldæus. Hiph. הֵשִׁיב, *redire*, *reverti fecit*, *reduxit*, *retulit*, *reportavit*, *reposuit*; *reddidit*, *resti-*

tuit, rependit; retorsit, retudit; convertit, avertit; respondit. Præterit. וּרְכֻשׁוֹ הֵשִׁיב, *et facultates illius reduxit*, Genes. XIV. 16. הֵשִׁיב עָלֶיךָ, *convertit in te*, 2 Sam. XVI. 8. וַהֲשֵׁבֹתָ אֶל־לְבָבֶךָ, *reducas in animum tuum*, Deut. IV. 39. וַהֲשִׁבֹתִי אֶתְכֶם דָּבָר, *et reddam vobis verbum*, Num. XXII. 8. id est, *respondebo.* Constructio cum accusativo personæ: sic Jos. XIV. 7. et sæpe cum affixis. וְהוֹשְׁבוֹתִים, *et tranquille collocabo eos*, Zach. X. 6. composita vox ex הוֹשַׁבְתִּי a יָשַׁב, et hinc הֲשִׁבוֹתִי. Hoph. præt. הוּשַׁב כַּסְפִּי, *redditum est argentum meum*, Genes. XLII. 28. Particip. וְאֶת־הַכֶּסֶף הַמּוּשָׁב, *et pecuniam restitutam*, Gen. XLIII. 12. Fut. וַיּוּשַׁב, *et reductus est (Moses)*, Exod. X. 8. (שׁוּב, *adhuc, amplius, præterea, porro,* apud Rabbinos).

שׁוּבָה, f. *reversio*, *quies*, juxta quosdam, Ies. XXX. 15.

שִׁיבָה, vide in שָׁבָה.

שׁוֹבָב, m. *aversus*, Ies. LVII. 17. Plural. בָּנִים שׁוֹבָבִים, *filii aversi*, Jer. III. 14. Fœm. הַבַּת הַשּׁוֹבֵבָה, *o filia aversa*, Jer. XXXI. 22. cum Tzere sub ב, quasi a masc. שׁוֹבֵב.

קדם הִקְדִּים, *prævenit*, *præmisit*, *præposuit*, *antevertit.* כְּמוֹ שֶׁהִקְדַּמְנוּ, *sicut præmisimus*, *antea scripsimus.* הַקְדָּמָה, *præfatio*, *procemium*, *præmissa*: *propositio.* הַקְדָּמָה גְדוֹלָה, *propositio major*; קְטַנָּה, *minor.* קוֹדֶם · קוֹדֶם לָכֵן · קוֹדֶם זֶה · קוֹדֶם, *ante*, *antequam*, *priusquam.* קְדוּמָה, קַדְמוּת · קֹדֶם, *principium*, *prioritas*, *prius*, *æternitas*, קַדְמוֹן · קַדְמוֹנִי · קַדְמָאָה, *prior*, *pristinus*, *antiquus*: *oriens.* מוּקְדָּם, *præventus*, *anticipatus*, vel *anticipans.* מוּקְדָּם וּמְאוּחָר, *anticipatum et posterioratum*, *hysteron proteron.* עַל יְדֵי מוּקְדָּם, *per manus prioris*, *primum occurrentis*, *per primum.*

קדר, *atrari.* נִקְדַּר נִתְקַדֵּר, *atrorem*, *eclipsin*, *defectum luminis pati*, *obscurari*, *deficere.* קִדּוּר, קְדרוּת, *eclipsis*: *defectus*, *obscuratio*, *obtenebratio.*

קדש קִדּוּשׁ, *sanctificatio.* קְדוּשָּׁה, *sanctitas.* קִדּוּשִׁים, *sponsalia sacra ob matrimonium.*

קהה, *aggregare*, *congregare*: קְהִיָּה, *aggregatio*, *congregatio*, Gen. XLIX. 10. in R. Salomone.

קוז הַקִּיז, *venam secare.* הַקָּזָה, *venæ sectio.* סַכִּין הַהַקָּזָה, *phlebotomium*, *scalpellum.*

קול, *vox.* קוֹלִי, *vocalis*: דְּבָרִים קוֹלִיִּים, *res vocales quæ in voce consistunt.* קוֹלָנִית, *strepera mulier.*

קום, *surgere*, *stare*, *subsistere*, *desistere.* קוֹמָה, *statura*, *altitudo.* קִיּוּם · קִיָּמָה, *statio*, *subsistentia*, *consistentia*, קַיָּם, *stabilis.* הִתְקַיֵּם, *perstare*, *subsistere*, *stabiliri*, *confirmari*, קִיְמָא לָן, *probatio nobis est.* מָקוֹם, *locus*: *Deus*, quia *illocalis* et tamen *ubique locorum* præsens: item, quod *omnis locus est plenus gloria ejus*, scribit Aben Esra in principio Esther. לנגד המקום ירבה דברים, *contra deum multiplicat verba*, Job XXXIV. 37. in Aben Esra. מְקוֹמִי, *localis.*

קוץ , *lædere* , *nauseare*. מוקְצָה , *nausea* , *tædium*.

הֵקִיר קור , *manare* , *scaturire*. מָקוֹר , *scaturigo* : *infinitivus modus* , quasi *fons* et *scaturigo* variarum significationum per tempora et personas. Item , *metallum* , vel *minerale*.

קוֹטֶב ,קֶטֶב , *polus*.

קָטֵיגוֹר , *accusator* , κατήγορος.

קָטֵיגוֹרְיָא , κατηγορία , *accusatio*. R. Sal. Hos. XIV. 2. Vide eumdem Gen. XVIII. 33.

הִתְקוֹטֵט ,קָטַט , *rixari*, *contendere*, *rixis irritare*. קְטָטָה , *contentio* , *rixa*, Prov. X. 13. in Kafvenaki.

קִטְמָא , קֶטֶם , *cinis*. קִטְמָן , *cinereus*.

קָטָן , *minor* , *minorennis* : קְטַנָּה , *minorennis puella* קְטַנּוּת , *parvitas* , *minorennitas*. קִטְנִית , *legumen*. קִטְנִיּוֹת , *legumina*. קְטַנֵּי אֲמָנָה , *parvi fide* , *vacillantes* , *errantes in vera fide* , Psal. CVI. 7. in R. Salomone.

קָטַע , *incidere* , *succidere* : שָׁנָה מְקוּטָּעָה , *annus intercisus*.

קָטַר , *ligare* , *constringere* , R. David ad Amos V. 8. קוֹטֵר , *diameter* : מַחֲצִית קוֹטֵר , *semidiameter*. קִטּוּר , *exhalatio* , *fumus* , *vapor calidus et siccus*.

קִטְרֵג , *accusare*, *deferre*; κατηγορεῖν.

קַיִץ , *æstas* : קֵיצִי , *æstivus*.

קָלַח , *effundi* , *emanare*. קִלּוּחַ , *emanatio* , *eruptio* , *effluxus* : מִקְלַחַת , *fistula* , ut *fontis* unde aqua emanat.

קָלַט , *recipere* , *receptum detinere* , *retinere*. קְלִיטָה , *receptio* , Jos. VII. 19. in Kimchio. מִקְלָט , *receptus* , *refugii locus*.

קַל קלל , *leve* : קַל וָחוֹמֶר , vide חמר. Geminata prima litera , קִלְקֵל , *vastare*, *corrumpere*, *destruere*. קִלְקוּל , *vastatio* , *perditio* : item , *despectio* , *vilipensio*. קָלִיל , *leve*, *modicum*, *parum*; בְּנָקֵל , נָקֵל , *levissime* , *facillime*. קַלּוּת רֹאשׁ , *erectio capitis levis*, *levitatem et superbiam denotans*. בְּקַלּוּת , *leviter* , *facile*.

קוּלְמוּס קלם , *calamus scriptorius*: plur. קוּלְמוּסִין , *calami*. קַלְמָר , *calamarium* , *theca calamaria*.

קִלֵּס , *laudare*. קִלּוּס , *laudatio*, *laus*.

קָלַף , *decorticare*. קְלִיפָה , *decorticatio*, *cortex* : קְלִיפַּת בֵּיצָה , *putamen ovi*. קֶלֶף , *membrana* , *pergamenum*.

קָלוּשׁ קלש , *tenue*. מַיִם קְלוּשִׁים , *lutum tenue*.

קָם , *ante*. קָמֵיהּ , *ante eum*. קַמָּא , *primum* , *anterius* , apud Talmudicos; contractum ex קֶדֶם vel קֹדֶם. Item, לְקַמָּן , *mox* , *infra*, *paulo post*, quasi *ante nos*: oppositum ejus, לְעֵיל , *supra*.

קָמַט , *corrugari* : קְמָטִין , *rugæ*.

קָמֵיעַ קמע , *amuletum* , *charta experimentalis de collo suspensa* : קְמֵיעָה idem. קִמְעָא , *parum* , *modicum*.

קָמַץ , *colligere in pugillum*. קַמְצָן , *parcus*, *tenax*. קְמִיצָה , *digitus anularis*, *minimo proximus*. קָמוּץ , *Kametzatum* , *cum Kametz notatum*. נִקְמָץ , idem ex Niphal.

קַנָּא , קַנְאָן , *zelotypus* , *zelotes* : קַנְאתָנִית , *zelotypa mulier*.

קַנְבּוֹס , *cannabis*.

קוֹנְדִּיטוֹן , *conditum vinum*, *confectus potus ex aromatibus* , *melle et aliis*, Eccl. II. 4. in R. Salomone.

קָנָה , *adquirere*, *possidere*. קִנְיָן , *adquisitum* , *possessio* : *habitus adquisitus* : oppositum ejus, הֶעְדֵּר , *privatio*.

קנח, *abstergere*. קִנּוּחַ, *abstersio*. קִנְטֵר, *irritavit*. הִקְנִיט קנט, *vexare*, *irridere*. קִנְטוּרִין, *vexationes*. קַנְטְרָן, *vexator*. קִנְטַר, *pondus centenarium*. קוּנְטְרֵס, *quinternio; folium*, *pagina libri*.

קנן קְנוּנְיָא, *conventio, conspiratio*.

קנס קָנַס, *punire*, *mulctare*. קְנַס, *mulcta*, *pœna*. Plur. קְנָסוֹת, *pœnæ*, *mulctæ pecuniariæ*.

קַנְקַן, *cantharus*; unde illud, אַל תִּסְתַּכֵּל בְּקַנְקַן אֶלָּא בְמַה שֶּׁיֵּשׁ בּוֹ, *ne inspicias cantharum*, *sed id quod in eo est*.

קסר קֵיסָר, *Cæsar*, *imperator*, *rex*: קֵיסָרִין, *Cæsares*: *Cæsarea*, urbis nomen.

קָפָא, *concrescere*, *coagulari*, *condensari*. קִפּוּי, *concretio*: קִפּוּי הַמַּיִם, *concretio aquarum*.

קפד הִקְפִּיד, *curare*, *curiosum*, *solicitum*, *attentum esse*: אֵינָהּ מַקְפֶּדֶת עַל מַעֲשֶׂיהָ, *non est solicita de operibus suis*, Eccl. III. 21. in R. Salomone. הַקְפָּדָה, *cura*, *solicitudo*. קַפְּדָן, *præceps*, *iracundus*. אֵין הַקַּפְּדָן מְלַמֵּד, *nullus iracundus bene docet*.

קָפַז, *subsilire*, *saltare*.

קָפַח, *abscindere*, *rescindere*, *amputare*, *succidere*, *occidere*, *tollere*, Ies. XXVIII. 1. et Hos. I. 1. in R. Salomone.

קַפֶּנְדַּרְיָא, *compendium*. Est latinum, *compendiaria*, scil. *via*: vide R. Sal. et R. David, Ezech. XLVI. 8.

קפס קוּפְסָא, *capsa*, R. Salomon Exod. XVI. 13. Plur. קוּפְסָאוֹת, R. Salomon, 2 Reg. X. 22.

קפף קוּפָּה, *arca*, *cista*: קוּפָּה שֶׁל צְדָקָה, *arca eleemosynaria*: קוּפָּה שֶׁל בְּשָׂמִים, *arca aromatum*.

קָפַץ, *insilire*, *irruere*. Item, *innuere*, *annuere*, Gen. XXIV. 10. in R. Sal.

קָצַב, *succidere*. קַצָּב, *lanio*, *carnes vendens et secans*. קָצוּב, *præcisum*, *determinatum*. קִצְּבָה, *præordinatio*, *prædestinatio*.

קצה קְצָת, מִקְצָת, *pars*: *quidam*, *quædam*, in utroque numero: קְצָתָם, *pars ipsorum*, *quidam* vel *quædam ipsorum*: קְצָתָם אֶת קְצָתָם, *alii alios*: בְּמִקְצָת סְפָרִים, *in nonnullis libris*. קָצֶה, *tropicus*: קָצֶה קֵיצִי, *tropicus æstivus* (sive *cancri*). סִתְוָנִי, *hybernus*, id est, *capricorni*. Item, קָצֶה, *extremum*, *terminus syllogismi*.

קצר קִצְּרָה, קְצִירוּת, *abbreviare*. קִצּוּר, *brevitas*, *abbreviatio*: בְּקִצּוּר, *breviter*. דֶּרֶךְ קְצָרָה, *brevitatis causa*. מִקְרָא קָצָר, *sermo ellipticus*, *ratio loquendi elliptica*, R. Sal. Obad. 12.

קָרָא, *legere*. קְרָא (formæ נִגְנַב), מִקְרָא, *lectura*, scil. *sacra*, per synecdochen, id est, *scriptura sacra*, *scripta biblica*, *biblia*. Interdum et פָּסוּק, significat *versum biblicum*. Plur. מִקְרָאוֹת. קְרָאִי, *biblicus*, *textualis*, *versatus in lectione scripturæ*. קְרִי, *lectum*, de voce variæ lectionis in bibliis usurpant. Item, *casus nocturnus seminis effluentis*, *fluxus seminis*: בַּעַל קֶרִי, *qui fluxum talem passus est*, Lev. XV. Item, קָרָאִים, *Karræi*, *Zaducæi*, quasi *textuales* dicti, quod nullas *traditiones* vel *glossas* admitterent. קְרִיאָה, *lectio*. לְתִפְאֶרֶת הַקְּרִיאָה, *ad ornatum lectionis*, *euphoniæ causa*. קוֹרִין, *legunt*, pro קוֹרְאִין.

קָרָה, *evenire*, *contingere*, *accidere*. מִקְרֶה, *accidens*, *eventus*, *casus*: מִקְרִי, *accidentalis*. חֲלָקָה מִקְרִיָּה, *pars accidentalis*. תִּקְרָה, *contignatio*,

tabulatum : בֵּית מְקוֹרָה , *domus tabulata.* מִקְרֶה קַיָּם , *accidens firmum , inseparabile ;* נִפְרָד , *separabile.* קוֹרוֹת *contingentia.*

קֶרֶט קרט , *granum , bacca , frustulum ; gruma :* קוֹרֶט דָּם , *gruma , gutta sanguinis :* קוֹרֶט לְבוֹנָה , *granum thuris.*

קֶרֶן , *sors principalis* (italice, *il capitale*) : קֶרֶן וְרֶוַח , *sors et lucrum.*

קָרוֹן , *carrum , carruca :* plur. קְרוֹנוֹת.

קָרַר , *frigescere.* קוֹר . קְרִירוּת , *frigus* , Psal. XCI. 6. in Kimchi. הִתְקָרֵר , *frigescere :* per metaphoram, לֹא נִתְקָרְרָה דַעְתּוֹ , *non frigescebat mens ejus*, id est, *non sedabatur.* קוֹרָה, *refrigeratio , frigus :* קוֹרַת רוּחַ , *refrigeratio spiritus , recreatio animi.*

קֶרֶת , *urbs :* קַרְתָּנִי , *urbanus.*

קָשָׁה , *durum , difficile esse.* הִקְשָׁה , *difficile reddere : objicere , opponere difficile et dubium.* מַקְשֶׁן , *opponens , quærens , interrogans quæstionem dubiam.* קוּשְׁיָא קַשְׁיָא , *objectio , quæstio difficilis.* קָשֶׁה , *grave , difficile.*

קֹשִׁי , *difficultas :* בְּקוֹשִׁי , *cum difficultate , difficulter*, Hos. XI. 7. in R. Sal.

קִשֵּׁט , *ornare :* הִתְקַשֵּׁט , *ornari.* קִשּׁוּט , *ornatus , ornamentum.*

קָשַׁר . נִקְשַׁר , *ligare , ligari ; construi , constructum esse* , apud grammaticos , Psal. XXII. 8. in Aben Esra. קֶשֶׁר , *ligatura , vinculum ; præpositio*, nomen et verbum *ligans.* פּוֹעֲלֵי קֶשֶׁר, *verba vinculi*, id est, per præpositionem cum alia voce *constructa et ligata.*

קשש הִקִּישׁ , *assimilare , comparare proportionaliter.* הֶקֵּשׁ . הַקָּשָׁה , *proportio, syllogismus: comparatio analoga.* הֶקֵּשׁ מַטְעָאָה , *syllogismus sophisticus , erroneus , errare faciens.* קִשְׁקֵשׁ , *pulsare campanam , sonum , tinnitum edere.* קַשְׁקוּשִׁים , *campanæ, sonitus campanæ.* קִישׁ , *sonus , tinnitus , strepitus , pulsus*, proprie *campanæ* vel *tintinnabuli:* unde illud, אִסְתֵּרָא בְּלָגִינָא קִישׁ קִישׁ קָרְיָא , *stater in lagena* , kis kis *clamat* , id est , numus commotus in lagena vacua magnum edit strepitum. Proverbium in gloriosos et jactabundos.

קֶשֶׁת , *arcus , iris :* קַשָּׁת , *sagittarius ; arcitenens* , signum cæleste.

ר

רָאָה , *videre.* רָאוּי , *dignum , conveniens :* וְיוֹתֵר מִן הָרָאוּי, *magis quam conrenit.* כְּפִי הַנִּרְאֶה , *sicut videtur, juxta apparentiam.* רְאִיָּה , *visio.* רְאָיָה , *ratio , probatio , demonstratio.* רְאָיוֹת גְּמוּרוֹת , *rationes perfectæ , demonstrationes a priori :* חַכְמֵי הָרְאָיוֹת , *physici naturales rerum causas pervestigantes* , Eccl. VII. 5. in Aben Esra. הַמּוֹצִיא מֵחֲבֵירוֹ עָלָיו הָרְאָיָה , *actori incumbit probatio :* nam actor *elicere , educere* cupit ab altero , quem accusat , aut a quo petit. אֵין מְבִיאִין רְאָיָה מִן הַשּׁוֹטִים , *non adducitur probatio a fatuis* , Gen. XXXVIII. 15. in Aben Esra. רְאוּת , *visio , visus :* כְּלֵי רְאוּת , *organa visus.* רֵיאָה . *pulmo.* מַרְאֵה מָקוֹם . *index loci , index libri , concordantia.*

רָבַב , *multum, multiplex esse.* רוֹב, *multitudo , magna pars.* רוּבָּם , *pleri-*

que ipsorum. רִיבְּוּי, idem: numerus pluralis et signum numeri pluralis, ut Hos. II. 1. in Kimchio. רַבִּים, multi. בְּרַבִּים, numerus pluralis: לְשׁוֹן רַבִּים in numero plurali: item, publice, in communi sive publico, palam. רִבּוֹן, dominus. רִבּוֹנְתָּא, domina. רַב, doctor, magister; רַבֵּנוּ, רַבּוֹ, רַבְּכֶם, præceptor noster, ejus, vester. Plur. רַבּוֹת; sed semper cum affixo, ut רַבּוֹתֵינוּ, rabbini, doctores nostri. רַבָּן, idem: plur. רַבָּנָן, rabbini. רַבָּנוּת; rabbinatus, magisterium: magistra, Hos. I. 1. in R. Salomone.

רָבָה, multiplicari, crescere. רִבָּה, multiplicare, magnificare, educare. תַּרְבּוּת, indoles: יצא לתרבות רעה, progreditur in indolem malam, malis imbuitur moribus, R. Sal. Gen. XXI. 11. et XXV. 30. תַּרְבִּית, רִבִּית, fœnus, usura.

רְבִיעָה רבע, pluvia, Joel II. 23. in Kimchi. מְרוּבָּע, quadratum.

רָבַץ, cubare: הִרְבִּיץ, cubare fecit: הִרְבִּיץ תּוֹרָה בְּרַבִּים, cubare facit legem publice, id est, docet, propagat.

רָגַז, irasci, commoveri. רַגְזָן, iracundus; רַגְזָנִית, iracunda.

הִרְגִּיל רגל, assuefacere, exercere, consuescere. רָגִיל, assuetus, exercitatus, assuefactus. מוּרְגָּל, usitatum. רְגִילוּת, assuefactio, conversatio. הֶרְגֵּל, usus, exercitatio; unde, הֶהָרְגֵל יַעֲשֶׂה אוּמָן, usus facit artificem.

הִרְגִּישׁ רגשׁ, sentire, sensibiliter percipere. הֶרְגֵּשׁ, הַרְגָּשָׁה, sensus. נֶפֶשׁ הַמַּרְגֶּשֶׁת, anima sensitiva, Prov. XXIII. 22. in R. Levi. הַרְגְּשִׁי, sensibile, sensitivum: כֹּחוֹת הַרְגָּשִׁיּוֹת, facultates sensitivæ. מוּרְגָּשׁ, sensatum, quod sub sensum cadit. צוּרָה מוּרְגֶּשֶׁת, forma sensibilis.

רָדַף, persequi, insequi, consequi. רְדִיפָה, consecutio, consequens. שֵׁם הַנִּרְדָּף, nomen synonymum. הַרְדָּפָה, cognominatio, synonymia.

רָהַט, currere: לְפוּם רִיהֲטָא, cursus, festinationis causa.

רָוָה, irrigari: רִוּוּי, irrigatio.

רוּחַ, spiritus. רוּחָנִי, רוּחָנִיִּי, spiritualis: תַּעֲנוּג רוּחָנִיִּי, voluptas spiritualis, Prov. X. 17. in Kafvenaki. רוּחָנִית, spiritualiter. רוּחוֹת, partes, plagæ cæli; מִכָּל־רוּחוֹתָיו, ab omnibus plagis suis.

רֶוַח, spatium, intervallum, distantia. מְרֻוָּח, נִרְוָח, latum, spatiosum: זָוִיָּה נִרְוַחַת, angulus latus, obtusus. הִרְוִיחַ, respirare fecit, recreavit, refocillavit: dilatavit: lucratus est. רֵיוַח, lucrum. הַרְוָחָה, latitudo; cujus oppositum, צוּקָה, angustia.

רוֹמִי רום, Roma, romanus. רוֹמָאֵי, רוֹמִיִּים, Romani.

רַוָּק, cælebs. Plur. רַוָּקִין, cælibes, juvenes innubi: יוֹלְדִים רַוָּקִים וּפְנוּיִים, generant cælibes et liberi.

רִחֵם, misereri. רַחֲמָן, misericors, nomen Dei apud Rabbinos. רַחֲמָנָא לִבָּא בָּעֵי, Deus cor quærit. רַחֲמָנִית, misericors fœmina. Plur. רַחֲמָנִיּוֹת, misericordes. מִדּוֹת רַחֲמָנִיּוֹת, affectus misericordes sive misericordiæ. רַחֲמָנוּת, misericordia.

הֵרִיק ריק, evacuare. רֵיקָנוּת, רֵיקוּת, vacuitas, vacuum. לְרֵיקָנוּת, frustra: אֵין רֵיקוּת בְּעוֹלָם, non est vacuum in mundo. רֵיקָן, vacuus, vanus.

רכב הִרְכִּיב, *componere, conjungere: inserere ramos arborum*, germanice, *zweigen.* מוּרְכָּב, *compositum*, cujus oppositum, פָּשׁוּט, *simplex:* מִלָּה מוּרְכֶּבֶת, *dictio composita.* הַרְכָּבָה, *compositio, insitio.* גְּשָׁמִים מוּרְכָּבִים, *corpora composita, mixta, concreta:* אֵין מַרְכִּיבִין עֵץ מַאֲכָל עַל גַּבֵּי עֵץ מַאֲכָל, *non inserunt arborem cibi*, id est, fructiferam, *super arborem fructiferam.*

רכז מַרְכָּז. *centrum:* מַרְכַּז הָאָרֶץ. *centrum terræ*, Job XXVI. 6. in R. Levi. אוֹפָן יוֹצֵא מַרְכָּז, *circulus egrediens centrum*, id est, *eccentricus.*

רָמַז, *indicare, annuere.* רְמָז, רְמִיזָה, *nutus, indicium.*

רם רַס, רִסִּין, *supercilia:* רִסֵּי עֵינַיִם, *supercilia oculorum.*

רע רַע, לְרַע, *infra.* מִלְּרַע idem: et *vox penacuta*, accentum *infra*, id est, in *ultima syllaba* habens.

רָעֵב, *esurire.* רַעַבְתָּן, *famelicus.*

רעה רְעִי, *stercus, excrementum.*

רעם הִתְרַעֵם, *obmurmurare.* תַּרְעוּמָה, *murmuratio.*

רָצָה, *velle.* רָצוֹן, *voluntas.* רְצוֹנִי, *voluntarius.* תְּנוּעָה רְצוֹנִית, *motus voluntarius:* אֵינוֹ עַל דֶּרֶךְ מִצְוָה רְצוֹנִית, אֶלָּא עַל דֶּרֶךְ גִּזּוּם, *id non est per modum præcepti voluntarii, sed ironice*, Amos IV. 4. in Kimchio. נִתְרַפָּה, *placari*, Hos. I. 10. in R. Sal.

רצע רְצוּעָה, *corrigia calcei.* מַרְצֵעַ, *subula.* רַצְעָן, *cerdo.*

רצף רָצוּף, *continuum, conjunctum, consequens.* יָמִים רְצוּפִים, *dies continui, consequentes.* עוֹנֶג רָצוּף, *oblectatio continua.*

רקק רָקִיק, *tenue, transparens, diaphanum:* טִיחַ נָרוֹק, *cæmentum tenue.*

רשה רְשׁוּת, רִשְׁיוֹן, *facultas, potestas, licentia.* בִּרְשׁוּתְךָ, *cum licentia tua:* בִּרְשׁוּת הָרַבִּים, *in potestate publica, in publico.* Plur. רְשׁוּיוֹת, *potestates, licentiæ, privilegia.* הַרְשָׁאָה, idem. רַשַּׁאי, *licitus, liber, qui licentiam habet:* אֵין רַשָּׁאִין, *non licet illis.*

רשל אִתְרַשֵּׁל, *pigrari, pigrum, remissum esse.* הִתְרַשְּׁלוּת, *pigritia, remissio.* מְרַשֵּׁל, *laxans, remittens.*

רָשַׁם, *designare, describere, notare.* רוֹשֶׁם, *descriptio, designatio, obsignatio, nota.* רִשּׁוּם, *delineatio.*

רתח רָתַח, *fervere.* מַיִם רוֹתְחִים, *aquæ ferventes.* רִתַּח, *fervefecit.* רִתּוּחַ, *fervefactio, ebullitio.* מְרוּתָּח, *fervidum.*

ש

שָׁאַל, *rogare, interrogare, petere, quærere.* הִשְׁאִיל, *mutuo, commodato dedit petenti:* מוּשְׁאָל, *mutuatum, commodatum:* שֵׁם הַמּוּשְׁאָל, *nomen commodatum, mutuatitium, metaphoricum.* הַשְׁאָלָה, *mutuatio, metaphora:* עַל דֶּרֶךְ הַשְׁאָלָה, *metaphorice*, Psal. LXXVIII. 47. ad verba, *occidit vites.* שְׁאֵילָה, *quæstio, interrogatio, petitio:* ה הַשְּׁאֵילָה, *He interrogationis.*

שׁבב שָׁבַב, *frangere:* שְׁבָבִים, שְׁבִין, *fragmenta, frustula, segmenta lignorum.*

שׁבח שִׁבַּח, *laudare.* מְשׁוּבָּח, *laudatum, laudabile.* שֶׁבַח, שְׁבָחָה, *laus.* לְשֶׁבַח וְלִגְנַאי, *in laudem et vituperium*,

Num. XI. 18. in Aben Esra. Est etiam שֶׁבַח, *incrementum*, *melioratio rei;* unde, אִילָן מַשְׁבִּיחַ, *arbor crescit.*

בִּשְׁבִיל שבל, *propter*, *propterea.*

שָׁבַר, *frangere :* שֶׁבֶר, *fractura : fractura numerorum arithmetica*, *fractio :* שְׁבָרִים, *fractiones.* Item, שֶׁבֶר, *Chirek* vocalis, ut apud Aben Esram, Num. XXXV. 19. et שְׁבוּר, *Chirekatum*, *cum Chirek notatum.*

הִשְׁתַּבֵּשׁ שבש, *perplexum*, *attonitum*, *obstupefactum esse : confundi*, *seduci*, *corrumpi:* כִּי בְגָלוּת נִשְׁתַּבְּשׁוּ הַנּוּסְחָאוֹת, *nam in captivitate confusa sunt exemplaria ;* sumpserunt unum ex hoc, et transtulerunt in aliud, etc. Kimchi, 1 Reg. XVII. 14. שִׁבּוּשׁ, *confusio*, *perplexitas*, *error*, *corruptio.* אִישׁ מְשׁוּבָּשׁ, *vir perplexus.*

שַׁבְּתָאי שבת, *Saturnus planeta.*

הִשְׁגִּיחַ שגח, *providere*, *prospicere :* הַשְׁגָּחוֹת, *contemplatio*, *speculatio.* הַשְׁגָּחָה, *providentia.* הַהַשְׁגָּחָה הָאֱלֹהִית, *providentia divina.*

שָׁגַר, *mittere*, *emittere.* שָׁגוּר, *emissum : assuetum : usitatum*, *promptum*, *expeditum :* אִם שְׁגוּרָה תְפִלָּתוֹ בְּפִיו, *si expedita sit precatio ejus in ore ipsius*, *si expedite egrediatur :* שֵׁם שָׁמַיִם שָׁגוּר בְּפִיו, *nomen Dei consuetum erat in ore ejus.*

שִׁדֵּךְ, *desponsare*, *conjugio jungere.* לְשַׁדֵּךְ הַבָּנוֹת, *desponsare filias (sabbatho licitum).* שִׁדּוּךְ, *desponsatio*, *copulatio.* שַׁדְּכָנוּת, *affinitas*, *desponsatio.* שַׁדְּכָן, *desponsator*, *affinis.*

הִשְׁתַּדֵּל שדל, *operam dare*, *curare*, *incumbere rei*, *occupatum esse :* הִשְׁתַּדֵּל לִהְיוֹת אִישׁ, *cura ut te virum præbeas.* הִשְׁתַּדְּלוּת, *opera*, *cura*, *studium*, *conatus solicitus.* שִׁדֵּל, *persuadere.* שִׁדּוּל, *persuasio.*

שִׁדְרָה שדר. *spina dorsi :* חוּט הַשִּׁדְרָה, *filum spinæ dorsi*, quod ex cerebro per vertebras descendit.

שָׁהָה, *morari*, *tardare.* שְׁהִיָּה, שָׁהוּת, *mora*, *tardatio*, *tarditas.*

שׁוּב, *amplius*, *præterea*, *adhuc.*

שָׁוָה, *æquari.* שְׁוָאָה, *æquatio*, *comparatio :* hinc, וֹ׳ הַשְׁוָאָה, *Vau adæquationis*, quod apodosin similitudinis denotat, quale sæpe in Proverbiis Salomonis. שָׁוְיוֹ, *æquum*, *æquale*, *pretium rei*, quod venditæ rei est *æquatio* et *comparatio.* קַו שָׁוֶה, *linea æquinoctialis :* אוֹפָן שָׁוֶה, *circulus æquus*, *concentricus.*

שׁוּם, *nomen*, chaldaice; unde, שׁוּם בַּר נָשׁ, *nomen filii hominis.* Nomen proprium viri, apud Masorethas. Apud Rabbinos, *aliquis*, *aliquid.* Præcedere vel sequi solet אֵין, vel לֹא. מִשּׁוּם, *propter :* מִשּׁוּם שֶׁ, *propterea quod*, *eo quod.* עַל שׁוּם מָה, *qua de causa ? quamobrem ?* מִשּׁוּם הָכִי, *propterea.*

שׂוּם, *ponere.* שָׂמוּת, *positio.*

שׁוּרָה שור, *linea:* שׁוּרוֹת הַסֵּפֶר, *lineæ libri.* שׁוֹר, *taurus*, *signum cæleste.*

שׁוּר, *canere :* מְשׁוֹרֵר, *cantor : poeta.* שִׁירָה, *canticum : carmen poeticum* sive *rhythmicum.* מְלֶאכֶת הַשִּׁיר, *ars poetices.* שִׁירִיּוּת, *poetica.*

שָׁזַר, *filare*, *fila ducere et intorquere* sive *duplicare.* חוּטִין שְׁזוּרִין, *fila duplicata*, *contorta.*

שֶׁחִי שחה, בֵּית הַשֶּׁחִי, *axilla*, *locus concavus sub brachio*, Deuter. XXII. 5. in R. Salomone.

שַׁחַר, *aurora*, *mane.* שַׁחֲרִי, *matutinus :* תְּפִלָּה שַׁחֲרִית, *oratio matutina.* שַׁחֲרוּת, *nigredo.* שְׁחוֹר, *atra-*

mentum. שָׁחַר , *nigrescere, nigrum esse.* שִׁחְרֵר , *libertate donare, manumittere :* עֶבֶד מְשׁוּחְרָר , *servus manumissus.* אִשָּׁה מְשׁוּחְרֶרֶת , *mulier libertate donata.*

שָׁטָה , *stultescere.* שׁוֹטֶה , *stultus, vesanus :* אֵין מְבִיאִין רְאָיָה מִן הַשּׁוֹטִין , *non adducunt probationes a stultis.* שְׁטוּת , *stultitia :* רוּחַ שְׁטוּת , *spiritus insaniæ.* שַׁטְיוּתָא , idem. שִׁיטָּה , *linea : ordo, usus, discursus, ritus, stylus.* שִׁיטַּת הַתַּלְמוּד , *ordo, usus, stylus talmudicus.*

שֶׁטַח , *expansio : superficies.*

שְׁטַר , *literæ contractus, instrumentum literarum, litera procurationis :* שְׁטַר הַחוֹב , *chirographum, literæ debiti :* plur. שְׁטָרוֹת.

שַׁיָּךְ , *congruit, convenit :* לֹא שַׁיַּיךְ לְמֵימַר , *non convenit dicere :* בְּגָדֶיהָ הַשַּׁיְּכִים לְגוּפָהּ , *vestes ejus pertinentes ad corpus ejus.* שַׁיָּךְ , *decens, conveniens, pertinens.*

שֵׁיר , שֵׁירִין , *monilia, catenæ, armillæ.* שְׁיָרָה , *turma, exercitus, caterva :* בִּשְׁיָרָה , *catervatim.*

שָׁכַב , *cubare :* שְׁכִיב מְרַע , *ægrotus :* et שְׁכִיב , *mortuus, qui occubuit.* שְׁכִיבָה , *obdormitio, decubitus* vel הַחוֹלִי , *morbi,* vel הַמָּוֶת , *mortis,* ut docet Kimchius ad Ies. L. 11.

שְׁכַח , *invenire :* שְׁכִיחַ , *inventum, præsens ;* דְּלָא שְׁכִיחַ , *quæ non invenitur, non exsistit.*

שֵׂכֶל הִשְׂכִּיל שׂכל , *intelligere.* שֵׂכֶל , *ingenium, intellectus :* שִׂכְלִי , *intellectualis ;* מִצְוֹת שִׂכְלִיּוֹת , *præcepta intellectus,* quibus oppponuntur מַעֲשִׂיּוֹת , *actualia, practica.* מוּשְׂכָּלוֹת , *intellectualia, quæ sub intellectum cadunt.* קִנְיַן הַמּוּשְׂכָּלוֹת , *habitus intellectualis :* מוּשְׂכָּלוֹת רִאשׁוֹנוֹת , *notiones primæ,* שְׁנִיּוֹת , *secundæ.* שִׂכְלוּת , *intellectus.* שַׂכְלְתָן , *intelligens, prudens, ingeniosus :* שַׂכְלְתָנוּת , *intelligentia.* נֶפֶשׁ הַמַּשְׂכֶּלֶת , *anima intelligens.*

שׁכם הִשְׁכִּים , *convenire, consentire,* idem quod סכם.

שָׁכַן , *habitare, cohabitare.* שְׁכוּנָה , *vicus, vicinia, platea urbis habitata.* שְׁכִינָה , *majestas Dei, præsentia Dei, Spiritus sanctus, divinitas.* מַשְׁכּוֹן , *pignus.* מִשְׁכֵּן , *oppigneravit.* נִתְמַשְׁכֵּן , *oppigneratus fuit,* מ factum radicale, ut et in aliis quibusdam.

שָׁלַח , *mittere :* שָׁלִיחַ , *missus, legatus, nuncius, apostolus :* שָׁלִיחַ מְיוּחָד , *nuncius proprius.* שְׁלִיחוּת , *legatio, ablegatio, apostolatus.* שֻׁלְחָן , *mensa :* שֻׁלְחָנִי , *trapezita, numularius.*

שָׁלַל , *negare.* שׁוֹלְלִים , *negativa, negantia :* שְׁלִילָה , שׁוֹלְלוּת , *negatio.* מִשְׁפָּט שׁוֹלֵל כְּלָלִי , *propositio negativa universalis.* עִנְיָן מְשׁוּלָּל , *ens abstractum.* Item, תּוֹאַר שׁוֹלְלִי , *forma abstracta,* cui opponitur חִיּוּבִי , *concreta.* שָׁלִיל , *embryo fœtus matricis,* Lev. XI. in R. Sal. Item, *abortivum.*

שָׁלַם , נִשְׁלַם , *perfici, compleri.* שְׁלֵימוּת , *perfectio :* כָּל מִינֵי שְׁלֵימוּת , *omnis generis perfectiones :* אֱמוּנָתוֹ בִּלְתִּי שְׁלֵימָה , *fides ejus imperfecta erat,* Job I. in R. Levi.

שָׁלַק , *elixare :* יְרָקוֹת שְׁלוּקִין , *olera elixa.*

שִׁלְשֵׁל , *concatenare :* שַׁלְשֶׁלֶת , *catena.* Plur. שַׁלְשְׁלָאוֹת , et forma chaldaica , שַׁלְשְׁלָן. Item, שַׁלְשֶׁלֶת הַיַּחַס ,

catena genealogiæ. בְּהִשְׁתַּלְשְׁלוּת הַסִּבּוֹת, *in connexione causarum*, Psal. CIV. 27. in Kimchio. שִׁלְשׁוּל, *diarrhœa, ventris solutio et fluxus.*

שלש מְשׁוּלָּשׁ, *triplicatum: triangulum:* צוּרַת מְשׁוּלָּשׁ, *figura trianguli.* שִׁלּוּשׁ, *trinitas.*

שֵׁם, *nomen, Deus.* Cum articulo, הַשֵּׁם. Item, כְּשֵׁם, *sicut, quemadmodum.* לְשֵׁם, עַל שֵׁם. *propter, propterea.*

שָׁמַיִם, *cœli: Deus*, ab *inhabitatione cœlesti* sic dictus. לְשֵׁם שָׁמַיִם. *propter Deum.* Sic, שְׁמַיָּא, *Deus*, Dan. IV. 23. שְׁמֵימִי, *cœlestis:* גְּרָמִים שְׁמֵימִיִּים, *corpora cœlestia*, R. Levi, Job XXVI. 6.

שֶׁמָּא, *forte, fortassis, si forte, ne forte:* וְשֶׁמָּא, *quod si forte.*

שמד הִשְׁמִיד, *disperdidit, delevit, destruxit.* מְשׁוּמָּד, *apostata*, quasi *perditus* dictus, 2 Reg. X III. 17. in Kimchio de Rafsaka. הַשְׁמָדָה, הַשְׁמָדוּת, *perditio, apostasia a fide vera.* הִשְׁתַּמֵּד, *apostata factus est.* שְׁמַד, שֶׁמֶד, *persecutio:* גָּזְרוּ שְׁמָדוֹת, *decreverunt persecutiones.*

שֶׁמֶן, *pinguedo:* שַׁמְנוּנִית, Idem.

שָׁמַע, *audire.* מַשְׁמָע, *literalis vocis auditio, sensus literalis et simplex.*

שְׁמֵשׁ, שַׁמֵּשׁ, *ministrare, servire:* שַׁמָּשׁ, מְשַׁמֵּשׁ, *minister.* שִׁמּוּשׁ, *ministerium.* אוֹת שִׁמּוּשִׁית, *litera ministerialis.* Item, שַׁמֵּשׁ, *coire, rem habere.* שִׁמֵּשׁ עִם בַּת־שֶׁבַע, *coivit cum Bathscheba*, Psal. LI. 2. in Targum. תַּשְׁמִישׁ, *concubitus, coitus:* תַּשְׁמִישׁ הַמִּטָּה, *ministerium lecti:* תַּשְׁמִישֵׁי מִצְוָה, *ministeria legis.* Tertio, שִׁמֵּשׁ, *uti:* שִׁמְּשׁוּ בוֹ בְּבִנְיַן פִּיעֵל. *utuntur eo in conjugatione Pihel.*

שמת שַׁמְתָּא, *excommunicationis species.*

שָׁנָה, *mutari.* שׁוֹנִים, *mutata, varia, diversa:* מִלּוֹת שׁוֹנוֹת, *voces diversæ.* שִׁנּוּי, *mutatio*, ut *generatio* et *corruptio.* מִשְׁתַּנֶּה, *alteratum, variabile, mutabile.* שְׁנִיּוּת, *diversitas: dualitas.* הִשְׁתַּנּוּת, *variatio, mutabilitas, alteratio.* מִשְׁנָה, textus talmudicus, מִשְׁנָה, *Deuteronomion*, qui liber vocatur מִשְׁנֵה תוֹרָה, *repetitio legis*, quia Moses præcedentem legis doctrinam in eo repetit: et Talmud continet *repetitam legem* per Rabbinos, quæ vocatur *Mischna.* מְשׁוּנֶּה, *repentinum, mirabile, quod subitam mutationem inopinato et extraordinarie subiit:* מִיתָה מְשׁוּנָּה, *mors repentina:* דָּבָר מְשׁוּנֶּה, *res mirabilis.*

שִׁעְבֵּד, *servituti subjecit, oppressit, subegit.* מְשׁוּעְבָּד, *subditus, subjectus.* הִשְׁתַּעְבֵּד, *subjici, subditum esse.* שִׁעְבּוּד, *servitus, subjectio.* שִׁעְבֵּד אֶת עַצְמוֹ, *subjecit seipsum.*

שָׁעַר, שִׁיעֵר, *æstimare, putare, conjectare.* שִׁיעוּר, *conjectura;* unde, כ׳ הַשִּׁיעוּר, *Caph conjecturæ*, quando scil. significat *quasi, quodammodo.* Item, *mensura ex æquo æstimata:* כְּשִׁיעוּר, *juxta mensuram* vel *æstimationem, quasi: plus minus, tantum, tam multum.* כּוֹחַ הַמְשַׁעֵר, *virtus æstimativa, conjecturalis, divinatrix.*

שָׁפָה, *tranquillum esse.* שָׁפוּי, *tranquillus.* שׁוֹפִי (formæ יוֹפִי, חוֹלִי) *tranquillitas*, Num. XXIII. 3. in R. Sal.

שפט מִשְׁפָּט, *judicium, jus: proprietas: propositio*, apud logicos.

שָׁפַךְ, *effundere.* מַשְׁפֵּךְ, *infundibulum, clepsydra.* שְׁפִיכוּת, *effusio.*

שֶׁפַע, *influentia, influxus:* שֶׁפַע

הַכּוֹכָבִים. *influxus stellarum.* הִשְׁפִּיעַ, *influere fecit: affudit, abunde et affluenter contulit.* מְשׁוּפָּע, *declive*, Jos. XVII. 5. in Kimchio. שִׁפּוּעַ, *declivitas.*

שָׁפַף, שְׁפִשֵׁף, *conterere, conquassare, conculcare, calcare*, Jos. XV. 7. in Kimchio. Item, *confricare:* שִׁפְשׁוּף, *confricatio.*

שָׁקַל, מִשְׁקָל, *pondus: forma, analogia vocis*, ad quam aliæ similes accommodantur.

שָׁקַע, *mergi :* de sole, *occumbere: sculpi in profundum.* צוּרוֹת מְשׁוּקָּעוֹת *figuræ in fundum sculptæ :* oppositum, בּוֹלְטוֹת, *prominentes.* שְׁקִיעָה, *occasus solis.*

שׂרט שְׂרִיטָה, *linea :* ut chartæ, manuum et similium : שִׂרְטֵט, *lineare : lineas ducere.* שִׂרְטוּטִין, *lineamenta :* שִׂרְטוּט, *amussis, regula.*

שׁרר שָׁרִיר, *firmum, stabile, ratum.*

שֹׁרֶשׁ, *radix.* שׁוֹרְשִׁית, *radicalis:* אוֹתִיּוֹת שָׁרְשִׁיּוֹת, *literæ radicales.*

שׁשְׁבֵן, *sociavit :* שׁוּשְׁבֵנִים, *socii, amici, sodales.* שׁוּשְׁבְנוּת, *societas.*

שׁתן הִשְׁתִּין, *mingere, urinam reddere.* שֶׁתֶן, *urina.* הַשְׁתָּנָה, *mictio, urina.*

שִׁתֵּף, *communicare*, Jos. VI. 2. in Kimchio. שׁוּתָּף, מְשׁוּתָּף, *socius, cooperator :* שׁוּתֶּפֶת, *socia.* שׁוּתָּפוּת, *societas, commercium.* שִׁתּוּף, idem : item, *communicatio, homonymia, æquivocatio:* שֵׁם מְשׁוּתָּף, vel מִשְׁתַּתֵּף, *nomen æquivocum, homonymon, ambiguum, commune.* מִלָּה מְשׁוּתֶּפֶת, *vocabulum æquivocum.* חוֹמֶר מְשׁוּתָּף, *materia communis, prima* scil. quæ *quatuor elementis communis* est.

שׁתת שְׁתוּת, *pars sexta :* הַמִּשְׂתַּכֵּר אַל יִשְׂתַּכֵּר יוֹתֵר מִשְּׁתוּת *qui lucratur, ne lucrator plus sexta parte;* ut qui emit *quinque*, vendat *sex.* Regula juris talmudici est.

ת

תאם תְּאוֹמִים, *gemini, signum cœleste.*

תאר תּוֹאַר, *forma:* שֵׁם תּוֹאַר, *nomen formæ, formale, concretum, adjectivum, denominans:* ut, רְאוּבֵן חָכָם, *Ruben est sapiens.* Hic, *sapiens*, est, תּוֹאַר, *formale; Ruben*, est הַמְּתוֹאָר. *formatum, denominatum.* תֵּאֵר, *denominare a forma, formare:* מְתוֹאָר. *denominatum, paronymum, conjugatum :* הִתְתָּאֵר, *denominari*, a *forma* proprie, *informari.* בְּתֹאַר, *formaliter.*

תֵּבָה, תֵּיבָה, *dictio, vox, vocabulum* proprie *scriptum.* רָאשֵׁי תֵיבוֹת, *capita dictionum, abbreviaturæ ex prima vocum litera constitutæ.*

תָּבַל, *condire cibos.* תִּבּוּל, *condimentum.* מְתֻבָּל, *conditum.* תַּבְלִין, *condimenta ciborum, cibi conditi.*

תָּבַע, *exigere, repetere aliquid ab altero jure.* תְּבִיעוֹת, *postulationes.*

תָּג, *apex :* plur. תָּגִין.

תּוּב, et per apocopam תּוּ, *præterea, porro, amplius, iterum, rursus :* ex שׁוּב, quod supra positum.

תּוֹךְ, מִתּוֹךְ, *propterea, idcirco, quia.* מִתּוֹךְ כָּךְ, *interim, interea.*

תָּחַב, *figere :* נִתְחַב, *infigi.*

תחל הִתְחִיל, *incipere.* הַתְחָלָה, *principium*, ab hebraico nomine תְּחִלָּה.

תָּחַם, *terminare, determinare.* תְּחוּם, *terminus, finis, confinium :* תְּחוּם שַׁבָּת, *terminus sabbathi*, qui continebat *bis mille passus*, quod exstruunt ex Jos. III. 4.

תִּיק, תִּיקָא, θήκη, *theca, vagina.*

תַּיָּר, *speculator*, Cant. II. 12. in R. Salomone. Item. *ductor itineris, sal-*

vum conductum præstans. תִּיּוּר, *salvus conductus.*

תָּכַן, *ponderare, appendere, numerare.* תְּכוּנָה, *astronomia.* תּוֹכֵן, *astronomus,* לֹא יִתָּכֵן, *non convenit, non quadrat.*

תֵּכֶף ,תֵּכֵית, *mox, statim, subito:* תֵּכֶף לִגְאוּלָּה, *statim post redemptionem:* תֵּכֶף שֶׁיִּשַׁן, *quamprimum obdormivisset.* Numerant rabbini. שָׁלשׁ תְּכִיפוֹת, *tria statim*, quæ illico fieri debent: vide Thisbi Eliæ.

תלה ,תְּלִי, *draco, stella:* רֹאשׁ הַתְּלִי, *stella draconis*, Job XXVIII. 3. in R. Levi.

תִּלִּים, *Psalmi Davidis*, pro תְּהִלִּים, Eccles. XI. 9. in R. Sal. alias תִּלִּים, *cumuli.*

תָּלַשׁ, *evellere, exstirpare.*

תָּם, *ibi, illic.* תַּמָּה ,תַּמָּן, idem. מִתַּמָּן, *inde.* לְתַמָּן, *illuc.* ex hebræo שָׁם.

תמד ,תָּמִיד, *jugiter, continuo.* הִתְמִיד, *continuavit.* מַתְמִיד, *jugis, assiduus, continuus.* מָקוֹר תְּמִידִי, *scaturigo continua, perennis.* הַתְמָדָה, *continuatio, assiduitas:* בְּהַתְמָדָה, *jugiter*, Prov. XIX. 13. in R. Levi.

תָּמַה, *mirari.* תְּמִיהָה ,תִּימָה, תְּמִיאָה, *admiratio.* בִּתְמִיהָה, *admirative, interrogative.*

תְּנָה ,תְּנָא, *discere:* תָּנוּ רַבָּנָן, *dicerunt rabbini nostri*: ex Chaldaismo. תַּנָּאִי, *doctor Talmudicus.*

תנה ,הִתְנָה, *pacisci certis conditionibus.* תְּנַאי, *conditio:* בִּתְנַאי, *conditionaliter:* עָשׂוּ תְּנָאִים, *fecerunt conditiones, pacta conditionalia.* מִשְׁפָּט תְּנָאִי *propositio conditionalis.*

תָּפַר, *suere, consuere.* תְּפִירָה, *sutura.*

תָּפַשׂ, *apprehendere: insectari.* תָּפַשׂ עֲלֵיהֶם, *insectatur, carpit eos*, Joel II. 6. in Kimchi.

תָּקַן, *ordinare, rectificare.* תִּקּוּן, *ordinatio, directio, directorium.* תַּקִּין, *commodum, conveniens, rectum.* תַּקָּנָה, *directio*, *commoditas.*

תרה ,הִתְרָה, *præmonere, protestari.* מֵעִיד וּמַתְרֶה בְךָ, *testor et protestor contra te.* הַתְרָאָה, *præmonitio, protestatio*, Joel II. 18. in R. Sal.

תְּרֵין ,תְּרֵי, *duo:* תְּרֵי עֲשַׂר, *duodecim.* Sic vocantur duodecim prophetæ minores.

תרם ,תַּרְמִיל, *saccus viatorius, pera pastoralis.*

תרן ,תַּרְנְגוֹל, *gallus gallinaceus*, Ies. XXII. 17. in R. Sal. תַּרְנְגוֹלֶת, *gallina.*

תרף ,בֵּית הַתָּרְפָּא, *domus turpitudinis*, *ignominiæ.* Sic per contemptum ecclesias gentiles, in quibus idololatria exercetur, vocant.

תָּרַץ, *solvere, explicare quæstionem dubiam.* תֵּירוּץ, *solutio, explicatio.* תָּרְצָן, *respondens, explicator quæstionis.*

תָּשַׁשׁ ,תָּשׁ, *infirmari, debilitari:* תָּשַׁשׁ כֹּחוֹ כִּנְקֵבָה, *debilitata fuit vis ejus quasi mulieris*, Num. XI. 15. in R. Sal. Et defective תָּשׁ. Active תּוֹשֵׁשׁ, *debilitavit.* תְּשׁוּשִׁים, *debiles, infirmi.*

תּוּת, *morus arbor:* plur. תּוּתִים, Ps. LXXXIV. 7. in Kimchio תּוּת pro תַּחוּת, *sub, pro*, Hierosolymitane et Talmudice.

ברוך יהוה לעולם אמן ואמן

AD STUDIOSOS

LINGUÆ HEBRÆÆ

CONCLUSIO MONITORIA.

Non eadem semper homini mens est, non idem in humanis consilium et propositum. Ne prudentissimi quidem idem semper sentiunt, nec eodem collimant spectantque semper. Præterit dies hodiernus, quæ invenit crastinus. Probantur nunc, quæ mox improbantur, si meliora succedant. Sic rerum est vicissitudo, sic mentis varietas; quia meliora quærendo, ad perfectionem annititur. Haud dissimiliter mihi nunc evenit. Lexicon hoc ad literam שׂ exierat, neque dum vel minima de sylloge hac vocum Rabbinicarum addenda, cogitatio animum subiverat. Superfuturæ erant ad nundinas una alterave septimana, quas inanes abire, damnosum sibi futurum, operæ typographicæ conquerebantur. Sic de materia Lexici cogitanti, venit in mentem studium illorum, qui apud me in lectione Rabbinica in voces quasdam subinde impegerunt, quarum usus Rabbinis erat proprius. Ut his nunc succurrerem, hæc qualiacumque hoc tantillo tempore collegi. Paucula tibi ista videri possunt, sed si utaris, opinione plura reperies. Commentatores præstantiores communi hebraismo utuntur, et non nisi rarius extra biblicum sermonem, Rabbinismum adhibent. Unde ad illos intelligendos, non ita magno Lexico opus est. Alia ratio in Talmudicis auctoribus, philosophis, cabalistis, et illis qui Medraschim scripserunt, et allegorico ac vago commentandi genere delectati sunt. In his ut amplior materia, ita pluribus vocabulis opus fuit, ad tantam rerum diversitatem exprimendam. Lento gradu in Rabbinica procedendum, et in faciliora scripta aditus primo dirigendus. Hæc sunt Commentaria illa Biblica, quæ literalem sensum maxime explicant, ut Rabbi Salomonis, R. Davidis Kimchii, R. Saadiæ, R. Aben Esræ, R. Levi Gersom; qui duo sæpe philosophantur, in astronomica, physica et ethica excurrentes, unde et voca-

bulis ad tales terminos commode exprimendos, sæpiuscule utuntur, quorum bonam partem attigimus, et ex istorum forma alia similia perfacile intelligi poterunt. Omnium frequentissime nomina usurpant, vel in Bibliis inusitata, a radicibus tamen biblicis deflexa: vel quorum forma in Bibliis rarior; ipsis in ore ubique. Ex omnibus conjugationibus nomina deducunt, plura tamen ex Kal, Pihel, Hiphil et Hithpahel, pauciora ex aliis formis passivis. Hæc ut melius intelligas, breviter te de quibusdam præcipuis monebo.

Formæ usitatissimæ sunt:

1. דִבּוּר, *sermo, locutio.* אִבּוּד, *perditio,* גִלּוּי, *revelatio,* קִיּוּם, *confirmatio.* Fere actionem significant, ut Latina ista in *IO.* Exempla biblica בִּכּוּר, *primitiæ,* גִדּוּף, *blasphematio,* שִׁקּוּי, *potatio,* et similia plura, ex conjugatione Pihel derivata.

2. כְּתִיבָה, *scriptio.* A quiescentibus tertia ה formata habent י cum Mappik notatum: רְאִיָּה, *visio.* Et hæc proprie exprimuntur per Latina *IO.* Exempla biblica, אֲכִילָה, *esus, cibus.* נְגִינָה, *pulsatio musica.* קְרִיאָה, *vocatio, lectio.* שְׁנִינָה, *dictitatio, dicterium.* שְׁתִיָּה, *bibitio, potus,* et similia, ex Kal.

3. Nomina in וּת, sed diversæ formæ: גַּשְׁמוּת, *corporeitas* a גֶּשֶׁם, *corpus:* עַצְמוּת, *substantia,* ab עֶצֶם quod idem. אֱלֹהוּת vel אֱלָהוּת, *Deitas,* ab אֱלֹהַּ, *Deus:* דְּבֵקוּת, *adhærentia,* a דָּבֵק, *adhærens:* סְמִיכוּת, *conjunctio, syntaxis,* a סָמִיךְ, *conjunctum,* quæ forma Chaldæis usitata pro סָמוּךְ ex participio Pahul in Kal. Exempla biblica יַלְדוּת, *nativitas.* מַרְדּוּת, *rebellio.* אֱיָלוּת, *fortitudo.* כְּבֵדוּת, *gravitas.* יְדִידוּת, *dilectio.* כְּסִילוּת, *stultitia,* et similia ex Kal.

4. גַּזְלָן, *raptor, prædo,* רַחֲמָן, *misericors,* דַּבְּרָן, *loquax:* דַּעְתָּן, *intelligens,* a גָּזֵל, *rapina,* דַּעַת, *scientia.* Horum fœminina, דַּבְּרָנִית רַחֲמָנִית. Et substantiva abstracta רַחֲמָנוּת, *misericordia.* דַּבְּרָנוּת, *loquacitas.* Et alia forma a participio Benoni-Kal deflexa: גּוֹזֵל, *rapiens.* גּוֹזְלָן, *raptor,* כּוֹעֵס, *irascens,* כּוֹעֲסָן, *iracundus.* Exemplum biblicum hic unum est, plurale fœmininum, נָשִׁים רַחֲמָנִיּוֹת, *fœminæ misericordes,* Thren. IV. 10. a sing. רַחֲמָנִית. Hæc partim ex Kal, partim ex Pihel proveniunt. Biblica exempla, אַלְמָן, *viduus,* חַרְצָן, *acinus,* in quibus Pathach propter gutturalem: nam alias כִּבְשָׁן, *fornax,* בִּנְיָן, פִּשְׁתָּן, etc.

5. Nomina concreta sive adjectiva masculina in י, a substantivis abstractis quibuslibet: ut יוֹמִי, *diurnus,* a יוֹם, *dies:* מִינִי, *specificum,* a מִין, *species:* גּוּפִי, גּוּפָנִי vel גּוּפָנִי, *corporeum,* a גּוּף, *corpus:* לִמּוּד, *disciplina,* לִמּוּדִי,

disciplinalis: עִיּוּן, *speculatio,* עִיּוּנִי, *speculativus:* תּוֹרָה, *lex,* תּוֹרִיִּי vel תּוֹרָנִי, *legalis:* אֶרֶץ, *terra,* אַרְצִי, *terrestris:* נֶגֶד, *contra,* נֶגְדִּי, *contrarium.* Horum fœminina desinunt in יִת.

6. זַכָּאי, *justus,* בַּנָּאי, *architectus,* קָרָאִי, *Karæus,* in quo exclusum est Daghesch, et per Kametz primum compensatum. Fuerunt autem Karæi, Judæi textuales biblici, solo textu scripturæ contenti, et omnes scriptas traditiones repudiantes. Forma hæc tantum ex Pihel quiescentium tertia petita est, et Chaldæorum ac Talmudicorum propria, ad formam hebraicam perfectam גַּנָּב, *fur.*

7. Nomina ex Hiphil formata, cum הַ ab initio, ut verborum sic nominum formativo. Prima forma, הַפְלָגָה, *excessus*, ab הִפְלִיג, *excedere:* הַבְדָּלָה, *separatio,* ab הִבְדִּיל, *separare:* הַתְחָלָה, *initium,* ab הִתְחִיל, *incipere*, quod verbum defectivum a nomine hebræo תְּחִלָּה litera ת adscita in radicalem, quod et in aliis quibusdam paucis factum est. Hujus formæ in perfectis exemplum biblicum nullum est: ex defectivis quidem prima נ duo exstant, הַצָּלָה, *liberatio*, הַכָּרָה, *agnitio*, quorum integra essent הַנְכָּרָה, הַנְצָלָה. Secunda הַמְצָאוּת vel הַמְצִיאוּת, *existentia*, *substantia*. Biblicum huic simile unicum הַשְׁמָעוּת, *auditus*. Tertia הֶפְרֵשׁ, *discrimen*, הֶפְקֵר, *commune*, הֶרְגֵּל, *usus, exercitatio*. Hujus formæ exemplum biblicum nullum est. Ex quiescentibus secunda etiam forma familiaris הֲבָנָה, *intelligentia*, הֲנָעָה, *motio* et similia. Unicum hujus formæ in Bibliis est הֲנָחָה, *quies*. Tertia radicalis ה mutatur plerumque in י vel א: ut הַטָּיָה, *declinatio*, a נָטָה, *inclinare:* הַכָּאָה, *plaga, percussio*, a נָכָה, unde in Hiphil הִכָּה, *percutere:* הוֹדָאָה et הוֹדָיָה, *confessio*, a יָדָה, unde in Hiphil הוֹדָה, *confiteri*.

8. Nomina ex Hithpahel הִתְנַצְּלוּת *excusatio, defensio*, הִתְלַמְּדוּת, *studium*, הִתְגַּלְּיוּת, *revelatio*, הִתְבּוֹנְנוּת, *consideratio, intelligentia*, et similia. Unicum in Bibliis est ex quiescentibus tertia הִשְׁתַּחֲוָיָה, *adoratio*. Ex his formis alia similia exempla facillime intelligentur, quæ in hocce dictionariolo non posuimus: poni enim singula minime necesse judicavimus, maxime illa, quorum radices in Lexico hebræo.

Quæ ex Niphal Pyhal et Hophal formata sunt, participialia fere sunt. Ex Niphal tamen etiam aliæ formæ occurrunt, ut נִמְחוּת, *deletio*, נִמְסוּת, *liquefactio*, a מָחָה et מָסָה. Item נִימוּק, *animadversio, annotatio*, a מָמַק juxta quosdam.

Multa etiam vocabula Rabbini cum Chaldæis communia habent, ex quibus aliquot posuimus magis vulgata, maxime particulas sive voces in-

declinabiles. Eas tunc inprimis usurpant, quando Talmudica aut ex similis dialecti libris quædam adducunt.

Sed hæc qualiacunque in transitu adjecimus, neque animus nunc est, pleniorem de istis commentationem instituere. Fiet hoc proxime, si Deo placuerit, cum iterata editione Thesauri nostri grammatici hebraici. Dicetur illic speciatim, quæ sit Rabbinismi in singulis grammaticæ partibus ab Hebraismo biblico differentia; quibus lectio Rabbinica tractanda; quis ejus usus; quomodo incipienda, et per quæ media et subsidia illam facile acquirere singuli possint. Neque enim hoc studium tam difficile est, ut plerique sibi imaginantur, neque tam sterile et inutile, ut imperiti ejus sibi persuadent. Quantum Sebastiano Münstero, Sancti Pagnino, Johanni Mercero, Reuchlino, Postello, Ariæ Montano, Fagio et aliis plurimis profuerit, satis ipsorum libri et scripta declarant. Lucernam in meridie accenderit, qui hoc probare velit. His utere donec meliora et pleniora tecum communicare divina concesserit gratia. Nunc tempus et multiplices occupationes aliæ, plura non permiserunt. Pluribus intentus, minus potest in singulis. Ut corporis est defatigatio, ita quoque animorum languor ex multitudine et varietate laborum nascitur. Tranquillitas autem, cum ad alia, tum ad scientiam et prudentiæ exercitationem commodissima est. Hanc pariet aliud tempus, cum quo negotiorum turba volvitur, quibusdam sublatis, aliis succedentibus, aliis incisis. Angustissimum habet dies gyrum, qui serio agentibus citissime circumagitur. In cursu semper est, et tantum remanet, quantum in duratura collocatur. Sed, ea rerum humanarum mixtura est et variatio, ut paucæ in uno aliquo statu constanter, et diu permaneant. *Nunc parens, nunc noverca dies est.* Turbulenta excipit læta tranquillitas. Hæc ipsa faciet, ut gratiosa Dei adjuti manu, plus temporis et laboris in tua, lector, impendamus commoda, et studia promoveamus. Quod ut nobis cordi est, sic Deus votis clementer annuat. Vale.

INDEX

VOCUM LATINARUM

LEXICI HEBRAICI ET CHALDAICI.

A

P

Q

V

F I N I S

REIMPRIMATUR

F. D. Buttaoni O. P. S. P. A. Mag.

REIMPRIMATUR

Joseph Canali Patr. Constantinop. Vicesg.

ERRATA	CORRIGE
Pag. 260. col. 2. lin. 31. (*jussus Joseph*,)	*jussus est* (*Joseph*)
Pag. 392. col. 2. lin. 13. *aquarum*,	*aquarum ipsorum*,
Pag. 591. col. 2. lin. 56. vilis	vitis
Pag. 592. col. 1. lin. 20. Foeniferia	Foenisecia
Pag. 600. col. 2. lin. 6. pretium	praelium
Pag. 601. col. 1. lin. 27. montana	montanus
Pag. 602. col. 1. lin. 29. Nundiri	Nundinae
Pag. 603. col. 2. lin. 36. Oxycanthae	Oxyacanthae
Pag. 604. col. 2. lin. 53. agers	agens
Pag. 607. col. 1. lin. 33. Probo	Probro
Pag. 611. col. 1. lin. 35. Saline	Salire
Pag. 613. col. 2. lin. 53. subsidiales	subdiales